UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

P.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER XIV.

P.

## Pactum.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PACTVM, Græce συνθήκη,ης,ἡ, & συντίθεμαι, paciſcor dicitur. Dicitur autem pactum à pactione, inde eſt pacis nomen appellatum. Pactio enim eſt duorum pluriumve idem placitum, ſeu conſenſus, *vt l.1.ff de pactis*. Vel ſic: Pactum eſt, quod inter aliquos conuenit.

Pactum, fœdus, Hebr. *Berith*, Cognationem habet vox illa cum verbo *Carath*, pepigit, ſuccidit, cum quo etiam plerunque conſtruitur. Habet etiam affinitatem cum verbo *Bathar*, diſſecuit, diuiſit per medium. Nam fœdera olim ſanciebantur mactatione pecudum quæ mediæ diſſecabantur, fœderati autem per partes illas diuiſas tranſibant, internecionem eandem ſibi imprecantes, ſi fidem fallerent. Vide *Gen*.15.10.17. *Ier*.34.18.& 19.

Pactum Dei cum patriarchis, *Gen*.9.17.*cap*. cum Iſraelitis, *Exo*.19.31.34.*cap*.& frequenter in aliis libris V.T. Pactum Salis cum Aarone. *Num* 18.19. & cum Dauide ac poſteris eius, 2. *Chron*.13.15. id eſt pactum ſacrum, ſincerum, durabile, firmum immutabile in Chriſto ſacerdot. & rege & æterno Eccleſiæ Dei Pactum pacis, *Num*.25.13. Pactum Dei, nempe in imitatione coniugii, *Prou*.2.17. *Malach*.2.14. Vide fœdus, Promiſſio, Teſtamentum.

### ¶ BIBLICI LOCI.

Pactum ſalis, 2. *Paral*.13.15. pactum cum quibus non ineundum. Vide Fœdus.

*Vide Fœdus, Promiſſio.*

## Panis.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PAnis, Græce ἄρτος,ȣ,ὁ, dicitur. Panis autem forma ſubſtantialis conſequitur miſtionem farinæ & aquæ, & ipſam vſtionem. *ex B.Thom.4.ſent.diſt.1.q.11.art.1.*

Panis furnaceus, qui in furno coquitur, à Græcis κλίβανος; clibanus dicitur: & ſubcinericius, qui ſub cinere: & focarius, qui in foco.

Panis azymus, eſt panis ſine fermento, à Græcis enim fermentum ζύμη,ης,ἡ,ȣ,ὁ, dicitur.

Panis dicitur à paſcendo, *vt Varroni placet*, vnde Pappa deducitur, qui proprie eſt cibus puerorum: vnde fit pappo verbum, hoc eſt, edó, cibum ſumo. Plaut. *Nouo liberto opus eſt quod pappet*. A panis fit panifex, qui panem facit. & panifica mulier, panem faciens, & panificium, ipſa panis factura.

Panis, Hebr. *Lechem*, omnis cibus, quem dentes incidunt, *Deut*.8.3. *Pſal*.136.25. *Lechum*, cibus maſticatus, iam digeſtus in ventriculo, *Iob*.20.23. *Soph*.1.17. *Lachem & Milchamah*, bellum prælium, cædes, conciſio, hominum conciſio, inciſio quæ fit acie & ore gladii, *Deut*.2.15.1. *Sam*.8.20.& 18.17. *Pſal*.14.4.1. à verbo *Lacham*, incidit dentibus, vel conſcidit ore gladii, comedit, exedit mandendo & concidendo, de pane proprie dicitur, figurate autem de prælio, vbi gladius vtrinq; deuorat bellatores, quorum alii aliis veluti cibus deuorandus obiiciuntur. De impiis etiam dicitur. *Pſal*.14.4.& 27.2. quid pios veluti cibum comedant.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Panis pro quolibet cibi genere, *Gen*.3.19.& 18.5.& 21.14 & 31.54.& 37.25.& 43.25. *Exod*.2.v.20.& 18.12. *Deut*.8.v.3. per Synecdochen. Sic *Prou*.25.v.21. *Rom*.12.20. Inde ſunt phraſes Hebr[illegible] Panem edere, pro cibum capere, *Marc*.3.20.& 7.2. panem [illegible] itidem pro capere cibum, *Act*.2.6. panis fractio, pro [illegible] ctu, & conuiuiis, quæ inter Iudæos celebrantur, 2.42. [illegible] pro eo cibi genere, quod panem vocamus, *Marc* 8.4. [illegible] nem fulcit, *Gen*.16.v.5. *Iud*.19.v.5. panis labore compar[illegible] 11 v.6 *Gen*.3.19. *Eph*.4.28.1. *Theſſ* 4.11.2. *Theſſ*.3.10. *Tit*.[illegible] cierum, quod Latine propoſititios vertunt, *Exod*.25.[illegible] 7. *Matth*.12.4. *Marc*.2.26. *Luc*.6.4.2. *Theſſ*.4 9. quod [illegible] no appoſiti tota hebdomade manerentur aurea menſa [illegible] conſecrata, ſicut edixit Dominus. *Leu*.24.15. appoſitio[illegible] vocaueris. Panis filiorum erat, *Matth*.15.26. *Marc*.7.27. [illegible] vt vocant, 1. *Sam*.21.4. panis vnius & calicis participa[illegible] Panis primitiarum multiplicati, 2. *Reg*.4.42. Pane [illegible] Elias, 1. *Reg*.19.v.6.8. pane ſolo non viuit homo, *Deut*[illegible] 4. *Luc*.4.4. panibus obedientiam ſibi benedixit Deus [illegible] in ſaturitate, *Leu*.26.5. panes pluit Deus è cœlo, *Exod*[illegible] quinque millia hominum ſaturati, *Matth*.14.17.21. [illegible] millia.15.v.34.38. panum oblatio, *Leu*.2.4.

Panis Afflictionis, *Deut*.16.3. *Eſa*.30.20. Anguſtiæ [illegible] Cœleſtis, qui de cœlo deſcendit, *Ioan*.6.v.32.33.50.51. [illegible] 17.7.2. Hominum, *Ezech*.24.22. Ignauiæ, *Prou*.31.27. [illegible] *Prou*.4.17. Lachrymarum, *Pſalm*.80.6. Mendacii, *Prou*[illegible] Dei, *Luc*.14.15. Vetus, *Ioan*.6.32. Vitæ viuificus viuus [illegible]

### ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICÆ.

Panis frigidus cur albior cernitur, quam calidus? [illegible] quodammodo cauſa; cur inueteratum oleum candid[illegible] recens? Cauſa namque nigroris eſt humor: hic autem [illegible] que vt recentibus vberius continetur: ſic tempore pro[illegible] in ſuperficie reſidet, propter euaporationem. Euapora[illegible] oleum vel tempore, vel ſole: panis autem colore inde [illegible] refrigerationem: humor itaque frigidis iam euan[illegible] ineſt. *Ariſt probl ſec*.21, *num*.4.

Panes non ſaliti plus ponderant, quam ſaliti, modo [illegible] ſint menſura: cum tamen ſal grauior ſit aqua: quia ſal [illegible] teſt, ex quo incorrupta ſeruantur, quæ confecta ſale [illegible] ſumitur enim à ſale, ac reſiccatur humor, qui ex calore [illegible] ideo panes pridie facti leuiores ſunt, quam calidi, vapore [illegible] Contra eos, qui ſale vacant, humor largior inſidens eff[illegible] *Ariſt problem ſect* 21 *num*.5.

Panis bis coctus refrigeratus minus duritiem præ[illegible] triticum dulcem quendam & lentum ſuccum in ſe contin[illegible] anima eius eſt. *Ariſt problem ſect*.21. *num*.12.

## Parabola.

### ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

PArabola, ſiue parabole dictio Græca eſt παραβολὴ, [illegible] βάλλω, quod eſt aſſimilo. Duas res diuerſas ſimul collo[illegible] confero. Eſt autem parabola ſententia, habens obſcur[illegible] litudinem *ſec.B.Thom.2.part.q.1.art.10.*

Parabola eſt ſermo ſimilitudinarius, qui aliud dicit, & [illegible] gnificat. *ſec.B.Thom.ſuper Eſaiam.*

Parabola, Heb. *Maſchal*, ſimile, ſimilitudo, comparatio, [illegible] ænigma, collatio. Interdum ſignificat ſententiam celebrem, [illegible] γνώμην, Vitæ regulam vt prouerbia Salomonis, *Miſchel*, 1. [illegible] ſimiles & diſſimiles, De graui maximeque ſerio ſermone [illegible] vſurpari videtur, quando de rebus magni momenti qu[illegible] *Num*.23.18.& 24.3. *Iob*.27.1. *Pſal*.49.5.& 78.2. *Eſa*.14.4. Para[illegible] gnificat grauem Lamentationem aut querelam, *Mich*.2.4. [illegible] parabolam, eſt fieri fabula omnium derideri variisque [illegible] omnibus exagitari? *Deut*.28.37.2. *Chron*.7.20. *Pſalm*.69.12. [illegible] *Habac* 22.6.

### ¶ LOCI BIBLCI.

Parabola Græce παραβολὴ, paſſim in Euangelio, no[illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

rtionem, aut collationem, quam allegoricam declaratio- quæ non facile ab omnibus intelligat ur, *Matth.*15.15. *Marc.*12. vocare ſolet, *vt & Ioan.*10.6. Capitur item para- pro ſimilitudine, *Matt.*13.2. *Heb.* 11.10. pro typo ſeu exem- 9.9. pro eo, quod Latinis prouerbium dicitur, *Luc.* 4. 22. Salomonis, 1. *Reg.* 4.32. Parabolæ, id eſt, comparationes, & orationes continuis metaphoris expreſſæ, *Iudic.* 9.8. 2. *Sa-* 14.5. 1. *Reg.* 20.39. & 22.17. 2. *Reg.* 14. 9. 2. *Paral.* 18. 16. & 5.1. & 12.3. & 17.3. *Matth.* 11.16. & 13.33. & 14.32. & 21.28. & 25.14. *Marc.* 13.28. & 12.1. *Luc.* 7.41. & 12.16. & 13. *v.* 6. 7.16.28.31. & 15. *v.* 4.8.11. & 16.1. & 18.10. & 20.9. & 21.29.

bolarum catalogus: Parabola Aquarum egredientium è do- *Ezechiel.* 47.1. aquilæ grandis, 17.3. arborum vnguentium re- *Iudic.* 9.8. duorum caniſtrorum ficuum, *Ier.* 24.1. Car- 2. *Reg.* 14.9. 2. *Paral.* 25.18. Cinguli linei, *Ier.* 13.1. Cœnæ *Matth.* 22.2, *Luc.* 14.16. *Apoc.* 19.9. Diuitis & pauperis haben- ouiculam, 2. *Sam.* 12.1. Diuitis cuius agri exuberarunt, *Luc.* Duorum debitorum, 7. 41. Diſpenſatoris iniqui delati ad do- Drachmæ, 15.8. Fermenti, *Matth.* 13.33. *Luc.* 13.6. & 21.29. *Ier.* 18.2. Ficus, *Matth.* 24.32. *Marc.* 13.28. *Luc.* 13. *v.* 6. & 21. 29. prodigi, 15.11. Duorum eiuſdem matris filiorum, 2. *Sam.* 14. 5. Fi- duorum alterius morigeri, immorigeri alterius, *Matth.* 21. ſinapis, *Matth.* 13.31. *Marc.* 4.31. *Luc.* 13.19. Inuitatorum ad Iudicis iniqui, 18.2. Lagenæ teſtaceæ, *Ier.* 19.11. Margari- *Matth.* 13.45. Minarum ſeruis diſtributarum, *Luc.* 19.12. Mulieris *Ioan.* 16. 21. Duarum mulierum eiuſdem matris forni- *Ezech.* 23.1. Negotiatoris, *Matth.* 13.35. Nouaculæ acutæ, Oenophori, aut lageniæ teſtaceæ, *Ier.* 19.11. Ollæ *Ezech.* 24. orum in vinea, *Matth.* 20.1. Ouis perditæ, 18.11. *Luc.* 15.4. pauperis, 2. *Sam.* 12.1. Ouium non habentium paſtorem, 1. 2. *Paral.* 18.16. Oſtii & ouilis, *Ioan.* 10.1. Patrisfamilias plan- eam, *Eſa.* 5. *v.* 1. *Ier.* 2.21. *Matth.* 21.33. *Marc.* 12. *v.* 1. *Luc.* 20. 9. & publicani, 18.10. Puerorum in foro ſedentium, *Matth.* 11. Rechabitarum, *Ierem.* 35. 1. Regis conferentis rationem ſuis, *Matth.* 18.23. Regis facientis nuptias filio ſuo, 22.2. Regis ituri in bellum contra alterum regem, 14. 31. Sage- in mare, *Matth.* 13. 47. Seminantis, 13.3. *Marc.* 4.13. *Luc.* 8.5. *Matth.* 13.31. Talentorum, 25.14. *Luc.* 10. 12. Turrim ædificare 14.28. Theſauri occultati, *Matthæi* 13. 44. Vineæ plantatæ, *Ierem.* 2.21. *Matth.* 21.33. *Marc.* 12.1. *Lucæ* 20. 9. decem Vir- *Matthæi* 25.2. Vitis & palmitum, *Ioan.* 15. 1. Zizaniorum, 13.26.

bolas Chriſtus ſuis ſeorſim diſcipulis ediſſerebat, *Marci* 4. *Luc.* 7. *v.* 9.10. in parabolis cur locutus ſit Chriſtus, *Matth.*

### ¶ Sententia Philosophica.

bola eſt rerum diuerſarum ſub aliquo proportionaliter ſi- collatio: in qua pluribus conferuntur, quæ ad inuicem proportionis aliquam ſimilitudinem. *Albertus Magnus in*

## Paradiſus.

### ¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

adiſus, Græca dictio eſt. Nam παράδεισος, ὁ, pomarium ſigni- vnde & poma illa paradiſæa vocantur, à ſitu, quod fere in pomariis inſerantur odore ſaporeque inſignia.

adiſus triplex eſt, ſcilicet terreſtris, cœleſtis, & ſpiritualis, id eſt, Dei. *ex B. Thom.* 1 *part. quæſt.* 102. *artic.* 1. & *ſecunda Secund. q. artic.* 3.

adiſus terreſtris eſt locus corporeus in Oriente, vt in nobiliſſi- loco, & interpretatur hortus. *ex B. Thom. ſec Secund. q.* 8.84. *art.* 3. locus conueniens habitationi humanæ, quia habet aerem peratum & tenuiſſimum, & plantas ſemper floridas. *ſec. B. Thó. part. q.* 102. *art.* 2.

adiſus. *Pardes*, hortus amœniſſimus, conſitus arboribus fru- præſertim myrtinis, ferentibus fructus eximii gratique ſa- Compoſitum videtur à verbo *Parah*, id eſt, protulit, fructifica- *Hadas*, myrtus. Ter occurrit vox *Pardes*, in V. T. nempe *Ne-* 2.8. In regim. *Cantic.* 4.13. & in plurali Pardeſim, *Eccleſ.* 2. 5. In T. Paradiſus ter legitur, *Luc.* 23. 43. 2. *Cor.* 12.4. *Apoc.* 2.7. Alia apud Moſen occurrit, nempe *Gan be Heden*. Hortus in Heden, ſimpliciter, *Gan*, hortus. *Gen.* 2.7.8.9.10. & 3. *c. octies* Apud Ezechie- 28.13. & 31.8.9. fit mentio Hedenis horti Dei. Vetus interpres paradiſi horto Hedenis ſeu Dei, id eſt, à Deo primum conſi- his locis.

### ¶ Loci Biblici.

Paradiſus, id eſt, hortus voluptatis Hebr. à Deo plantatur, *Gen.* 2, 8. Paradiſus pro loco beatitudinis, ſeu beatis deſtinato, *Luc.* 23. 43. 2. *Cor.* 12.4. *Apoc.* 2.7. è paradiſo voluptatis eiicitur Adam. *Gen.* 3.23.

### ¶ Patrum Sententiae.

Vt in paradiſo malorum initium factum eſt: ſic in horto Chriſti paſſio incipit, per quam à malis liberati, in priſtinum habitum reſtituti ſumus. *Cyril. in Ioan. l.* 11. *comment. c.* 31.

De paradiſo odoriundis ſermo, non mediocrem æſtum nobis videtur incutere, quidnam ſit paradiſus, & vbi ſit, qualisve ſit, inueſtigare, & explanare cupientibus: maxime cum Apoſtolus ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſciat: raptum tamen ſe vſque ad tertium cœlum. *Ambroſ. lib.* 1. *de Paradiſo, c.* 1.

Ergo ſi huiuſmodi paradiſus eſt, vt eum ſolus Paulus, aut vix aliquis Pauli ſimilis, quum in hac vita degeret, videre potuerit: idem tamen, ſiue in corpore, ſiue extra corpus viderit, meminiſſe non poſſit, audierit tamen verba, quibus prohibitus ſit vulgare, quod viderat: quo tandem modo nos paradiſi ſitum poterimus abſoluere, quem nec videre potuimus: & potuiſſemus videre, tamen prohiberemur alii intimare? Simul quum Paulus extollere ſe reuelationem ſublimitate ſit veritus: quanto magis nobis timendum eſt id ſollicitius indagare, cuius etiam reuelatio obnoxia ſit periculo? Non hyſen igitur hunc paradiſum æſtimare debemus, & ideo relinquamus Pauli eſſe ſecretum. Tamen quoniam legimus in Geneſi, à Deo paradiſum eſſe plantatum ſecundum Orientem, & ibi poſitum hominem, quem plaſmauit Deus: iſtius paradiſi authorem iam poſſumus inuenire. Quis enim eſt, qui potuit fingere paradiſum, niſi omnipotens Deus? qui dixit, & facta ſunt, nunquam indigens eorum, quæ generari vellet. *idem ibid.*

## Paraſitus.

### ¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

PAraſitus, Greca dicto eſt παράσιτος, ου, ὁ, eſt is, qui aliorum menſam & cibaria ſequitur. Componiturque ex παρὰ, quod ſignificat iuxta, & σιτος, ου, ὁ, quod eſculentum ſignificat: quare paraſiti vocantur, qui ad voluptatē eius, in cuius contubernio ſunt, loquuntur & faciunt, nihil repugnantes, cibi & ventris gratia. Hinc diminutiuum paraſitaſter, quod non ſignificat paruum paraſitum, ſed paraſitorum imitatorem, In aſter enim nomina deſinentia potius imitationem, quam diminutionem ſignificant eſſe, à quo deſcendunt.

Quidam exiſtimant paraſitos ab Hebræis *Lahhagh, mahhogh*, ſanniones facetos, ſeu ſubſannatores ſubſannantes nominari, vt diſertis verbis cecinit vates ſacer, *Pſal.* 35.16. menſarum nempe ſectatores, qui omnia faciunt ad placitum eorum quos deuorant & rident. Nonnulli ad huiuſmodi quiſquilias hominum referunt *v.* 9. *Pſalm.* 12. in quo quæritur Dauid nebulones quos *Zulloth*, vocat, id eſt, vilitates, ſordes, (*ordure, racaille,*) inter filios hominum exaltari. Verbum *zallal*, à quo *zulloth*, ſignificat, in luxu vixit, comeſſatus eſt, nimia profuſione bona ſua dilapidauit. Metaphorice denotet hominem impurum, vilem, gaſtrimargiæ addictum (*vn ventre*) qui ex flamma cibum petere paratus eſt, qui tantum delectatur crapula & intemperanti voracitate. En paraſiti tabella, cuius ſimiles à comicis Græcis & Latinis vario penicillo, ſed noſtros colores mutuante, depinguntur.

### ¶ Similitvdo.

*Phauorini.* Quemadmodum Actæon ab alumnis ſuis canibus interiit: Sic paraſiti eos, à quibus aluntur, peſſundant. *apud Stob. ſer.* 12. & *Max. ſerm.*

### ¶ Adagia.

Muſcæ. Μυῖαι.

*Olim dicebantur, qui delectabantur aliena menſa, quos Plautus muribus comparat, ſemper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum lib.* 6. *paraſitus quiſpiam ſe muſcæ confert.*

Δειπνεῖν ἄκλητος μυῖα. *Id eſt: Quod inuocatus cœnitare amo muſca ſum.*

Myconiorum more. μυκονίων δίκην.

*Myconiorum more dicebantur ad conuiuium accedere, qui vltrò venirent, non vocati.*

Quadra propria.

*Nihil æque ſapit, vt cibus proprius domi ſumptus. At Dij Homerici malunt inuitari ad nitores hoſtiarum, quam viuere* οἰκόσιτοι.

Muris in morem.

*Plautus in Capt. Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum. In paraſitos dictum, quibus iucundum eſt aliena viuere quadra. Quin & Græcis prouerbiali verbo* μυοπολεῖν *dicuntur, qui muris in morem cibi cauſa obambulant oberrantq;. Indicat hoc Heſychius.* Dem Fraß nachgehen/ſchmorotzen.

Αὐτολήκυθοι.

*Dicebantur, qui non ex animo, ſed ventris cauſa colerent amicos,*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*inde conficta voce, quo ſponte ad Lecythum commearent, & inuocati præſto eſſent in conuiuijs.*

Ἀλλοτριοφάγοι.

*Vocantur, quibus dulce eſt aliena viuere quadra.* Schmorotzer/ Tellerſchlecker.

Κατὰ χειρῶν ὕδωρ. Schmecke den Braten. Such den Trunck.

*Apud Athenæum refertur: Orta diſceptatione, quænam aquarum eſſet optima, cum alij præferrent Lernæam, alij Pirenæam, alij aliam, Carneus iuxta Philoxeni ſententiam dixit: τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ ἥδιστον. Suauiſsimam aquam, quæ manibus infunditur, quod ea declaret cœnam eſſe paratam.*

Feruet olla, viuit amicitis. ζεῖ χύτρα ζῇ φιλία.

*In eos dicitur, quos patina, non beneuolentia conciliat.*

¶ EMBLEMA.

In Paraſitos.

Andr. Alciati. Emblema. XCII.

*Quos tibi donamus, fluuiales accipe cancros:*
*Munera conueniunt moribus iſta tuis.*
*His oculis vigiles & forfice plurimus ordo*
*Chelarum armatus, maximam aluus adeſt.*
*Sic tibi propenſus ſtat pingui ab domine venter,*
*Pernicesq; pedes ſpiculaq; apta pedi.*
*Cum vagus in triuijs, menſaq; ſedilibus erras,*
*Inq; alios mordax ſcommata falſa iacis.*

---

# Parens. Parentes.

## ¶ DEFINITIO, ET ETYMOL.

PArens, Græce γονεὺς, ἑος, ὁ, ἡ. Eſt autem parens non modo pater & mater, vt vulgus putat, ſed auus, proauus, & auia proauia. Quin etiam Caius Iuriſconſ. ſentit, omnes ſuperiores parentis appellatione contineri. Venit autem parens à pario, paris. Eſt enim parere, fœtum emittere, quod proprium fœminarum eſt. Dicitur etiam de viris. Cæcilius: Hic vicinus noſter perperiſſe ſe filium memorat, hoc eſt, genuiſſe. Metaphoricos etiam parere eſt acquirere, comparare. Virgil. Ite, ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis. Hanc patriam peperere ſuo, decorare ſupremis Muneribus. A parens parentare deducitur, quod proprie eſt parentibus iuſta celebrare. Et parentalia conuiuia; quæ in parentum aut propinquorum mortibus fieri conſueuerunt. Et parricida, qui parentem occidit, & crimen ipſum parricidium. Is autem, qui patrem occidit, dicitur patricida, qui & Græce πατροφόνος dicitur, & qui matrem, matricida, qui & Græce μητροκτόνος dicitur, ſcelusque ipſum patricidium, & matricidium appellatur.

Parens, Hebr. *Ioledh*, Parentes *Ioledhim*, Obſtetrix quæ iuuat matrem parientem *Ialledheth*, Obſtetrices *Ialledoth*, de patre dicitur, *Ialadh*, vt & de matre, i. genuit, generauit: & de patre, *Holidh*, in 3. coniugatione, i. genuit, fecit parere: *Ieledh*, *Meladh*, *Ialedh*, & *Iiſlodh*, Natus, puer, filius, infans: *Ialeddah*, puella, iuuencula, puellula.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Honorandi ſunt parentes cordaliter.*

Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamentum conſtitue. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus eius. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Cum autem & ipſa compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelies eam circa me. *Tob.* 4.

Audi patrem tuum, qui te genuit, & ne contemnas, cum ſenuerit mater tua. *Prou* 23.

Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes tum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in tua virtute. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtitueretur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis memorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies ſoluentur peccata tua. *Eccl.* 3.

*Diligenter.*

Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt. *ibid.*

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, & retribue illis, quomodo & illi tibi. Memento, quoniam niſi per illos natus non fuiſſes. 7.

Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt Domino. *Coloſſ.* 3. 5.

*Affectualiter propter Dei iuſsionem.*

Vnusquisq; patrem ſuum & matrem ſuã timeat. *Exo.* 20. *Leu.* 19.

Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcipit tibi Dominus, vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. *Deut.* 5.

Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam. *Matth.* 15.

*Ob boni conſecutionem.*

Corona ſenum filii ſuorum: & gratia filiorum patres eorum. *Prouerb.* 17.

Sententiam patris audite filii dilecti, & exequimini eam, vt ſaluemini: Dominus enim patrem liberis honorabilem reddidit, & ſententiæ matris attribuit authoritatem in filios. *Eccl.* 3.

In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſsimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: Maledictio autem matris, eradicat fundamenta. *ibid.*

Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam.

Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerat matrem. *ibid.*

Filii obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. *Epheſ.* 6.

*Mali euaſionem.*

Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. *Exod.* 21.

Maledictus, qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam. *Deut.* 27.

Qui affligit patrem, & expellit matrem, ignominioſus erit & infelix. *Prou.* 19.

Qui maledicit patri & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. 20.

Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit, hoc non eſt peccatum, particeps homicidæ eſt. 28.

Oculum eius, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & aquilæ pulli comedent. 30.

Ne glorieris in contumelia patris tui, non eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris eſt, & dedecus filii pater ſine honore. *Eccl.* 3.

Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. *ibid.*

## ¶ LOCI BIBLCI.

Parentes honorandi & timendi, *Exod.* 20. 12. *Leu.* 19. 3. *Deut.* 5. 16. & 27. 16. *Prou.* 23. 22. *Matth.* 15. 4. & 19. 19. *Marc.* 7. 10. & 10. 19. *Luc.* 18. 20. *Epheſ.* 6. 2. *Col.* 3. 20. Parentes non irridendi, *Prou.* 30. 17. nec percutiendi, nec eis maledicendum. *Exod.* 21. 17. *Leu.* 20. 9.

Parentibus honorem deferre, eſt illis benefacere, *Matth.* 15. *Marc.* 7. v. 10. 11. 12. parentibus manus violentas inferentes morte digni. *Exo.* 21. 16. parentibus non maledicendum, aut moriendum, 21. v. 17. *Leuit.* 20. 9. *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. parentibus non ſubtrahendum, *Prou.* 28. 24.

Parentum amor Chriſti amori cedere debet, *Matth.* 10. 37. *Luc.* 14. 26. parentum in liberos, in matrimonio obeundo, authoritas, 1. *Cor.* 7. 30. *Exempla:* Iſaac, *Gen.* 28. 1. Manue, *Iud.* 14. 2.

## ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Amandus eſt generator, ſed præponendus eſt creator, *Aug.* quodam ſerm.

Eſt approbanda liberalitas: vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen vt illi ditiores fieri velint eo, quod tu potes conferre in opibus. *Amb. de offic.*

Non iniurioſe negligit matrem, nec mater negatur, quæ à Christo etiam agnoſcitur. Religioſiores monſtrantur copulæ mentium quam corporum, & corporali neceſſitati præſcriptorum cœleſtium forma præfertur. *In Lucam.*

Primus gradus pietatis eſt iſte, vt quos authores tibi vitæ dedit Deus, honores obſequiis, abſtineas contumeliis, nec vultu lædas: hæc eſt pietas parentum. *in Matth.*

Meretur cœcitatis ſuæ ſubire ſupplicium, qui parentum vultum toruo viſu deſpexerit, & elatis oculis læſerit pietatem. *Hieronym. in Matth.*

Si te caro à patre ſeparat, tam diu noſcas carnis copulam, quam diu ille ſuum nouerit creatorem. *ibid.*

Ob amorem Chriſti omittenda eſt ſepultura patris, post cuius amorem nullus relinquitur inhumatus. *ibid.*

Gladium tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo. *Ad Heliod.*

Si neceſſitas venerit, vt amor parentum ſiue filiorum amori Dei comparetur, & non poſſit vtrumque ſeruari, odium in ſuos, pietas in Deum ſeruanda eſt *in Matth.*

Diligamus illos, qui nobis cognatione coniuncti ſunt, & quos proximos nouimus, diligamus, & quos aduerſarios in via Dei compatimur odiendo & fugiendo neſciamus. *Gregorius in Euangelio.*

Fili, vinum non habent? Quid mihi & tibi eſt mulier? Vt ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...reſpondit Christus? vtique propter nos: vt conuerſos ad ... non ſollicitet carnalium cura parentum: & neceſſitudi... non impediant exercitia ſpiritualia. Quamdiu enim de ...ſumus, debitores nos conſtat eſſe parentum: at poſtquam ... nosmetipſos, multo magis ab eorum ſollicitudine libe... *Bernh. ſuper Cant. ſerm.* 28.

...licet ſimpliciter odio habere parentes, ſed ſi voluerint plus ... hoc odio habeantur. *Chryſ. in Matth.*

...Christus perſuaderet populo, quod eſſet Filius Dei, Diabo... ...uocauit aduentum matris, vt turbæ videntes parentes carna... ...itatis eius obſcurarent naturam. *in Matth.* 12.

...nos Christus vſque ad vltimam reſpirationem parentum ...tiam habere: quia enim aliis mulieribus diſtantibus nihil ... docet nos aliquid impendere parentibus. *in Ioan.* 19.

Quod eſt in herbis aut arboribus humor, hoc eſt in hominibus ... Sicut enim herbæ ex humore naſcuntur & creſcunt; ſic ho... per amorem incipiunt & augentur. Humor quidem de radi... aſcendit in herbam, de herba autem non reuertitur ad radi... ſed ſurſum tranſmittitur in ſemen: ſic & amor de parentibus ...it in filios, de filiis autem non reuertitur ad parentes. Ideo pa... quidem diligunt, ſed non ſic diliguntur à filiis, quia ſicut ... non deorſum, ſed ſurſum ad ſemen tranſmittit humorem: ſic ... non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmittit af... *in Matth.* 19.

...amor poſſeſſionis, affectus cogitationis, cupiditas hono... ...tas carnis, quibus anima irretitur, ne pennis contempla... per plateas Ieruſalem currere poſſit. *Beda in Matth.* 19.

... & parentes, ſi aduerſi ſunt, alienata debemus voluntate ... Sæpe enim, quos flamma non torruit, quos ferrum ...bdidit, neceſſitudinum blandimenta flexerunt. *Caſſiodor. in* ...

...alienum tibi fidum inuenies, ſi tui hoſtis fueris? Qui fal... ...bus parentes, qualis erit in cæteros? *Caſſ. in epiſt.*

¶ Poetarum Dicta.

Ter. Adelph. 1.1.

*Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,*
*Sua ſponte recte facere, quam alieno metu.*
*Hoc pater, ac dominus intereſt, hoc qui nequit,*
*Fateatur neſcire imperare liberis.*

Iuuenal. 4.

*Plurima ſunt, Fuſcine, & fama digna ſiniſtra,*
*Et quod maiorum vitio ſequiturque minores,*
*Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus,*
*Quæ monſtrant ipſi pueris, traduntque parentes,*
*Si damnoſa ſenem iuuat alea: ludit & hæres*
*Bullatus, paruoque eadem mouet arma fritillo, &c.*
*Sic natura iubet: velocius & citius nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis*
*Cum ſubeunt animos auctoribus.*

Iuuenal. 14.

*Nam ſi quid dignum cenſoris fecerit ira,*
*Quandoquidem ſimilem tibi ſe non corpore tantum,*
*Nec vultu dederit, morum quoque filius, & cum*
*Omnia deterius tua per veſtigia peccet,*
*Corripies nimirum, & caſtigabis acerbo*
*Clamore, ac poſt hæc tabulas mutare parabis.*
*Vnde tibi frontem, libertatemque parentis,*
*Cum facias peiora ſenex, vacuumque cerebro*
*Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat?*

Iuuenal. 14.

*Nam quiſquis magnis cenſus præcepit amorem,*
*Et læuo monitu pueros producit auaros.*
*Et qui per fraudes patrimonia conduplicare*
*Dat libertatem, & totas effundit habenas*
*Curriculo, quem ſi reuoces, ſubſiſtere neſcit,*
*Et te contempto rapitur, metuque relicto.*
*Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum*
*Permittas: adeo indulgent ſibi latius ipſi &c.*
*Ergo ignem, cuius ſcintillas ipſe dediſti,*
*Flagrantem late, & rapientem cuncta videbis.*
*Nec tibi parcetur miſero, trepidumque magiſtrum*
*In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.*

Ter. Heaut. 5.2.

*Matres omnes filiis*
*In peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria*
*Solent eſſe.*

Plaut. Pſeud.

*Egon' patri ſurripere poſſim quidquam tam cauto ſeni?*
*Atque adeo ſi facere poſſem pietas prohibet.*

Ter. Adelph. 1.1.

*Quæ fert adoleſcentia,*
*Ea ne me celet, conſuefeci filium:*
*Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem, aut*
*Audebit, tanto magis audebit cæteros.*

Plaut. Pſeud.

*Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum*
*Probiorem, quam ipſius fuerit, poſtulet.*

Plaut. Stich.

*Gratiam à patre ſi petimus, ſpero ab eo impetraſſere:*
*Aduerſari ſine dedecore, & ſcelere ſummo haud poſſumus,*
*Neque ego facturã ſum, neque tu vt facias conſilium dabo:*
*Verum vt exoremus, noui ego noſtros, exorabil' eſt.*

Sen. Hipp. Act.

*O nimium potens!*
*Quanto parentes ſanguinis vinculo tenes*
*Natura, quam te colimus inuiti quoque,*
*Occidere volui noxium, amiſſum fleo.*

Plaut. Trin.

*Feceris par tuis cæteris factis, patrem*
*Tuum, ſi percoles, per pietatem.*

Verinus.

*Et verbo & facto paruis ſit regula natis,*
*Optima, ſitque omni tempore norma pater.*

Phocylid.

Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι,
Ἢν δὲ καὶ ἀλιτῇ παῖς, κολαζέτω μήτηρ,
Ἢ καὶ πρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες.
*Filiis ne iraſcere tuis, ſed indulgens ſis,*
*Si vero quid filius errauerit, caſtiget filium mater,*
*Vel maiores natu familiæ, vel populi ſeniores.*

Pittacus.

Μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς.
*Noli contendere cum parentibus, etiamſi iuſta dicas.*
Γονέας αἰδοῦ. *Parentes venerare.*

Cleobulus.

Τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα. *Parentes patientia vince.*

Ex Græcis Comicis.

Οὗ λοῦ γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
*Tibi ſunt parentes primo honorandi loco.*
Ἐλπίζε, τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς.
*Colens parentes læta ſperes omnia.*
Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.
*Ales parentes ſi ſenes, viues diu.*
Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.
*Dii maximi parentes ſunt mortalibus.*
Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.
*Boni parentis ira nulla in filium.*
Ἡδύ γε πατὴρ φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων.
*Suaue quid eſt pater prudentiam loco iræ habens.*
Νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.
*Perſuade tibi ipſi parentes eſſe Deos.*

¶ Sententiae Philosophicae.

In verbis per totam vitam parentes venerari maximè decet. Leuium enim volatiliumque verborum grauiſſima imminet pœna. *Plat. 4. de leg.*

Cuius pater & mater, vel horum parentes confecti ſenio, quaſi theſaurus quidam domi iacent: is putet nunquam aliud ſibi tale ſimulachrum magis efficax domi ſuæ affuturum, ſi recte, vt decet, ab eo colitur. *Idem 11. de legibus.*

Exiſtimandum eſt, nullum apud Deos magis honorandum ſimulachrum nos habere debere, quam patres & auos ſenio confectos, matresque ſimul, quibus honoratis, Deus gaudet.

Preces parentum aduerſus filios ſæpe audiuntur. *ibid.*

Pater tria beneficia dat filio, eſt ſibi cauſa Eſſendi generando, eſt ſibi cauſa Nutriendi educando, & eſt ſibi cauſa Diſciplinæ informando.

Parentes amant ſuos filios, ſicut ſui aliquid exiſtentes, filii autem parentes, vt ab his aliquid exiſtens.

Parentes plus amant filios, quàm è conuerſo, quia magis ſciunt parentes, quod filii ſunt eius nati, quam filii.

Matres plus diligunt filios, quam patres, quia certiores ſunt de his.

Mater poteſt abnegare filium, & non è conuerſo. *Ariſtot. libr. 8 Ethicorum.*

Omnis artifex diligit opus ſuum, & etiam ipſum magis diligit, quam diligatur ab opere, vt patet de parentibus reſpectu filiorum.

Matres plus amant filios, quàm è conuerſo. *Ariſtot lib. 9. Ethicorum.*

Diis, parentibus, & magiſtris, non poteſt reddi æquiualens. *Idem. lib. 9. Ethic. in princip.*

Qui dubitat, vtrum oporteat Deos venerari, aut parentes honorare, non indiget ratione, ſed pœna. *Idem lib. 8. Topic.*

Iniuſtiſſime quadam pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda eſt. *Val. Max. lib. 1.*

Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας.

Talis ſis circa parentes, quales vtique precatus fueris circa teipſum tuos filios. *Iſocr. in ſermon. admon. ad Demon.*

Qui filiis multis opibus proſpiciunt, vt autem boni & egregii euadant, negligunt, ſimile quid agunt equos alentibus, quos belli diſciplinam non docent, multum verò pabuli exhibent. Sic enim equos habituri ſunt pinguiores, ſed rerum, quas præſtare oportebat, imperitos. Eodem modo peccant, qui filiis agros multos comparāt, ipſosmet verò negligunt. Poſſeſſiones enim magni pretii æſtimationem habebunt, ipſi autem viles erunt; cum contra oporteret cuſtodientem re poſſeſſa pretioſiorem eſſe. Itaque ſi quis filium magni pretii, hominem effecerit, quamuis paucas opes ei relinquat, multa tamen largitus eſt. Animus enim facit, vt res multæ aut paucæ appareant: quippe bono quicquid poſſidet, moderatum eſt: rudi autem & inepto modicum. *Socrates apud Xenophontem.*

Surdum te parentibus tuis præſta: bono animo male precantur: & ſi vis eſſe felix, ora Deos, ne quid tibi ex his, quæ optantur, veniat. Non ſunt bona, quæ in te congeri volunt. *Seneca* 11. *epiſtol.*

Iam non admiror, ſi omnia nos à prima pueritia mala ſequantur: inter execrationes parentum creuimus, exaudiunt dii quoque noſtram pro nobis vocem gratuitam. *ibid.*

Contemptum tibi omnium opto, quorum tibi parentes copiam optauerunt. *epiſt.*31.

Par eſt parentibus definitum ex vtriſque præmium, & à natura, & à lege, iuſtè referre, & vltro ſoluere. *ex orat.* 4. *contra Philip. Demoſthen.*

Equidem eum perfidum, & diis inuiſum non modo hominibus eſſe exiſtimo, qui parentes negligit. *ex orat.* 1. *epiſt.*

Vbi pater eſt & filii iam viri facti, fortaſſe & eorum liberi, ibi neceſſe eſt varias, & nulla in re ſimiles eſſe voluntates, non enim iidem ſunt ſermones & facta iuuentutis, quæ ſenectutis: veruntamen adoleſcentes, quæcunque agunt, ſi modo ſint modeſti, ſic faciunt potiſſimum, vt clam habere conentur, & ne parentes & ſenes offendant, celare id ſtudent: & ſenes viciſſim, ſi forte ſumptus iuſto maiores viderint, aut potationem, aut ludos immoderatos: ſic iſta vident, vt non vidiſſe videantur. *ex orat.* 1. *contra Ariſtogit.*

Parentes chariſſimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt. *Poſt redit. ad Senat. Cicer.*

Parentibus nos primum natura conciliat: quos non alere neſarium eſt. *De Reſp. Aruſp.*

Cuiuſmodicunque mater ſit, tamen in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix oportet. *Pro Cluen.*

Non modo reticere homines parentum iniurias, ſed etiam æquo animo ferre oportet. *Pro Cluen.*

Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternusque ſanguis, ex quo ſi qua macula concepta eſt, non modo elui non poteſt, verum vſque eo permanat ad animum, vt ſummus furor, atque amentia conſequatur. *Pro Roſc. Amer.*

Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportet. *Cic. Lentulo, epiſt. famil.*1.

Peccatum eſt, parentes violare. 5. *de fin.*

Magna vis eſt humanitatis: multum valet communio ſanguinis. Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce priuarit: cum etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet. *Pro Roſc. Amer.*

Nullum ſupplicium ſatis acre reperiri poteſt in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, res ſi poſtularet, iura diuina atque humana poſtulant. *Pro Roſc. Amer.*

Nemo parricidæ ſupplicio miſericordia commouetur. 4. *Tuſculanarum.*

Maiores noſtri cum intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitarunt: vt quos natura ipſa retinere in officio non poſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur: inſui voluerunt in culeum viuos, atque in flumen dejici. Atque videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cœlum, ſolem, aquam, terramque ademerunt: vt qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtiis quoque quæ tātum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur: non ſic nudos in flumen deijcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid tam eſt commune, quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita poſtremo eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. *Pro Roſcio Amerino.*

Non vides, quemadmodum teneram liberorum infantiam parentes ad ſalubrium rerum patientiam cogant? Flentium corpora ac repugnantium diligenti cura fouent: & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura conſtringunt, & mox liberalia ſtudia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad vltimum audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, ſi parum ſequitur, coactam applicant. Adoleſcentibus quoque ac impo-
tibus ſui, ſi remedia metu aut intemperantia reijciunt,
tur ac ſeruitus. Itaque beneficiorum maxima ſunt, quæ
bus accipimus, dum aut neſcimus aut nolumus. *Sener. lib.* 6. *de be-
nef. cap.*24.

Parentum amor, magis in ea quorum miſeretur inclinat.
*epiſt.*66.

Parentum caſtigatio ſic accipienda eſt, quomodo ſcalpellum &
abſtinentia, & alia quæ profutura torquent. *Idem libr.* 2. *de be-
pit.*27.

Pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda eſt.
*Max. lib.*1. *cap.*1.

Perſæ aiunt neminem vnquam patrem ſuum aut matrem
occidiſſe: verum quotquot horum forte acciderunt, omnino
tate excuſſa, hos tandem deprehenſos tradunt aut ſubditos
ſpurios. Quippe veriſimile nequaquam videri aiunt, vt is qui
parens ſit à proprio filio interimatur. *Herodot. lib.*1.

In parricidio nulla ſatis iuſta cauſa ad ſceleris patrocinium
texi poteſt. *Iuſtin. hiſt. lib.*16.

Non tam facile excuſari poteſt parricidium quam fieri.
eſt parricidium, accuſare innocentem occiſum. *Spartian. in
cal.*

Poſt Marii de Gallis deletis triumphum, Romanamque
riam, incredibile facinus, & nunquam antea auditum
tum Romæ, perpetratum eſt, quod verſum in horrorem
in tota vrbe funeſtauit. P. Malcolus quidam, ſeruus
matrem ſuam interfecit, damnatusque parricidii, inſutusque
leum, in mare proiectus eſt. Impleueruntque Romani &
pœnam: vnde & Solon Athenienſis decernere non
dum fieri poſſe non credidit: & Romani qui ſe ortos à Romulo
rent, etiam hoc fieri poſſe intelligentes, ſupplicium ſingulare
xerunt. *P. Diacon. hiſt. lib.*5.

De amiſſo patre. Dial. XLVI.

*Franc. Petrarch.*

DOL.

Patrem amiſi. R. Iuſtum eſt vt quem præſentem quæ
ſentem quæras, ne inuenias. Nihil æquius, quam
fruſtra optari. D. Pium patrem amiſi. R. Pium ille filium
Gratulare autem ſeni tuo, illud tandem illi accidit, quod
optauerat, te incolumi rebus humanis abiit. D. Pium patrem
di. R. Pius filius, nullam magis ob cauſam fortuitos caſus
ne qua ſibi incidens calamitas, patris animum mœrore
tuo iam tantum periculo ſecurior viues, non erit, quem
te impugnent, quem tua frangat aduerſitas, quem tua
gritudo, quem tua mors perimat. D. Patrem amantiſſimum
R. Incipias de aliis curare, qui te curet amplius non erit.
ab altero tibi exhibitam, repende alteri, rarò illi rependi
betur. D. Pium patrem miſer perdidi. R. Si pietatis
ſtat, ſolare fortunam tuam recordatione præteriti temporis
ſti parentem, & dum licuit pia ſemper in illum officia
Pater obiit. Pietas viuit, alioqui eſt fateor, vnde perpetuo
ſis. D. Pater me moriens deſtituit. R. Per naturæ ordinem
qui prior intrauerat, nec te ille deſtituit, ſed præceſſit. D.
trem. R. Neſcis quid ſit patrem perdere, niſi filium habuiſ.

De patre bono. Dial. LXXXII.

GAV.

Habeo patrem bonum. R. Bonum noſce tuum, breue eſt. G.
trem habeo optimum. R. Aut ille tibi luctum pariet aut
Indulgentiſſimus mihi eſt pater. R. Si naturæ ordo ſeruatur
fletus hæreditas remanet, illumque ſi peruertitur. G. Patrem
habeo. R. Vtere ſedulo, fugitiua iucunditas pater ſenex. G.
habeo grandæuum. R. Non eſt locus inertiæ. Feſtina carpere
extremos, tanquam ex arbore ruinoſa. Charo lateri
tum potes, cupide illum vide, ceu confeſtim abiturum
augi, & extremos monitus memori mente recondito,
velut iter acturus neceſſariis permunito. Egebis illo
quæresque eum nec inuenies domi. G. Patrem habeo
R. Propterea nouiſſima pietatis officia in illum congere
ſi quid nunc omiſeris dolebis ſemper. G. Patrem pium habeo
Habes qui ante te mori cupiat, poſt te viuere metuat. G. Habeo
trem optimum. R. Habes quem priuſquam habere
gnoſcas, habes & quem perditum ſuſpires.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates*, forte cum Lamproclo filiolo pueriliter ludens
biade deprehenſus & vehementer deriſus eſt. At ipſe: Non
buit, vt me parentem cum filio rideas immoderatius, qui
parentum in filios affectum, tacebis itaque donec & ipſe
genueris ſimilia tentaturus, & fortaſſe magis puerilia. *Ælian.
de Var. hiſt.*

*Ageſilaus*, quum miro eſſet affectu erga liberos ſuos
liquando arundine pro equo conſcenſa, vna cum pueris

...cum forte vidiſſet ex amicis quidam, rogabat, ne cui dice... videret priuſquam ipſe quoque liberorum parens eſſet fa... ſubindicans, cum luſum non eſſe leuitatis, ſed pietatis: ...quod agebat, videri poſſe ineptum ei, qui modo expertus ...am ingens ſit affectus charitatis parentum erga filios. *Plut. ...apoph. & Aelian. lib 12. Var. hiſtor. Simile cum ſuperiore ...attributo.*

*...charſis* interrogatus qua de cauſa operam non daret proli? ...quia nimis amaturus eſſem liberos. *Stob.*

*...eteus*, Liberos doctiores quam ditiores eſſe debere dicebat. *...chirid.*

*...rates*, Liberis pudorem magis quàm aurum conſulebat eſſe ...endum. *In admonitionib. Ethicor.*

*...emetrius*, Cum Eraſiſtratus Demetrio Antiochi filii mentem ...on deſtinarat, indicaſſet, ſimulque faſſus eſſet, huius affectio... ...eſſe amorem, Demetrius, qui adoleſcentem vnice ada... ...per omnia multis cum lachrymis cœpit obteſtari, vt illius ...tari conſuleretur, cum Eraſiſtratus addidiſſet, immedica... ...eſſe (quod in ipſius vxorem deperiret) hoc audito, De... ...vehementius cœpit obteſtari, vt ob ſalutem filii cederet illi ...coniugem. Iſta, inquit, ô pater, tibi facile dicuntur: ſed aliud ...ſi tuam coniugem Stratonicem adamaret. Hic cum rex Deo ...precaretur, vt liceret amorem commutare, & à medici coniuge ...transferre, nihil ſe non facturum, ſi modo liceret ſeruare fi... ...Eraſiſtratus patris dextram amplexus: Nihil eſt (inquit) ô rex, ...tam Eraſiſtrato indigeas. Etenim cum & pater ſis & maritus, ...optimus eris tuæ familiæ medicus. Non enim in coniugem ...ſed in Stratonicem tuam Antiochus deperit. Poſthæc Deme... ...t, vt Antiochus rex, Stratonice quam filio ceſſit regina ...aretur. *Plutarch.*

*...ſtius* eques Rom. cum à Cæſare filium abdicare iuberetur, ...tribunus pl. cum Marulo collega ei inuidiam mouiſſet re... ...ſtitit: Citius, inquit, Cæſar tu mihi omnes filios meos acci... ...quam ego ex his vnum domo expellam mea. *Eramſ. libr. 6. a...*

*Teleucia*, Chii exules cum Spartam veniſſent, multis modis Pæ... ...am incuſabant. Eos Teleucia mater cum vocaſſet ad ſe, explo... ...quæ in filio reprehenſione digna eſſent, ſcripſit hunc admo... ...ſio, vt aut ignominiam omnem ablueret, aut in patriam in... ...non veniret, *ibid.*

*...myma*, Filio iniuriarum poſtulato: Aut crimine (inquit) fili, ...te ipſum libera, Mater in filium ſeuerior, quam iudex: quæ ...malebat, quam cum ignominia viuum. *ibid.*

*...a*, Quum accepiſſet quod filius peregre agens inhoneſtè ſe ...ſcripſit illi: Malus rumor de te ſparſus eſt, hunc tollito, aut ...*Plut. in apoph. Lacænarum.*

*...nes.* Is rex Tenediorum cum legem promulgaſſet, vt ſi quis ...rum deprehendiſſet, ſecuri trucidaret, intellexit mox filium ...legem peccaſſe. Vnde cum rogaretur quid faciendum eſſet? ...endum, inquit, ſecuri percutiatur. *Pauſan. lib. 10. Eraſm. in ...Tenedia bipennis.* De eadem ſeueritate Zeleuci Locrenſis er... ...ob adulterium altero oculo priuatum. *Vide Cicer. lib. 2. de ...ſerm. 42. Aelian. Var. hiſt. lib. 2. Val. Max. lib. 6. c 5.*

*...rates*, Obiurgationem à patre factam, ſuaue medicamentum ...ebat: plus enim, inquit, prodeſt quam mordet. *Stob.*

...ab vxore reprehenſus quod filium immorigerum & inuti... ...admitteret: & cum illa ſubieciſſet, atqui ex te eſt in terram ...ens & hoc, ſubiecit, ex me eſt, at non vtile. *Max. ſerm. de hono... ...rentum.*

*...yſ. Philoſ.* ridiculum eſſe dicebat, eum qui ſuis parceret alie... ...beros caſtigare velle. Anton. ſerm. de parentibus liberorum e... ...tionem neglectim curantibus.

*...unius Brutus* filios ſuos tyrannidi fauentes, comprehenſos, ...pro tribunali ſedens interrogauit, dicens: Quid vos ad cri... ...hæc? Vbi ter interrogati nihil reſponderunt. Iam reliquæ, in... ...veſtræ partes ſunt. Eorum deinde ſupplicia fixis oculis eſt in... ...Exuit patrem, vt conſulem ageret: orbuſq; viuere quam pu... ...vindictæ deeſſe maluit. *Liu. lib. 2. Val. Max. lib. 5. c. 8.*

*...Scaurus* audiens filium cum aliis ab hoſtium exercitu fugatis ...repetere, miſit qui dicerent libentius ſe in acie eius interfe... ...buſibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugæ reum vi... ...Itaque ſi quid modo reliquum in pectore verecundiæ ſu... ...eſſet, conſpectum degener irati patris vitaret. Filius audito nun... ...ipſum interfecit. *Val Max. ibid.*

*Manlius Torquatus*: cum è Macedonia veniſſent legati, graues ...querelas deferentes de filio Decio Syllano, qui eam prouinciam ...tinuerat, à ſenatu petiit ne quid ea de re ſtatuerent, priuſquam ...cauſam cognouiſſet. Cum ſenatus illi cognitionem detuliſſet, ...ſedit, ſolusque vtrique parti per totum biduum vacauit, ter... ...pronuntiauit in hanc formam: Quum Syllanum filium pe... ...à ſociis accepiſſe probatum ſit & Republica eum & domo ...indignum iudico protinusque è conſpectu meo abire iubeo. *...Eraſmus Roterodamus libro ſexto apophthegmat. ex Val. Max. lib. 5. ...p. 8.*

*...Fuluius* filium ingenio, literis & forma florentem, quoniam ...Catilinæ caſtra properabat, ex itinere retractum occidit, dicens: Ego te non Catilinæ aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catilinam genui. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi*, Vt humor quidem de radicibus aſcendit in herbam, de herba autem non reuertitur in radices, ſed ſurſum tranſmittitur in ſemen: Sic & charitas de parentibus aſcendit in filios, de filiis autem non reuertitur ad parentes. Ideo parentes quidem diligunt filios, ſed non ſic diliguntur à filiis: quia ſicut herba non deorſum, ſed ſurſum ad ſemen tranſmittit humorem: Sic & homo non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmitttit affectum. *In cap. 6. Matth. hom. 23.*

*Hieroclis*, Quemadmodum Phidiæ aut aliorum artificum opera, ſi & ipſa rurſus alia quæpiam facerent ea quoq; non dubitaremus opera nominare artificum: Eodem modo actiones etiam noſtræ parentum noſtrorum opera eſſe dicentur, per quos nos nati ſumus. *apud Stob. ſerm. 77.*

*Plutarchi*, Vt ſcorpius non tantummodo putandus eſt habere aculeum, cum ferit, ſed ſemper eſt obſeruandus: Ita malis prognati, etiamſi non peccent, tamen venenum habent. *In Moralibus.*

*Roterodami.* Vt piſces in mari nati, educatique, nihil tamen ſapiunt ſalis marini: Ita quidam inter barbaros geniti, & educati longè abſunt ab omni barbarie. *In Simil.*

## ¶ Exempla Biblica.

Patentum erga liberos officia. Primò, liberos rectè educare, & eos pro bonis habere. *Exempla*: Iacob, *Geneſ.* 35. v. 5. Ioſeph, 48. 9.

Secundò, diligere liberos. *Exempla*: Iacob, *Gen.* 42. v. 36 37. Dauid, in quo magis ſtorga paterna elucet, 2. *Sam.* 12. *v.* 16 17. Altera Meretrix, 1. *Reg.* 3. 26. Tobias ſenior & vxor eius, *Tob.* 5. 23. & 10. *v.* 1. 2. 3. 4.

Tertiò, pietatem eos docere, *Exodi* 12. 27. & 13. 8. 14. *Deut.* 4. 10. & 6. *v.* 7. 20. & 11. *v.* 19. & 32 46. *Ioſ.* 4. 6. 7. 21. 22 & 22. 24. *Pſal.* 78. 4. 5. 6. *Eſa.* 38. 19. *Ioel.* 1. 3. *Epheſ.* 6. 4. *Exempla*: Dauid, 3. *Paral.* 28. 9. Mater Samuelis, *Prou.* 31. 1. 2 Tobias ſenior, *Tob.* 1. *v.* 9. 10. & 46. & 14. 10.

Quartò, eos corrigere, & peccata eorum arguere, 1. *Sam.* 3. *v* 13. *Prou.* 13. 24. & 23. 23. & 29. 17. *Heb* 12. 7. *Exemplum*: Iacob, *Geneſ.* 34. *v.* 30.

Quintò, in eis corrigendis & arguendis moderatione vti, *Epheſ.* 4. 4. *Coloſſ.* 3. 23.

Sextò, orare pro liberorum felicitate, & peccatis amoliendis, *Exempla*: Dauid, 2. *Sam.* 12. 16. 1. *Paral.* 29. 16. Iob, *Iob* 1. 5.

Septimò, tradere liberis facultates, *Exempla*: Abraham, *Gen.* 24. 36. & 15. *v.* 5. 6. Ioſaphat, 2. *Paral.* 21. 3.

Octauò, illis proſpicere de matrimonio, *Exempla*: Abraham, *Geneſ.* 24. *v.* 2 3. Agar, 21. 21, Iſaac. 28. 1. Hemor, 3. 4. 4. Iudas, 38. 6. Manue & vxor eius, *Iud.* 14. 3.

## ¶ Exempla Profana.

Aegeus procul nauim intuitus, qua Theſeus filius ex Creta victor vehebatur, quod non candida eſſent illi vela, quæ filii incolumitatem, & lætitiam teſtarentur, ſed funeſta & atri coloris. Theſeum periiſſe ratus, ex alta ſpecula in ſubiectum ſeſe pelagus præcipitauit.

Gordianus ſenior Africæ proconſul, à Pœnis & exercitu aduerſus Maximinorum crudelitatem imperator creatus, cum filium à Maximinis cæſum accepiſſet, præ mœroris magnitudine clam ſe in cubiculo ſuſpendit.

Decius Imperator cum Decium filium ſuum imperiali diademate proponeret inſigniri, renuit filius, dicens: Vereor, ne ſi fiam Imperator, dediſcam eſſe filius. Malo non eſſe Imperator, & humilis filius, quam imperator & filius indeuotus. Imperet pater meus, meum imperium ſit, parere humiliter imperanti. Nam parentum affectum exuit, qui mole ſuperpoſita filium extinguit. Prius enim alendi & nutriendi ſunt pueri, & cum præceſſerint, quos præcedere debent, inuite adſcendant. *Valer. Max. lib 4.*

Herodes Iudæus falſis ſuſpicionibus criminatos Ariſtobulum & Alexandrum filios crudeliter in carcere necari iuſſit: vt non immeritò Auguſtus diceret, malle ſe Herodis porcum, quam filium eſſe. Nam porcis non vtebatur: filios autem ſeuerè occidebat. *Macrob.*

Iunius Brutus Romanæ libertatis aſſertor, duos adoleſcentes filios publice interfecit proditionis conuictos, quod de regibus, quos ipſe eiecerat, in vrbem reducendis cum Aquiliis & Geliis conſilium agitaſſent. Magnum fortunæ ludibrium, vt domus ea, vnde publica libertas orta fuerat, propemodum extincta ſit. *Plut.*

Manlius Torquatus filium ſecuri percuſſit Latino prælio, quod contra imperium in hoſtem dimicaſſet. Nec profuit iuueni, quod hoſtibus ornatus ſpoliis ad patrem rediſſet, Valuit plus apud Manlium imperii maieſtas, quam paterna pietas. *Liuius.*

## ¶ Hieroglyphicvm.

*Paternam* in filiis educandi *diligentiam* eamq; accuratiſſimam exprimere ſi vellent veteres, *piſcem Glanim* pingere inſtituerant.

Oua enim iis, quæ ſemina deſtituerint, perſeueranti cuſtodia tutatur, ad quadrageſimum & quinquageſimum vſque diem, ab iis denique non abſcedit, donec ita coaleſcat ſoboles: vt ab reliquorum piſcium iniuria ſe tueri valeat. *Pier. Valer. lib.* 31. *pag.* 282. *F.*

### ¶ Fabula.

De Leone & Homine.

Senex Leo, cum alia docere ſolebat filium ſuum, tum illi præcipere, ne vnquam cum homine congrederetur, ac depugnaret: animal enim illud eſt, inquit, mirificum & inuictum. Leunculus illa quidem audiebat, ſed non tangebant dicta animum. Cum adoleuiſſet & ſentiret vires ſuas conſummatas eſſe, progreditur quodam die, eo animo, cùm homine vt prælium committere vellet. Videtq; in agro coniugatos boues: accedit igitur, & rogat num homines ſint. Illi quidem ſe homines eſſe negant, ſed ab homine impoſitum iugum portare dicunt. Digreſſus ab his equum conſpicatur, cum ſtrato & frenis alligatum ad arborem, ibi ille huic, Tun' homo, inquit, es? Minime ego quidem, inquit equus, ſed homini ſeruio & obtempero. Paulo poſt cernit quendam in ſylua, qui ligna finderet, ad quem accurrens: Homo, inquit, videris eſſe. Ita eſt, inquit ille: pugnabis igitur mecum, inquit. Maxime, inquit ille, ſed quæſo te, diſtrahe prius hanc arborem, cui vides ferrum iſtud impactum. Incutit mox leo vngulas fiſſuræ arboris, & dimouit quidem eatenus, vt cuneus excideret: ſed vis tanta non erat vt arborem diſtraheret. itaque partibus, vt fit, vtrinque redeuntibus, comprehenſis pedibus, Illic hærebat captus Leo. At lignator clamores tollere & de agro vndique vicinos aduocare contra Leonem. Hic verò cum ſe in diſcrimine eſſe animaduerteret, omnibus viribus adhibitis pedes de ligno retraxit, atque ita quidem, vngulas pleraſque inter arborem vt relinqueret: ac reuerſus ad ſuum patrem cum cruentis pedibus: Mi pater, inquit, ſi paruiſſem monitis tuis, vngulas non amiſiſſem.

Fabula hortatur omnes, vt in primis quidem parentibus, ſed & aliis recte monſtrantibus libenter obſequantur atque pareant.

*Vide Filius, Liberi.*

---

# Parſimonia.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

PArſimonia, Græce φειδώ, όος, ἡ, & φειδωλὸς, ȣ͂, ὁ, parcus, & φείδομαι, parco dicitur. Eſt autem parſimonia, qua animi honeſti & vtilis cauſa, ne diſpendium faciens, & bona ſua, operum nomine vel facultatum appellata, inutiliter inhoneſteque conſumant, ſed tueantur atque cuſtodiant, prudenter conſiderant. Cuius contrarium eſt luxuria, ſeu luxus, & bonorum dilapidatio, videturque parſimonia differre à frugalitate, quod *parſimonia* eſt quid generalius: *Frugalitas* verò eſt propriè cibi potuq; mentis frugi ac bene compoſitæ moderatio: cuius contrarium voracitas. Cicero tamen frugalitatem dicit plura complecti, ſcilicet fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam.

*Parſimonia* à parſi præterito huius verbi parco, venit. Eſt enim parcere inter alia quæ habet ſignificata, idem quod abſtinere. Virg. *Parce pias ſcelerare manus.* Vnde parcere pecuniæ, abſtinere ab expenſione pecuniæ ſiue parum expendere pecuniam, & parcere labori, id eſt, nihil, vel parum laborare. Hinc, vt diximus, fit parſimonia, quæ pro moderatione ſumptuum & parcitate, hoc eſt, conſeruatione rerum accipitur. Ab eodem verbo venit parcus, qui frugi eſt & ſumptibus parcit; & parcitas, quæ idem eſt quod Parſimonia.

Parſimonia, vel Parcimonia moderatio ſumptuum, parcitas, frugalitas, parcus rerum vſus, vox media quæ in malam partem ſumpta, tenacitatem, illiberalitatem, ſordes, auaritiam denotat, de qua vide etymologicon trilingue Lugduni anno 1607. editum, pag. 568. & 569. in voce *Parcus*. Si in bonam partem ſumas, virtus eſt, qua cauemus ne quod diſpendium vltra modum fiat, & res familiaris (quo ad fieri poteſt) ſine cuiuſquam iniuria conſeruetur, *Chilai*, Hebr. eſt parcus, qui aliquid vehementer appetit, tenax, illiberalis, auarus, *Chiche, taquin, tenant*, Gall. & in ſiniſtram partem ſumitur apud Iſaiam, cap. 32. v. 57. nec alibi occurrit in V. T. Quandoquidem verò parſimonia laudata ſpecies eſt quædam iuſtitiæ diſtributiuæ, hinc fit vt verbum *Chos*, quod ſignificat pepercit conniuendo, miſertus eſt, quo vtitur Dauid Pſalm. 72. v. 13. à parcimonia res pretioſiſſimæ, nempe ſanguinis & vitæ afflictorum ad facultatum conſeruationem translatum etiam fuerit, & parſimonia ſeu frugalitas *Chuſan*, à nonnullis dicta ſit, voce à verbo *Chos* deriuata.

Pleniorem proponamus parſimoniæ definitionem. Eſt virtus quæ res proprias cuſtodit, vtiliter collocat, vitat ſumptus non neceſſarios, emacitatem, luxum, mutuationes, ædificationes, & tamen vbi poſtulat ratio, quantum opus eſt, expendit. Vicina virtus eſt liberalitati, eadem habens extrema. Sicut liberalitas auaritiæ & tenacitati, eodem modo parſimonia profuſionibus & prodigalitati magis oppoſita eſt. Nequeunt enim ad benefaciendum ſuppetere facultates, niſi parſimonia aſſeruentur, vt monet prouerbium, Bona ... uaſius bonum facit & ducit boniſacium.

Parſimoniæ partes ex definitione colliguntur. De ... gienda occurrit Catonis dictum à Seneca deſcriptum, ep. ... non quod opus, ſed quod neceſſe eſt. De mutuationibus ... da eſt Chilonis ſententia, Comitem æris alieni eſſe miſeram ... de ædificationibus & domeſticorum ac paraſitorum turba ... chon Græcum, ita conuerſum:

*Ædificare domos, & paſcere corpora multa,*
*Ad paupertatem proximus eſt aditus.*

Cauſæ efficientes ſunt mandatum Dei, prudentiam rei dome... cæ honeſtam curam commendantis. Spiritus S. flectens ... pias ad modeſtum victum & cultum. Fines & effectus ſunt, ... Deo obedientiam debitam præſtemus. 2. Noſtras facultates ... ſeruemus & augeamus rationibus iuſtis, ſine praua cupidita... ſiodi dicti memores:

*Adde paruum paruo, paruo ſuperadde puſillum:*
*Fiet & hoc magnum: infelix pelletur egeſtas.*

3. vt ad beneficentiam & ſumptus neceſſarios facultates non de... *Plin. Iun. lib. 2. epiſt. ad Cat.* Quod ceſſat ex reditu frugalitate ... pletur, ex qua velut fonte liberalitas noſtra decurrit, quæ ... temperanda eſt, ne nimia profuſione inareſcat.

Pugnantia ſunt, 1. Profuſiones in pompas inanes, veſtes ſor... didas, luxum, ambitioſas ædificationes, conuiuia frequentia, ... centia, ſumptuoſiora, monſtroſa. 2. Nimia tenacitas, ſordities, ... ritia plane ruſtica, turpiſque lucri inſatiabilis cupiditas, 3. Ne... gentia & ignauia in rebus propriis cuſtodiendis, ſuſcipiendis ... tempeſtiuis laboribus.

### ¶ Biblici Loci.

Parſimonia rebellibus fit inutilis, *Deut.* 28. 42. commendatur ... auget opes, *Prou.* 13. 17. & 27. 25. peccatori conuertitur in damnum ... *Eccl.* 2. 27. piis modeſtam parſimoniam colentibus. Deus ... xime, *Eccl.* 5. v. 18. 19. 20. Parſimonia probatur à Chriſto, ... panem noſtrum quotidianum petamus à patre cœleſti, Matth. ... mandante diſcipulis ſuis, vt fragmenta panum & piſcium ... *Ioan.* 6. 12. Apoſtoli mandato huic parent & parſimoniam ... *Ioan.* 6. 13. Exempla vitæ Patriarcharum, Prophetarum, Chriſti, Apo... ſtolorum, piorum omnium qui à mundo condito in Eccleſia ... vixerunt, nihil aliud quam Temperantiam, frugalitatem, ... niam, nobis commendant. Luxus parſimoniæ oppoſitus ... paſſim. vide *Iſai.* 3. 17. &c. *Luc.* 16. 10. 1. *Pet.* 3. 3. Reliqua vide ... *galitas, Pigritia, Studium, Sufficientia.*

Pulchra res victus tenuitas: documento mihi eſt Elias ... viduam requieſcebat: Ioannes, qui cameli pilis tegebatur ... qui lupinis vnico aſſe emptis alebatur. *Nazianz. orat.* 16.

### ¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. 2. Remed.

*Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri,*
*Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.*

Ouid. 2. Remed.

*Contrahe: de multis grandis aceruus erit.*

Claud. 1. Stil.

*Plus eſt ſeruaſſe repertum*
*Quam quæſiſſe decus;*

Hor. 1. Epiſt. 12.

*Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci,*
*Si recte frueris, non eſt, vt copia maior*
*Ab Ioue donari poſſit tibi, tolle querelas?*
*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.*

Lucret. 5.

*Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parce,*
*Æquo animo, neque enim eſt vnquam penuria parui.*

Phocylides.

Ἀρχόμενος δὲ πίθȣ καὶ λήγοντος κορέσσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
*Incipiente autem dolio, & finiente ſatiare:*
*Sed in medio parſimonia vtere: grauis in fundo parſimonia.*

Lucianus.

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἐςι δ' ἀνὴρ σοφὸς ȣ̓τος, ὃς, ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφαρμόσατο.
*Tanquam moriturus tuis bonis fruere:*
*Tanquam autem victurus parce tuis poſſeſſionibus.*
*Eſt autem vir ſapiens hic, qui ambo hæc cognoſcens,*
*Parſimoniæ & ſumptui menſuram aptauit.*

Thomas Morus ita reddidit verſibus elegiacis.

*Vtere diuitiis tanquam moriturus, & idem*
*Tanquam victurus parcito diuitiis.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*inde conſicta voce, quo ſponte ad Lecythum commearent, & inuocati præſto eſſent in conuiuijs.*

Αλλοτϱιοφάγοι.

*Vocantur, quibus dulce eſt aliena viuere quadra.* Schmorotzer/ Tellerſchlecker.

Κατὰ χειϱῶν ὕδωϱ. Schmecke den Braten. Such den Trunck.

*Apud Athenæum refertur: Orta diſceptatione, quænam aquarum eſſet optima, cum alij præferrent Lernæam, alij Pirenæam, alij aliam, Carneus iuxta Philoxeni ſententiam dixit: τὸ κατὰ χειϱῶν ὕδωϱ ἥδιϛον. Suauiſſimam aquam, quæ manibus infunditur, quod ea declaret cœnam eſſe paratam.*

Feruet olla, viuit amicitia. ζεῖ χύτϱα ζῇ φιλία.

*In eos dicitur, quos patina, non beneuolentia conciliat.*

¶ EMBLEMA.

In Paraſitos.

Andr. Alciati. Emblema. XCII.

*Quos tibi donamus, fluuiales accipe cancros:*
*Munera conueniunt moribus iſta tuis.*
*His oculis vigiles, & forfice plurimus ordo*
*Chelarum armatus, maximam aluus adeſt.*
*Sic tibi propenſus ſtat pingui ab domine venter,*
*Pernicesq; pedes ſpiculaq; apta pedi.*
*Cum vagus in triuijs, menſaq; ſedilibus erras,*
*Inq; alios mordax ſcommata falſa iacis.*

# Parens. Parentes.

## ¶ DEFINITIO, ET ETYMOL.

PArens, Græce γονεὺς, ἑοῦ, ὁ, ἡ. Eſt autem parens non modo pater & mater, vt vulgus putat, ſed auus, proauus, & auia proauia. Quin etiam Caius Iuriſconſ. ſentit, omnes ſuperiores parentis appellatione contineri. Venit autem parens à pario, paris. Eſt enim parere, fœtum emittere, quod proprium fœminarum eſt. Dicitur etiam de viris. Cæcilius: Hic vicinus noſter perperiſſe ſe filium memorat, hoc eſt, genuiſſe. Metaphoricos etiam parere eſt acquirere, comparare. Virgil. Ite, ait, egregias animas, quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo, decorare ſupremis Muneribus. A parens parentare deducitur, quod proprie eſt parentibus iuſta celebrare. Et parentalia conuiuia; quæ in parentum aut propinquorum mortibus fieri conſueuerunt. Et parricida, qui parentem occidit, & crimen ipſum parricidium. Is autem, qui patrem occidit, dicitur patricida, qui & Græce πατϱοφόνος dicitur, & qui matrem, matricida, qui & Græce μητϱοκτόνος dicitur, ſcelusque ipſum patricidium, & matricidium appellatur.

Parens, Hebr. *Ioledh*, Parentes *Ioledhim*, Obſtetrix quæ iuuat matrem parientem *Ialledheth*, Obſtetrices *Ialledoth*, de patre dicitur, *Ialadh*, vt & de matre, i. genuit, generauit: & de patre, *Holidh*, in 3. coniugatione, i. genuit, fecit parere: *Ieledh*, *Meladh*, *Ialedh*, & *Iſſodh*, Natus, puer, filius, infans: *Ialeddah*, puella, iuuencula, puellula.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Honorandi ſunt parentes cordaliter.*

Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamentum conſtitue. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus eius. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Cum autem & ipſa compleuerit tempus vitæ ſuæ, ſepelies eam circa me. *Tob.* 4.

Audi patrem tuum, qui te genuit, & ne contemnas, cum ſenuerit mater tua. *Prou* 23.

Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius: & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in tua virtute. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris reſtitueretur tibi bonum, & in iuſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis memorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies ſoluentur peccata tua. *Eccl.* 3.

*Diligenter.*

Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt. *ibid.*

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, & retribue illis, quomodo & illi tibi. Memento, quoniam niſi per illos natus non fuiſſes. 7.

Filii obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt Domino. *Coloſſ.* 3. 5.

*Affectualiter propter Dei iuſſionem.*

Vnusquisq; patrem ſuum & matrem ſuā timeat. *Exo.* 20. *Leu.* 19.

Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcipit tibi Dominus, vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. *Deut.* 5.

Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque eſt ex me, tibi profuerit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam. *Matth.* 15.

*Ob boni conſecutionem.*

Corona ſenum filii ſuorum: & gratia filiorum patres eorum. *Prouerb.* 17.

Sententiam patris audite filij dilecti, & exequimini eam, vt ſalui ſitis. Dominus enim patrem liberis honorabilem reddidit, & ſententiæ matris attribuit authoritatem in filios. *Eccl.* 3.

In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: Maledictio autem matris, eradicat fundamenta. *ibid.*

Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. *ibid.*

Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerat matrem. *ibid.*

Filii obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. *Epheſ.* 6.

*Mali euaſionem.*

Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. *Exod.* 21.

Maledictus, qui non honorat patrem ſuum & matrem ſuam. *Deut.* 27.

Qui affligit patrem, & expellit matrem, ignominioſus erit & infelix. *Prou.* 19.

Qui maledicit patri & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. 20.

Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. 28.

Oculum eius, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & aquilæ pulli comedent. 30.

Ne glorieris in contumelia patris tui, non eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris eſt, & dedecus filii pater ſine honore. *Eccl.* 3.

Quam malæ famæ eſt, qui relinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. *ibid.*

## ¶ LOCI BIBLCI.

Parentes honorandi & timendi, *Exod.* 20. 12. *Leu.* 19. 3. *Deut.* 5. 16. & 27. 16. *Prou.* 23. 22. *Matth.* 15. 4. & 19. 19. *Marc.* 7. 10. & 10. 19. *Luc.* 18. 20. *Epheſ.* 6. 2. *Col.* 3. 20. Parentes non irridendi, *Prou.* 30. 17. non percutiendi, nec eis maledicendum. *Exod.* 21. 17. *Leu.* 20. 9.

Parentibus honorem deferre, eſt illis benefacere, *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. v. 10. 11. 12. parentibus manus violentas inferentes morte digni. *Exo.* 21. 16. parentibus non maledicendum, aut moriendum, 21. v. 17. *Leuit.* 20. 9. *Matth.* 15. 4. *Marc.* 7. 10. parentibus ... cendum, *Prou.* 28. 24.

Parentum amor Chriſti amori cedere debet, *Matth.* 10. *Luc.* 14. 26. parentum in liberos, in matrimonio obeundo, authoritas. 1. *Cor.* 7. 30. *Exempla:* Iſaac, *Gen.* 28. 1. Manue, *Iud.* 14. 2.

## ¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Amandus eſt generator, ſed præponendus eſt creator. *Aug. quodam ſerm.*

Eſt approbanda liberalitas: vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen vt illi ditiores fieri velint eo, quod tu potes conferre in opibus. *Amb. de offic.*

Non iniurioſe negligit matrem, nec mater negatur, quæ ... ce etiam agnoſcitur. Religioſiores monſtrantur copulæ mentium, quam corporum, & corporali neceſſitati præſcriptorum cœleſtium forma præfertur. *In Lucam.*

Primus gradus pietatis eſt iſte, vt quos authores tibi vitæ dedit Deus, honores obſequiis, abſtineas contumeliis, nec vultu lædas: hæc eſt pietas parentum. *in Matth.*

Meretur cœcitatis ſuæ ſubire ſupplicium, qui parentum vultus toruo viſu deſpexerit, & elatis oculis læſerit pietatem. *Hieronym. in Matth.*

Si te caro à patre ſeparat, tam diu noſcas carnis copulam, quam diu ille ſuum nouerit creatorem. *ibid.*

Ob amorem Chriſti omittenda eſt ſepultura patris, poſt cuius amorem nullus relinquitur inhumatus. *ibid.*

Gladium tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo. *Ad Heliod.*

Si neceſſitas venerit, vt amor parentum ſiue filiorum amori Dei comparetur, & non poſſit vtrumque ſeruari, odium in ſuos, pietas in Deum ſeruanda eſt *in Matth.*

Diligamus illos, qui nobis cognatione coniuncti ſunt, & quos proximos nouimus, diligamus, & quos aduerſarios in via Dei compatimur odiendo & fugiendo neſciamus. *Gregorius in Euangelio.*

Fili, vinum non habent? Quid mihi & tibi eſt mulier? ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ſpondit Chriſtus? vtique propter nos: vt conuerſos ad …non ſollicitet carnalium cura parentum: & neceſſitudi… non impediant exercitia ſpiritualia. Quamdiu enim de …ſumus, debitores nos conſtat eſſe parentum: at poſtquam …nos metipſos, multo magis ab eorum ſollicitudine libe… *Bernh. ſuper Cant. ſerm.* 28.

…n licet ſimpliciter odio habere parentes, ſed ſi voluerint plus …hoc odio habeantur. *Chryſ. in Matth.*

…Chriſtus perſuaderet popul o, quod eſſet Filius Dei, Diabo…curauit aduentum matris, vt turbæ videntes parentes carna…nitatis eius obſcurarent naturam. *in Matth.* 12.

…nos Chriſtus vſque ad vltimam reſpirationem parentum …iam habere: quia enim aliis mulieribus diſtantibus nihil … docet nos aliquid impendere parentibus. *in Ioan.* 19.

Quod eſt in herbis aut arboribus humor, hoc eſt in hominibus … Sicut enim herbæ ex humore naſcuntur & creſcunt; ſic ho… per amorem incipiunt & augentur. Humor quidem de radi…ſcendit in herbam, de herba autem non reuertitur ad radi… ſed ſurſum tranſmittitur in ſemen: ſic & amor de parentibus …in filios, de filiis autem non reuertitur ad parentes. Ideo pa… quidem diligunt, ſed non ſic diliguntur à filiis; quia ſicut …non deorſum, ſed ſurſum ad ſemen tranſmittit humorem: ſic …non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmittit af… *in Matth.* 19.

…amor poſſeſſionis, affectus cogitationis, cupiditas hono…ptas carnis, quibus anima irretitur, ne pennis contempla… per plateas Ieruſalem currere poſſit. *Beda in Matth.* 19.

… & parentes, ſi aduerſi ſunt, alienata debemus voluntate … Sæpe enim, quos flamma non torruit, quos ferrum …dit, neceſſitudinum blandimenta flexerunt. *Caſſiodor. in* …

…alienum tibi fidum inuenies, ſi tui hoſtis fueris? Qui fal…bus parentes, qualis erit in cæteros? *Caſſ. in epiſt.*

## ❡ Poetarvm Dicta.

Ter. Adelph. 1.1.

*Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium,*
*Sua ſponte rectè facere, quam alieno metu.*
*Hoc pater, ac dominus intereſt, hoc qui nequit,*
*Fateatur neſcire imperare liberis.*

Iuuenal. 4.

*Plurima ſunt, Fuſcine, & fama digna ſiniſtra,*
*Et quod maiorum vitio ſequiturq; minores,*
*Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,*
*Quæ monſtrant ipſi pueris, traduntq; parentes,*
*Si damnoſa ſenem iuuat alea: ludit & hæres*
*Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo, &c.*
*Sic natura iubet: velocius & citius nos*
*Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis*
*Cum ſubeunt animos auctoribus.*

Iuuenal. 14.

*Nam ſi quid dignum cenſoris feceris ira,*
*Quandoquidem ſimilem tibi ſe non corpore tantum,*
*Nec vultu dederit, morum quoque filius, & cum*
*Omnia deterius tua per veſtigia peccet,*
*Corripies nimirum, & caſtigabis acerbo*
*Clamore, ac poſt hæc tabulas mutare parabis.*
*Vnde tibi frontem, libertatemq; parentis,*
*Cum facias peiora ſenex, vacuumq; cerebro*
*Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat?*

Iuuenal. 14.

*Nam quiſquis magnis cenſus præcepit amorem,*
*Et læuo monitu pueros producit auaros.*
*Et qui per fraudes patrimonia conduplicare*
*Dat libertatem, & totas effundit habenas*
*Curriculo, quem ſi reuoces, ſubſiſtere neſcit,*
*Et te contempto rapitur, metuq; relictis.*
*Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum*
*Permittas: adeo indulgent ſibi latius ipſi, &c.*
*Ergo ignem, cuius ſcintillas ipſe dediſti,*
*Flagrantem latè, & rapientem cuncta videbis.*
*Nec tibi parcetur miſero, trepidumq; magiſtrum*
*In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.*

Ter. Heaut. 5.2.

*Matres omnes filijs*
*In peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria*
*Solent eſſe.*

Plaut. Pſeud.

*Egon' patri ſurripere poſſim quidquam tam cauto ſeni?*
*Atque adeo ſi facere poſſem, pietas prohibet.*

Ter. Adelph. 1.1.

*Quæ fert adoleſcentia,*
*Ea ne me celet, conſuefeci filium:*
*Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem, aut*
*Audebit, tanto magis audebit cæteros.*

Plaut. Pſeud.

*Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum*
*Probiorem, quam ipſus fuerit, poſtulet.*

Plaut. Stich.

*Gratiam à patre ſi petimus, ſpero ab eo impetraſſere:*
*Aduerſari ſine dedecore, & ſcelere ſummo haud poſſumus,*
*Neque ego factura ſum, neque tu vt facias conſilium dabo:*
*Verum vt exoremus, noui ego noſtros, exorabil' eſt.*

Sen. Hipp. Act.

*O nimium potens!*
*Quanto parentes ſanguinis vinculo tenes*
*Natura, quam te colimus inuiti quoque,*
*Occidere volui noxium, amiſſum fleo.*

Plaut. Trin.

*Feceris par tuis cæteris factis, patrem*
*Tuum, ſi percoles, per pietatem.*

Verinus.

*Et verbo & facto paruis ſit regula natis,*
*Optima, ſitq; omni tempore norma pater.*

Phocylid.

Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι,
Ην δὲ καὶ ἀλιτῇ κολουέτω ἱερὰ μητήρ,
Η καὶ πρεσβύται γενεῆς, ἢ δημογέροντες.
*Filijs ne iraſcere tuis, ſed indulgens ſis,*
*Si vero quid filius errauerit, caſtiget filium mater,*
*Vel maiores natu familiæ, vel populi ſeniores.*

Pittacus.

Μὴ ἔριζε γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς.
*Noli contendere cum parentibus, etiamſi iuſta dicas.*
Γονέας αἰδοῦ. *Parentes venerare.*

Cleobulus.

Τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα. *Parentes patientia vinca.*

Ex Græcis Comicis.

Φίλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
*Tibi ſunt parentes primo honorandi loco.*
Ελπιζε, τιμῶν τοὺς γονεῖς πράξειν καλῶς.
*Colens parentes læta ſperes omnia.*
Ικανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.
*Ales parentes ſi ſenes, viues diu.*
Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.
*Dij maximi parentes ſunt mortalibus.*
Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.
*Boni parentis ira nulla in filium.*
Ηδύ γε πατὴρ φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων.
*Suaue quid eſt pater prudentiam loco iræ habens.*
Νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.
*Perſuade tibi ipſi parentes eſſe Deos.*

## ❡ Sententiae Philosophicae.

In verbis per totam vitam parentes venerari maximè decet. Leuium enim volatiliumque verborum grauiſſima imminet pœna. *Plat. 4. de leg.*

Cuius pater & mater, vel horum parentes confecti ſenio, quaſi theſaurus quidam domi iacent: is putet nunquam aliud ſibi tale ſimulachrum magis efficax domi ſuæ affuturum, ſi rectè, vt decet, ab eo colitur. *Idem 11. de legibus.*

Exiſtimandum eſt, nullum apud Deos magis honorandum ſimulachrum nos habere debere, quam patres & auos ſenio confectos, matreſque ſimul, quibus honoratis, Deus gaudet.

Preces parentum aduerſus filios ſæpe audiuntur. *ibid.*

Pater tria beneficia dat filio, eſt ſibi cauſa Eſſendi generando, eſt ſibi cauſa Nutriendi educando, & eſt ſibi cauſa Diſciplinæ informando.

Parentes amant ſuos filios, ſicut ſui aliquid exiſtentes, filii autem parentes, vt ab his aliquid exiſtens.

Parentes plus amant filios, quàm è conuerſo, quia magis ſciunt parentes, quod filii ſunt eius nati, quam filii.

Matres plus diligunt filios, quam patres, quia certiores ſunt de his.

Mater poteſt abnegare filium, & non è conuerſo. *Ariſtot. libr. 8 Ethicorum.*

Omnis artifex diligit opus ſuum, & etiam ipſum magis diligit, quam diligatur ab opere, vt patet de parentibus reſpectu filiorum.

Matres plus amant filios, quàm è conuerſo. *Ariſtot lib. 9. Ethicorum.*

Diis, parentibus, & magiſtris, non poteſt reddi æquiualens. *Idem. lib. 9. Ethic. in princip.*

Qui dubitat, vtrum oporteat Deos venerari, aut parentes honorare, non indiget ratione, ſed pœna. *Idem lib. 8. Topic.*

Iniuſtiſſime quadam pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda eſt. *Val. Max. lib. 1.*

Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας.

Talis ſis circa parentes, quales vtique precatus fueris circa teipſum tuos filios. *Iſocr. in ſermon. admon. ad Demon.*

Qui filiis multis opibus proſpiciunt, vt autem boni & egregii euadant, negligant, ſimile quid agunt equos alentibus, quos belli diſciplinam non docent, multum verò pabuli exhibent. Sic enim equos habituri ſunt pinguiores, ſed rerum, quas præſtare oportebat, imperitos. Eodem modo peccant, qui filiis agros multos comparãt, ipſoſmet verò negligunt. Poſſeſſiones enim magni pretii æſtimationem habebunt, ipſi autem viles erunt; cum contra oporteret cuſtodientem re poſſeſſa pretioſiorem eſſe. Itaque ſi quis filium magni pretii, hominem effecerit, quamuis paucas opes ei relinquat, multa tamen largitus eſt. Animus enim facit, vt res multæ aut paucæ appareant: quippe bono quicquid poſſidet, moderatum eſt: rudi autem & inepto modicum. *Socrates apud Xenophontem.*

Surdum te parentibus tuis præſta: bono animo male precantur: & ſi vis eſſe felix, ora Deos, ne quid tibi ex his, quæ optantur, veniat. Non ſunt bona, quæ in te congeri volunt. *Seneca* 11. *epiſtol.*

Iam non admiror, ſi omnia nos à prima pueritia mala ſequantur: inter execrationes parentum creuimus, exaudiunt dii quoque noſtram pro nobis vocem gratuitam. *ibid.*

Contemptum tibi omnium opto, quorum tibi parentes copiam optauerunt. *epiſt.*31.

Par eſt parentibus definitum ex vtriſque præmium, & à natura, & à lege, iuſtè referre, & vltro ſoluere. *ex orat.* 4. *contra Philip. Demoſthen.*

Equidem eum perfidum, & diis inuiſum non modo hominibus eſſe exiſtimo, qui parentes negligit. *ex orat.* 1. *epiſt.*

Vbi pater eſt & filii iam viri facti, fortaſſe & eorum liberi, ibi neceſſe eſt varias, & nulla in re ſimiles eſſe voluntates, non enim iidem ſunt ſermones & facta iuuentutis, quæ ſenectutis: veruntamen adoleſcentes, quæcunque agunt, ſi modo ſint modeſti, ſic faciunt potiſſimum, vt clam habere conentur, & ne parentes & ſenes offendant, celare id ſtudent: & ſenes viciſſim, ſi forte ſumptus iuſto maiores viderint, aut potationem, aut ludos immoderatos: ſic iſta vident, vt non vidiſſe videantur. *ex orat.* 1. *contra Ariſtogit.*

Parentes chariſſimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt. *Poſt redit. ad Senat. Cicer.*

Parentibus nos primum natura conciliat: quos non alere nefarium eſt. *De Reſp. Aruſp.*

Cuiuſmodicunque mater ſit, tamen in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix oportet. *Pro Cluen.*

Non modo reticere homines parentum iniurias, ſed etiam æquo animo ferre oportet. *Pro Cluen.*

Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternuſque ſanguis, ex quo ſi qua macula concepta eſt, non modo elui non poteſt, verum vſque eo permanat ad animum, vt ſummus furor, atque amentia conſequatur. *Pro Roſc. Amer.*

Vim neque parenti, neque patriæ afferre oportet. *Cic. Lentulo, epiſt. famil.*1.

Peccatum eſt, parentes violare. 5. *de fin.*

Magna vis eſt humanitatis: multum valet communio ſanguinis: Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce priuarit: cum etiam feras inter ſeſe partus, atque educatio, & natura ipſa conciliet. *Pro Roſc. Amer.*

Nullum ſupplicium ſatis acre reperiri poteſt in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipſum, res ſi poſtularet, iura diuina atque humana poſtulant. *Pro Roſc. Amer.*

Nemo parricidæ ſupplicio miſericordia commouetur. 4. *Tuſculanarum.*

Maiores noſtri cum intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitarunt: vt quos natura ipſa retinere in officio non poſſet, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmouerentur: inſui voluerunt in culeum viuos, atque in flumen dejici. Atque videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cœlum, ſolem, aquam, terramque ademerunt: vt qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtiis quoque quæ tãtum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur: non ſic nudos in flumen deijcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid tam eſt commune, quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita poſtremo eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. *Pro Roſcio Amerino.*

Non vides, quemadmodum teneram liberorum infantiam parentes ad ſalubrium rerum patientiam cogant? Flentium corpora ac repugnantium diligenti cura fouent: & ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura conſtringunt, & mox liberalia ſtudia inculcant, adhibito timore nolentibus. Ad vltimum audacem iuuentam frugalitati, pudori, moribus bonis, ſi parum ſequitur, coactam applicant. Adoleſcentibus quoque ... tibus ſui, ſi remedia metu aut intemperantia reijciunt, ... tur ac ſeruitus. Itaque beneficiorum maxima ſunt, quæ ... bus accipimus, dum aut neſcimus aut nolumus. *Senec. lib.* ... *nef. cap.*24.

Parentum amor, magis in ea quorum miſeretur inclinat. ... *epiſt.*66.

Parentum caſtigatio ſic accipienda eſt, quomodo ... abſtinentia, & alia quæ profutura torquent. *Idem libr.* ... *pit.*27.

Pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda eſt. ... *Max. lib.*1. *cap.*1.

Perſæ aiunt neminem vnquam patrem ſuum aut matrem ... occidiſſe: verum quotquot horum forte acciderunt, ... tate excuſſa, hos tandem deprehenſos tradunt aut ... ſpurios. Quippe veriſimile nequaquam videri aiunt, vt ... parens ſit à proprio filio interimatur *Herodot. lib.*1.

In parricidio nulla ſatis iuſta cauſa ad ſceleris patrocinium ... texi poteſt. *Iuſtin. hiſt. lib.*16.

Non tam facile excuſari poteſt parricidium quam fieri. ... eſt parricidium, accuſare innocentem occiſum. *Spartian.* ... *cal.*

Poſt Marii de Gallis deletis triumphum, Romanam ... riam, incredibile facinus, & nunquam antea auditum ... tum Romæ, perpetratum eſt, quod verſum in horrorem ... in tota vrbe funeſtauit. P. Malcolus quidam, ſeruus ... matrem ſuam interfecit, damnatuſque parricidii, inſutus ... leum, in mare proiectus eſt. Impleueruntque Romani ... pœnam: vnde & Solon Athenienſis decernere non ... dum fieri poſſe non credidit: & Romani qui ſe ortos à ... rent, etiam hoc fieri poſſe intelligentes, ſupplicium ſingulare ... xerunt. *P. Diacon, hiſt. lib.*5.

De amiſſo patre. Dial. XLVI.

*Franc. Petrarch.*

Dol.

Patrem amiſi. R. Iuſtum eſt vt quem præſentem ... ſentem quæras, ne inuenias. Nihil æquius, quam ... fruſtra optari. D. Pium patrem amiſi. R. Pium ille filium ... Gratulare autem ſeni tuo, illud tandem illi accidit, quod ... optauerat, te incolumi rebus humanis abiit. D. Pium ... di. R. Pius filius, nullam magis ob cauſam fortuitos ... ne qua ſibi incidens calamitas, patris animum mœrore ... tuo iam tantum periculo ſecurior viues, non erit, quem ... te impugnent, quem tua frangat aduerſitas, quem tua ... gritudo, quem tua mors perimat. D. Patrem amantiſſimum ... R. Incipias de aliis curare, qui te curet amplius non erit. ... ab altero tibi exhibitam, repende alteri, raro illi ... betur. D. Pium patrem miſer perdidi. R. Si pietatis ... ſtat, ſolare fortunam tuam recordatione præteriti temporis ... ſti parentem, & dum licuit pia ſemper in illum officia ... Pater obiit. Pietas viuit, alioqui eſt fateor, vnde ... ſis. D. Pater me moriens deſtituit. R. Per naturæ ordinem ... qui prior intrauerat, nec te ille deſtituit, ſed præceſſit. D. ... trem. R. Neſcis quid ſit patrem perdere, niſi filium ...

De patre bono. Dial. LXXXII.

Gav.

Habeo patrem bonum. R. Bonum noſce tuum, breue eſt. ... trem habeo optimum. R. Aut ille tibi luctum pariet ... Indulgentiſſimus mihi eſt pater. R. Si naturæ ordo ſeruatur, ... fletus hæreditas remanet, illumque ſi peruertitur. G. ... habeo. R. Vtere ſedulo, fugitiua iucunditas pater ſenex. G. ... habeo grandæuum. R. Non eſt locus inertiæ. Feſtina ... extremos, tanquam ex arbore ruinoſa. Charo lateri ... tum potes, cupide illum vide, ceu confeſtim abiturum ... augi, & extremos monitus memori mente recondito, ... velut iter acturus neceſſariis permunito. Egebis illo ... quæreſque eum nec inuenies domi. G. Patrem habeo ... R. Propterea nouiſſima pietatis officia in illum congere ... ſi quid nunc omiſeris dolebis ſemper. G. Patrem pium habeo. ... Habes qui ante te mori cupiat, poſt te viuere metuat. G. ... trem optimum. R. Habes quem priuſquam habere ... gnoſcas, habes & quem perditum ſuſpires.

¶ Apophthegmata.

*Socrates*, forte cum Lamproclo filiolo pueriliter ludens ... biade deprehenſus & vehementer deriſus eſt. At ipſe: Non ... buit, vt me parentem cum filio rideas immoderatius, qui ... parentum in filios affectum, tacebis itaque donec & ipſe ... genueris ſimilia tentaturus, & fortaſſe magis puerilia. *Ælian.* ... *de Var. hiſt.*

*Ageſilaus*, quum miro eſſet affectu erga liberos ſuos ... liquando arundine pro equo conſcenſa, vna cum pueris ...

lum forte vidiſſet ex amicis quidam, rogabat, ne cui dicederet priuſquam ipſe quoque liberorum parens eſſet fa… ſubindicans, cum luſum non eſſe leuitatis, ſed pietatis: quod agebat, videri poſſe ineptum ei, qui modo expertus quam ingens ſit affectus charitatis parentum erga filios. *Plut. apoph. & Aelian. lib 12. Var. hiſtor. Simile cum ſuperiore … attributo.*

*…charſis* interrogatus qua de cauſa operam non daret proli? …dit, quia nimis amaturus eſſem liberos. *Stob.*

*…eterus*, Liberos doctiores quam ditiores eſſe debere dicebat. *…chirid.*

*…crates*, Liberis pudorem magis quam aurum conſulebat eſſe …endum. *In admonitionib. Ethicor.*

*Demetrius*, Cum Eraſiſtratus Demetrio Antiochi filii mentem …non deſtinarat, indicaſſet, ſimulque faſſus eſſet, huius affectionem eſſe amorem, Demetrius, qui adoleſcentem vnice adamabat, per omnia multis cum lachrymis cœpit obteſtari, vt illius …mitati conſuleretur, cum Eraſiſtratus addidiſſet, immedicabilem malum eſſe (quod in ipſius vxorem deperiret) hoc audito, Demetrius vehementius cœpit obteſtari, vt ob ſalutem filii cederet illi …coniugem. Iſta, inquit, ô pater, tibi facile dicuntur: ſed aliud … ſi tuam coniugem Stratonicem adamaret. Hic cum rex Deo precaretur, vt liceret amorem commutare, & à medici coniuge … transferre, nihil ſe non facturum, ſi modo liceret ſeruare filium, Eraſiſtratus patris dextram amplexus: Nihil eſt (inquit) ô rex, … iam Eraſiſtrato indigeas. Etenim cum & pater ſis & maritus, … optimus eris tuæ familiæ medicus. Non enim in coniugem … ſed in Stratonicem tuam Antiochus deperit. Poſthæc Deme… , vt Antiochus rex, Stratonice quam filio ceſſit regina …retur. *Plutarch.*

*…ſtius* eques Rom. cum à Cæſare filium abdicare iuberetur, …tribunus pl. cum Marulo collega ei inuidiam mouiſſet re… : Citius, inquit, Cæſar tu mihi omnes filios meos acci… quam ego ex his vnum domo expellam mea. *Eramſ. libr. 6. a…*

*Teleucia*, Chii exules cum Spartam veniſſent, multis modis Pæ… incuſabant. Eos Teleucia mater cum vocaſſet ad ſe, explo… quæ in filio reprehenſione digna eſſent, ſcripſit hunc admo… , vt aut ignominiam omnem ablueret, aut in patriam in… non veniret, *ibid.*

*…myma*, Filio iniuriarum poſtulato: Aut crimine (inquit) fili, … teipſum libera, Mater in filium ſeuerior, quam iudex: quæ … malebat, quam cum ignominia viuum. *ibid.*

*…lia*, Quum accepiſſet quod filius peregre agens inhoneſtè ſe … ſcripſit illi: Malus rumor de te ſparſus eſt, hunc tollito, aut … *Plut. in apoph. Lacanarum.*

*…nes*. Is rex Tenediorum cum legem promulgaſſet, vt ſi quis … deprehendiſſet, ſecuri trucidaret, intellexit mox filium … legem peccaſſe. Vnde cum rogaretur quid faciendum eſſet? …endum, inquit, ſecuri percutiatur. *Pauſan. lib. 10. Eraſm. in … Tenedia bipennis.* De eadem ſeueritate Zeleuci Locrenſis er… ob adulterium altero oculo priuatum. *Vide Cicer. lib. 2. de … ſerm. 42. Aelian. Var. hiſt. lib. 2. Val. Max. lib. 6. c 5.*

*…ates*, Obiurgationem à patre factam, ſuaue medicamentum … plus enim, inquit, prodeſt quam mordet. *Stob.*

… ab vxore reprehenſus quod filium immorigerum & inuti… admitteret: & cum illa ſubieciſſet, atqui ex te eſt in terram … & hoc, ſubiecit, ex me eſt, at non vtile. *Max. ſerm. de hono… parentum.*

*…y. Philoſ.* ridiculum eſſe dicebat, eum qui ſuis parceret alie… liberos caſtigare velle. Anton. ſerm. de parentibus liberorum e… neglectim curantibus.

*Iunius Brutus* filios ſuos tyrannidi fauentes, comprehenſos, … pro tribunali ſedens interrogauit, dicens: Quid vos ad cri… hæc? Vbi ter interrogati nihil reſponderunt. Iam reliquæ, in… , veſtræ partes ſunt. Eorum deinde ſupplicia fixis oculis eſt in… Exuit patrem, vt conſulem ageret: orbuſq; viuere quam pu… vindictæ deeſſe maluit. *Liu. lib. 2. Val. Max. lib. 5. c. 8.*

*M. Scaurus* audiens filium cum aliis ab hoſtium exercitu fugatis … repetere, miſit qui dicerent libentius ſe in acie eius interfe… hoſtibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugæ reum vi… Itaque ſi quid modo reliquum in pectore verecundiæ ſu… , conſpectum degener irati patris vitaret. Filius audito nun… ipſum interfecit. *Val Max. ibid.*

*Manlius Torquatus*: cum è Macedonia veniſſent legati, graues querelas deferentes de filio Decio Syllano, qui eam prouinciam … , à ſenatu petiit ne quid ea de re ſtatuerent, priuſquam … cauſam cognouiſſet. Cum ſenatus illi cognitionem detuliſſet, … ſedit, ſolusque vtrique parti per totum biduum vacauit, ter… pronuntiauit in hanc formam: Quum Syllanum filium pe… à ſociis accepiſſe probatum ſit & Republica eum & domo … indignum iudico protinusque e conſpectu meo abire iubeo. *Eraſmus Roterodamus libro ſexto apophthegmat. ex Val. Max. lib. 5. cap. 8.*

*A. Fuluius* filium ingenio, literis & forma florentem, quoniam … Catilinæ caſtra properabat, ex itinere retractum occidit, dicens: Ego te non Catilinæ aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catilinam genui. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi*, Vt humor quidem de radicibus aſcendit in herbam, de herba autem non reuertitur in radices, ſed ſurſum tranſmittitur in ſemen: Sic & charitas de parentibus aſcendit in filios, de filiis autem non reuertitur ad parentes. Ideo parentes quidem diligunt filios, ſed non ſic diliguntur à filiis: quia ſicut herba non deorſum, ſed ſurſum ad ſemen tranſmittit humorem: Sic & homo non ad parentes, ſed ad procreandos filios tranſmitttit affectum. *In cap. 6. Matth. hom. 23.*

*Hieroclis*, Quemadmodum Phidiæ aut aliorum artificum opera, ſi & ipſa rurſus alia quæpiam facerent ea quoq; non dubitaremus opera nominare artificum: Eodem modo actiones etiam noſtræ parentum noſtrorum opera eſſe dicentur, per quos nos nati ſumus. *apud Stob. ſerm. 77.*

*Plutarchi*, Vt ſcorpius non tantummodo putandus eſt habere aculeum, cum ferit, ſed ſemper eſt obſeruandus: Ita malis prognati, etiamſi non peccent, tamen venenum habent. *In Moralibus.*

*Roterodami*. Vt piſces in mari nati, educatique, nihil tamen ſapiunt ſalis marini: Ita quidam inter barbaros geniti. & educati longè abſunt ab omni barbarie. *In Simil.*

## ¶ Exempla Biblica.

Patentum erga liberos officia. Primò, liberos rectè educare, & eos pro bonis habere. *Exempla*: Iacob, *Geneſ.* 33. v. 5. Ioſeph, 48. 9.

Secundò, diligere liberos. *Exempla:* Iacob, *Gen.* 42. v. 36 37. Dauid, in quo magis ſtorga paterna elucet, 2. *Sam.* 12. *v.* 16 17. Altera Meretrix, 1. *Reg.* 3. 26. Tobias ſenior & vxor eius, *Tob.* 5. 23. & 10. *v.* 1. 2. 3. 4.

Tertiò, pietatem eos docere, *Exodi* 12. 27. & 13. 8. 14. *Deut.* 4. 10. & 6. *v.* 7. 20. & 11. *v.* 19. & 32 46. *Ioſ.* 4. 6. 7. 21. 22 & 22. 24. *Pſal.* 78. 4. 5. 6. *Eſa.* 38. 19. *Ioel.* 1. 3. *Epheſ.* 6. 4. *Exempla*: Dauid, 3. *Paral.* 28. 9. Mater Samuelis, *Prou.* 31. 1. 2 Tobias ſenior, *Tob.* 1. *v.* 9. 10. & 46. & 14. 10.

Quartò, eos corrigere, & peccata eorum arguere, 1. *Sam.* 3. *v.* 13. *Prou.* 13. 24. & 23. 23. & 29. 17. *Heb* 12. 7. *Exemplum*: Iacob, *Geneſ.* 34. *v.* 30.

Quintò, in eis corrigendis & arguendis moderatione vti, *Epheſ.* 4. 4. *Coloſſ.* 3. 23.

Sextò, orare pro liberorum felicitate, & peccatis amoliendis, *Exempla*: Dauid, 2. *Sam.* 12. 16. 1. *Paral.* 29. 16. Iob, *Iob* 1. 5.

Septimò, tradere liberis facultates, *Exempla*: Abraham, *Gen.* 24. 36. & 15. *v.* 5. 6. Ioſaphat, 2. *Paral.* 21. 3.

Octauò, illis proſpicere de matrimonio, *Exempla*: Abraham, *Geneſ.* 24. *v.* 2 3. Agar, 21. 21, Iſaac. 28. 1. Hemor, 3. 4. 4. Iudas, 38. 6. Manue & vxor eius, *Iud.* 14. 3.

## ¶ Exempla Profana.

Aegeus procul nauim intuitus, qua Theſeus filius ex Creta victor vehebatur, quod non candida eſſent illi vela, quæ filii incolumitatem, & lætitiam teſtarentur, ſed funeſta & atri coloris. Theſeum periſſe ratus, ex alta ſpecula in ſubiectum ſeſe pelagus præcipitauit.

Gordianus ſenior Africæ proconſul, à Pœnis & exercitu aduerſus Maximinorum crudelitatem imperator creatus, cum filium à Maximinis cæſum accepiſſet, præ mœroris magnitudine clam ſe in cubiculo ſuſpendit.

Decius Imperator cum Decium filium ſuum imperiali diademate proponeret inſigniri, renuit filius, dicens: Vereor, ne ſi fiam Imperator, dediſcam eſſe filius. Malo non eſſe Imperator, & humilis filius, quam imperator & filius indeuotus. Imperet pater meus, meum imperium ſit, parere humiliter imperanti. Nam parentum affectum exuit, qui mole ſuperpoſita filium extinguit. Prius enim alendi & nutriendi ſunt pueri, & cum præceſſerint, quos præcedere debent, inuite adſcendant. *Valer. Max. lib 4.*

Herodes Iudæus falſis ſuſpicionibus criminatos Ariſtobulum & Alexandrum filios crudeliter in carcere necari iuſſit: vt non immeritò Auguſtus diceret, malle ſe Herodis porcum, quam filium eſſe. Nam porcis non vtebatur: filios autem ſeuerè occidebat. *Macrob.*

Iunius Brutus Romanæ libertatis aſſertor, duos adoleſcentes filios publice interfecit proditionis conuictos, quod de regibus, quos ipſe eiecerat, in vrbem reducendis cum Aquiliis & Geliis conſilium agitaſſent. Magnum fortunæ ludibrium, vt domus ea, vnde publica libertas orta fuerat, propemodum extincta ſit. *Plut.*

Manlius Torquatus filium ſecuri percuſſit Latino prælio, quod contra imperium in hoſtem dimicaſſet. Nec profuit iuueni, quod hoſtibus ornatus ſpoliis ad patrem rediſſet, Valuit plus apud Manlium imperii maieſtas, quam paterna pietas. *Liuius.*

## ¶ Hieroglyphicvm.

*Paternam* in filiis educandi *diligentiam* eamq; accuratiſſimam exprimere ſi vellent veteres, *piſcem Glanim* pingere inſtituerant.

Oua enim iis, quæ ſemina deſtituerint, perſeueranti cuſtodia tutatur, ad quadrageſimum & quinquageſimum vſque diem, ab iis denique non abſcedit, donec ita coaleſcat ſoboles: vt ab reliquorum piſcium iniuria ſe tueri valeat. *Pier. Valer. lib.* 31. *pag.* 282. *F.*

¶ FABVLA.

De Leone & Homine.

Senex Leo, cum alia docere ſolebat filium ſuum, tum illi præcipere, ne vnquam cum homine congrederetur, ac depugnaret: animal enim illud eſt, inquit, mirificum & inuictum. Leunculus illa quidem audiebat, ſed non tangebant dicta animum. Cum adoleuiſſet & ſentiret vires ſuas conſummatas eſſe, progreditur quodam die, eo animo, cùm homine vt prælium committere vellet. Videtq; in agro coniugatos boues: accedit igitur, & rogat num homines ſint. Illi quidem ſe homines eſſe negant, ſed ab homine impoſitum iugum portare dicunt. Digreſſus ab his equum conſpicatur, cum ſtrato & frenis alligatum ad arborem, ibi ille huic, Tun' homo, inquit, es? Minime ego quidem, inquit equus, ſed homini ſeruio & obtempero. Paulo poſt cernit quendam in ſylua, qui ligna finderet, ad quem accurrens: Homo, inquit, videris eſſe. Ita eſt, inquit ille: pugnabis igitur mecum, inquit. Maxime, inquit ille, ſed quæſo te, diſtrahe prius hanc arborem, cui vides ferrum iſtud impactum. Incutit mox leo vngulas fiſſuræ arboris, & dimouit quidem eatenus, vt cuneus excideret: ſed vis tanta non erat vt arborem diſtraheret. itaque partibus, vt fit, vtrinque redeuntibus, comprehenſis pedibus, Illic hærebat captus Leo. At lignator clamores tollere & de agro vndique vicinos aduocare contra Leonem. Hic verò cum ſe in diſcrimine eſſe animaduerteret, omnibus viribus adhibitis pedes de ligno retraxit, atque ita quidem, vngulas pleraſque inter arborem vt relinqueret: ac reuerſus ad ſuum patrem cum cruentis pedibus: Mi pater, inquit, ſi paruiſſem monitis tuis, vngulas non amiſiſſem.

Fabula hortatur omnes, vt in primis quidem parentibus, ſed & aliis recte monſtrantibus libenter obſequantur atque pareant.

*Vide Filius, Liberi.*

# Parſimonia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

PArſimonia, Græce φειδὼ, όος, ἡ, & φειδωλὸς, ȣ̃, ὁ, parcus, & φείδομαι, parco dicitur. Eſt autem parſimonia, qua animi honeſti & vtilis cauſa, ne diſpendium faciens, & bona ſua, operum nomine vel facultatum appellata, inutiliter inhoneſteque conſumant, ſed tueantur atque cuſtodiant, prudenter conſiderant. Cuius contrarium eſt luxuria, ſeu luxus, & bonorum dilapidatio, videturque parſimonia differre à frugalitate, quod *parſimonia* eſt quid generalius: *Frugalitas* verò eſt propriè cibi potuq; mentis frugi ac bene compoſitæ moderatio: cuius contrarium voracitas. Cicero tamen frugalitatem dicit plura complecti, ſcilicet fortitudinem, iuſtitiam, prudentiam.

*Parſimonia* à parſi præterito huius verbi parco, venit. Eſt enim parcere inter alia quæ habet ſignificata, idem quod abſtinere. Virg. *Parce pias ſcelerare manus.* Vnde parcere pecuniæ, abſtinere ab expenſione pecuniæ ſiue parum expendere pecuniam, & parcere labori, id eſt, nihil, vel parum laborare. Hinc, vt diximus, fit parſimonia, quæ pro moderatione ſumptuum & parcitate, hoc eſt, conſeruatione rerum accipitur. Ab eodem verbo venit parcus, qui frugi eſt & ſumptibus parcit; & parcitas, quæ idem eſt quod Parſimonia.

Parſimonia, vel Parcimonia moderatio ſumptuum, parcitas, frugalitas, parcus rerum vſus, vox media quæ in malam partem ſumpta, tenacitatem, illiberalitatem, ſordes, auaritiam denotat, de qua vide etymologicon trilingue Lugduni anno 1607. editum, pag. 568. & 569. in voce *Parcus*. Si in bonam partem ſumas, virtus eſt, qua caueimus ne quod diſpendium vltra modum fiat, & res familiaris (quo ad fieri poteſt) ſine cuiuſquam iniuria conſeruetur, *Chilai*, Hebr. eſt parcus, qui aliquid vehementer appetit, tenax, illiberalis, auarus, *Chiche, taquin, tenant*, Gall. & in ſiniſtram partem ſumitur apud Iſaiam, cap. 32. v. 57. nec alibi occurrit in V. T. Quandoquidem verò parſimonia laudata ſpecies eſt quædam iuſtitiæ diſtributiuæ, hinc fit vt verbum *Chos*, quod ſignificat pepercit conniuendo, miſertus eſt, quo vtitur Dauid Pſalm. 72. v. 13. à parcimonia res pretioſiſſimæ, nempe ſanguinis & vitæ afflictorum ad facultatum conſeruationem translatum etiam fuerit, & parſimonia ſeu frugalitas *Chuſan*, à nonnullis dicta ſit, voce à verbo *Chos* deriuata.

Pleniorem proponamus parſimoniæ definitionem. Eſt virtus quæ res proprias cuſtodit, vtiliter collocat, vitat ſumptus non neceſſarios, emacitatem, luxum, mutuationes, ædificationes, & tamen vbi poſtulat ratio, quantum opus eſt, expendit. Vicina virtus eſt liberalitati, eadem habens extrema. Sicut liberalitas auaritiæ & tenacitati, eodem modo parſimonia profuſionibus & prodigalitati magis oppoſita eſt. Nequeunt enim ad benefaciendum ſuppetere facultates, niſi parſimonia aſſeruentur, vt monet prouerbium, Bo… uaſius bonum facit & ducit bonifacium.

Parſimoniæ partes ex definitione colliguntur. De emo… gienda occurrit Catonis dictum à Seneca deſcriptum, epiſt. … non quod opus, ſed quod neceſſe eſt. De mutuationibus … da eſt Chilonis ſententia, Comitem æris alieni eſſe miſeriam. … de ædificationibus & domeſticorum ac paraſitorum turba … chon Græcum, ita conuerſum:

*Ædificare domos, & paſcere corpora multa,*
*Ad paupertatem proximus eſt aditus.*

Cauſæ efficientes ſunt mandatum Dei, prudentiam rei dom… cæ honeſtam curam commendantis. Spiritus S. flectens … pias ad modeſtum victum & cultum. Fines & effectus ſunt, … Deo obedientiam debitam præſtemus. 2. Noſtras facultates … ſeruemus & augeamus rationibus iuſtis, ſine praua cupiditate … ſiodi dicti memores:

*Adde paruum paruo, paruo ſuper adde puſillum:*
*Fiet & hoc magnum: infelix pelletur egeſtas.*

3. vt ad beneficentiam & ſumptus neceſſarios facultates non de… *Plin. Iun. lib. 2. epiſt. ad Cat.* Quod ceſſat ex reditu frugalitate … pletur, ex qua velut fonte liberalitas noſtra decurrit, quæ … temperanda eſt, ne nimia profuſione inareſcat.

Pugnantia ſunt, 1. Profuſiones in pompas inanes, veſtes … didas, luxum, ambitioſas ædificationes, conuiuia frequentia, … centia, ſumptuoſiora, monſtroſa. 2. Nimia tenacitas, ſordities, … ritia plane ruſtica, turpiſque lucri inſatiabilis cupiditas, 3. Neg… gentia & ignauia in rebus propriis cuſtodiendis, ſuſcipiendis … tempeſtiuis laboribus.

¶ BIBLICI LOCI.

Parſimonia rebellibus fit inutilis, *Deut.* 28. 42. commenda… auget opes, *Prou.* 13. 17. & 27. 25. peccatori conuertitur in dam… *Eccl.* 2. 27. piis modeſtam parſimoniam colentibus Deus fa… xime, *Eccl.* 5. *v.* 18. 19. 20. Parſimonia probatur à Chriſto, … panem noſtrum quotidianum petamus à patre cœleſti, Ma… mandante diſcipulis ſuis, vt fragmenta panum & piſcium … *Ioan.* 6. 12. Apoſtoli mandato huic parent & parſimoniam … *Ioan.* 6. 13. Exempla vitæ Patriarcharum, Prophetarum, Chriſti, … ſtolorum, piorum omnium qui à mundo condito in Eccleſia … vixerunt, nihil aliud quam Temperantiam, frugalitatem, … niam, nobis commendant. Luxus parſimoniæ oppoſitus d… paſſim. vide *Iſai.* 3. 17. &c. *Luc.* 16. 10. 1. *Pet.* 3. 3. Reliqua vide … *galitas, Pigritia, Studium, Sufficientia.*

Pulchra res victus tenuitas: documento mihi eſt Elias … viduam requieſcebat: Ioannes, qui cameli pilis tegebatur … qui lupinis vnico aſſe emptis alebatur. *Nazianz.* orat. …

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid. 2. Remed.

*Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri,*
*Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.*

Ouid. 2. Remed.

*Contrahe: de multis grandis aceruus erit.*

Claud. 1. Stil.

*Plus eſt ſeruaſſe repertum*
*Quam quæſiſſe decus;*

Hor. 1. Epiſt. 12.

*Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci,*
*Si recte frueris, non eſt, vt copia maior*
*Ab Ioue donari poſſit tibi, tolle querelas?*
*Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.*

Lucret. 5.

*Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parce,*
*Æquo animo, neque enim eſt vnquam penuria parui.*

Phocylides.

Ἀρχόμενος δὲ πίθȣ καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ.
*Incipiente autem dolio, & finiente ſatiare:*
*Sed in medio parſimonia vtere: grauis in fundo parſimonia.*

Lucianus.

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς ȣ̃τος, ὃς, ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφαρμόσατο.
*Tanquam moriturus tuis bonis fruere:*
*Tanquam autem victurus parce tuis poſſeſſionibus.*
*Eſt autem vir ſapiens hic, qui ambo hæc cognoſcens,*
*Parſimoniæ & ſumptui menſuram aptauit.*

Thomas Morus ita reddidit verſibus elegiacis.

*Vtere diuitijs tanquam moriturus, & idem*
*Tanquam victurus parcito diuitijs.*

*Parcere diuitijs qui tempore nouit & vti,*
*Ille modum ſeruans inter vtrumque ſapit.*

## ¶ Apophthegmata.

Sententia vulgo celebratur: Non tam graue eſſe bona non accipere, quam acceptis priuari. *Stob. ſerm.* 13.

...henes dicere ſolebat, plurimos hominum parare quidem bene conſulendo, nihilque contemnendo: ſed non iiſdem ...las conſeruari poſſe. *Stob. eod. ſerm.*

...Cæſar deridere ſolebat Alexandri Macedonis dictum, ...ſodales ſuos frequenter dictitabat, nihil ſibi à Philippo ...qui quod ageret: Nec quidem immerito deriſit adole...tiam, qui non contentus erat regionibus à patre ſuba...ctis quoq; bello plures ſibi parare ſtudebat: ignorans præ...curam eo referendam eſſe, non vt multa poſſideamus, ſed ...parta tueamur. Non minor enim (vt ille ait) virtus eſt, quam ...parta tueri. *Plut. in Rom. apoph.*

...Æſchinem, qui premebatur inopia, ſolebat admonere, ...ſumeret mutuum, ſiue vſuram παρὰ ἑαυτοῦ δανείζεσθαι ...modum, ſibiipſi ſubtrahendo cibaria, iuxta illud, *Magnum ...parſimonia.* Expeditiſſima ratio eſt augendi cenſum, de...ſumptibus. *Eraſm. 3 apoph.*

...critus, qui parci præter modum ſunt, inſtar apicularum, ...perantur, tanquam perpetuo victuri. *Stob.*

...Parſimoniam & eſuriem bonam eſſe dicebat: ſuo autem ...ſumptus etiam. Porro (inquit) vir bonus hæc diſcernet.

...Stolidos parcorum filios, vbi quid à patria illa conſuetu...dine & exquiſita deciderint, perire dicebat: non ſecus quam ...gladios ſaltant, ſi vel ſemel aberrauerint in vnico gladio, ...bus niti debebant, intereunt. *Stob. ſerm.* 16.

...Vitam nimis parcam & ſine feſtiuitatibus, longam viam ſi...rijs eſſe dicebat. *eod. ſerm.*

...muſicus interrogatus, quinam eſſent in Pamphylia ...? Phaſelitæ, inquit: ſed addebat, in toto orbe miſerrimos ... Vtraque gens eſt in Pamphylia, Phaſelitarum ſordes ...notatæ ſunt, Phaſelitarum ſacrificium: quod ſalſis piſci...ficarent. Bis miſeros dixit parcos.

...ander, cum hyeme frigidoque cœlo apud amicum quen...uio exciperetur, videretque foculum exiguum, & ignis ...: At ligna, inquit, inferte, aut thus. Subnotans conuiuato...ſuis parcere, perinde quaſi thus eſſet, ſimul ſatis eſſe ignis ...um ſuffitum diis, at parum ad depellendum frigus. *Plut.*

...parasitus, quum Lyſimachus rex veſti ipſius curaſſet affi...orpium ligneum, aut (vt Plutarchus ait) rubetam, pul...latum vero, perturbatus reſiliit. Ridentibus omnibus, ...ſenſit: Et ego, inquit, te viciſſim terrebo, Rex. Quum ille ...? Da mihi, inquit, talentum: exprobrans Regi ſordes & ...niam. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

...*bena.* Quum quidam vini paulum infundiſſet in pſycte...(id eſt, vaſculi genus refrigerando vino paratum) diceretque ...ſedecim annorum eſt. Puſillum eſt, inquit, pro tot an...tate. *Hoc ipſum aſcribitur Phrynæ. Eraſm. lib. 6. apoph.*

...*mus.* Seruus quidam ab hero Chio negotiatore profuge...rogatus cur fugiſſet? Quoniam, inquit, quum adſint bona, ma...: Solet enim herus ille vinum muſtum primæque ſuauita...re, ipſe interim non bibens niſi ſubacidum ac vapeſcens. ...*apoph. ex Plutarch.*

...*critus* multos diuites non dominos rerum ſuarum, ſed tu...eſſe dicebat. *Stob. ſerm. de parcitate.*

...*bius*, Virum, qui magnas opes reconditas habuerit, nec aliam ..., quam vt reponat, conquirentem, quo ſemper aliquid ...bus addat, & ſi locupletem, nihil tamen neque ſui, neque ...utilitatis gratia inſumentem, haudquaquam diuitem eſſe ..., ſed parandis natum, qui ſæpenumero ſibi labores creet, & ... ad ſe pertinentes augeat. *Idem, ibid.*

*Idem*, Vir cui magnæ ſunt opes reconditæ, quibus pro ſuo arbi...ad res neceſſarias vti non audeat; ſimilis eſt ærario quæſitori pu...thesaurum ſuum eſſe perſuaſo. Quantum enim ad opinio...m, eſt quo vterque diues eſt. Vſum verò diuitiarum, qui pro...um eſt poſſidenti, non hic magis quam ille habet. *ibid.*

## ¶ Similitudines.

*...ratis*, Hominis pecuniæ amantis & tenacis diuitiæ, quemadmodum ſol poſt occaſum, neminem viuentium exhilarant. *Stob. ſerm. de parcitate.*

*Idem*, Pecuniam amantium & tenacium vita ſimilis eſt funerali ...uio. Omnia enim cum habeat, hominem qui præſentibus liberaliter fruatur non habet. *ibid.*

*Theopompi.* Quemadmodum apiculæ per totam æſtatem floſcu...ſaltantes mel colligunt, non reddunt autem ſua ſponte ad v...hominibus: Ita homo tenax vndiq; corradit omnia, tanquam ...petuo victurus, nec dat, niſi coactus quodammodo. *apud Stobæum.*

*Stobæ.* Quemadmodum qui inter gladios ſaltant, ſi vel ſemel aberrauerunt in vnico gladio, vbi pedibus niti debebant, intereunt: (eſt verò difficillimum, ne in vno quidem aberrare, cum ſola pedum anguſta veſtigia relinquantur:) Sic ſtolidi parcorum filii, vbi quid à patria conſuetudine exquiſita illa & tenaci deciderint, perire ſolent. *Serm.* 14.

*Plut.* Vt in conuiuiis temperamus ab appoſitis cibis, quo locus ſit lauticiis, quas expectamus: Ita quotidiana parſimonia præmuniendi ſumus. *In Moral.*

*Plato* vetat aquam à vicinis petere, niſi prius domi foderis vſque ad terram, quam ceramitidem vocant, repererisque non eſſe ſpem venæ: Ita prius excutiendum, vt parſimonia, aliave via tibi ſuppedites, priuſquam à menſariis pecuniam mutuam petas. *In Moralib.*

*Templum* Epheſiæ Dianæ tutos reddebat obæratos à creditoribus. At multo magis frugalitas & parſimonia præbet aſylum. *In Moralibus.*

## ¶ Adagia.

Tribus minis inſumptis, duodecim imputat. τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας, λογίσασθαι δώδεκα.

*Quadrabit in eos, qui non niſi compendij ſui gratia colunt amicos, & pro quouis exiguo officio multum beneficiorum expectant.*

Vulgo item aiunt: *Pileum donat, vt pallium recipiat.*

Er wirfft ein Wurſt nach einer Seiten Speck.

Cumini ſector. *Ariſtot.*

*Impendio parcus ac ſordidus, olim prouerbio* κυμινοπρίστης. *Id eſt: Cumini ſector dicebatur.* Ein küſt den Pfenning.

Ficus diuidere. σῦκα μερίζειν.

*Vnde licebit & cognomen fingere.* συκοπρίστης. *Martialis.*

*Quadraginta ſecat, qui dicit.* σῦκα μέριζε.

*Sordidum ac parcum ſignificans etiamſi ditiſſimum.*

Nullus emptor difficilis, bonum emit obſonium. οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας. *Iul. Poll.*

*Conueniet in hos, qui paululo labore conantur egregias aſſequi literas.* Wie Gelt/ſo Wahr.

E Patroclis domo venit. ἐκ Πατροκλέους.

*In ſordidos. Sumptum à moribus Patroclis, cuiuſdam Athenienſis, prædiuitis quidem, verùm impendio parci ſordidiq;.*

Cochleæ vita. κοχλίου βίος. *Plut.*

*De ijs, qui parce paruoq; viuunt, aut contracti à negotijs, luceq; forenſi ſemoti.*

Ex phelleo venire. ἐκ φελλέως ἐλθεῖν.

*Dicebantur, qui ex humili fortuna aſperaq; vita ad dignitatem emerſiſſent.*

In ventrem inſilire. εἰς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι.

*Id eſt: In ventrem irrumpere, dicitur, qui curam omnium ad cibum ac potum confert.*

Cradophagus, κραδοφάγος.

*Ruſticum ac ſordidum veteres* κραδοφάγον, *per iocum appellabant, quaſi* κραδαιοφάγον. *Nam* κράδαι *vocabant arboris fici folia. Idem dicebantur* φελλινοφάγοι, *quaſi priſco more glandibus viuentes.*

Τρυγόβιοι

*Homines ſordidos ac parcos, olim popularis iocus* τρυγοβίους *appellabat, quaſi fece victitantes. Qui ſplendidiores ſunt, vbi ventum eſt ad fecem, aperiunt aliud vas.*

Luto lutulentior.

*Auaros, quæſtusq; ſupra modum auidos, impuros ac ſordidos dicimus.*

Pediculi Platonis. οἱ Πλάτωνος φθεῖρες.

*Myronianus nullum indicat vſum prouerbij: ſuſpicari tamen licet dictum in ſordidos, quod philoſophi non nimium indulgeant uiteribus externis, dum circa mentis cultum toti ſunt occupati.*

Macilentior Leotrephide. λεπτότερος Λεωτρεφίδου καὶ Θαυμαντίδος.

*Congruet in homines exules ac prætenues Iucundius erit, ſi transferatur ad inopiam ingenij, aut dictionem aridam, ieiunam & exſanguem.*

Immunem venire. ἀσύμβολον χεῖρα προσβάλλειν.

*Immunem Latini vocant, quem* ἀσύμβολον *Græci, nempe eum qui nihil confert ad conuiuium. Terent.*

*Tene aſymbolum venire inunctum atque lautum è balneis?*

Laſpana viuere.

*Lepide dixeris in eos, qui perparce nimiumq; tenuiter viuunt.*

Nihil de vitello. ποτὶ οὐδέν μοι δίδως.

*Quadrabit in eos qui impertiant deteriora, meliora ſibi ſeruãtes.*

Rore paſcitur. πρῶκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ.

*De victu pertenui nimiumq; parco.*

Er lebt deß Luffts/wie der Stör.

Victitant ſucco ſuo. *Plaut.*

*In paraſitos, qui, ſi quando cœna contingit lautior, ingurgitant ſeſe, rurſus vbi nulla arridet ſpes cœnatica, coguntur q; οἰκόσιτοι, viuere, fortiter ferunt inediam & in conuiuio ſpem durant.*

Philippide tenuius. ἰσχνότερος Φιλιππίδου. Vel πεφιλιππιδῶσθαι.

*Accommodabitur non inuenuſte ad orationem ieiunam, aut diſputationem otioſæ ſubtilitatis.*

Monophagi. Μονοφάγοι. *Eudemus.*

*Dici poterunt ſordidi, & inhoſpitales, qui neminem inuitant ad conuiuium.* Die auß der Fauſt eſſen.

Patroclo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Patroclo ſordidior. Πατροκλέους φειδωλότερος.

*In diuitem quidem, ſed oppido quam ſordidum ac parcum.*

Nephalium ſacrum. Νηφάλιος θυσία.

*De conuiuio abſtemio non inepte dicetur, aut de conuiuio vehementer frugali ſobrioq́ʒ.*

Caninum prandium.

*Dicebatur abſtemium, & in quo nullum vinum biberetur, propterea quod canes à vino abhorrent.* Ein Hundszech.

Cereri ſacrificant.

*Quemadmodum Græci dicunt ἑστίᾳ θύουσιν. Id eſt, Lari ſacrificant: ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici ſolere, Cereri ſacrificant, ſi quando in conuiuio vinum deeſſet, propterea quod in huius ſacris nefas eſſet inferre vinum.*

Bos Cyprius. Κύπριος βοῦς.

*In brutum ac ſtolidum iaci ſolitum, propterea, quod Cyprij boues magis bruti ferantur, quippe qui ſtercore humano paſcantur.*

Cyprio boui merendam.

*Quoties conuiua ſordidus & inſipidus ſordido atque inſipido accipitur conuiuio Feſtiuius erit, ſi ad res animi deflectatur, vt ſi quis apud ſpurcos ſpurce loquatur, apud indoctos indocte.*

Tolle tolle mazam quam ocyſſime ſcarabeo. αἶρ' αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ. *Ariſt.*

*Id vſurpare licebit, quoties ſordidus cibus immundo conuiuæ apponitur.*

Pſyrice facta.

*Pſyra inſula quapiam cum eſſet & perpuſilla & ignobilis in contemptus vilitatis prouerbium abijt, vt quæ ſordide parumq́ʒ magnifice fierent, Pſyrice facta dicerentur.*

Paruo emptas carnes. τὸ εὔωνον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν.

*Quidam putria emunt opſonia, ne pluſculum inſumant nummorum. Ea quum nullus attingit, canibus edenda ſeruantur.*

Pſyra Bacchum. Ψύρα τὸν Διόνυσον.

*Dictitatum adagium, vbi vinum appoſitum in conuiuio nemo guſtat, aut de ſordido apparatu.*

Tenuiter diducis. λεπτὰ ξαίνεις. *Suidas.*

*De ijs, qui pauperum more tenuiter victitant.*

Sacrum ſine fumo. ἄκαπνος θυσία. *Lucian.*

*De nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti obſonij apponitur.*

Nephalia ligna. Νηφάλια ξύλα.

*Dici poſſe videtur in abſtemios, & ab omni voluptate procul alienos.*

Carica victima. Καρικὸν θῦμα.

*De macilenta hoſtia, minimeq́ʒ eſculenta dicebatur. Non inconcinne torquebitur ad cibum appoſitum, inſipidum, & quem nemo velit attingere.*

Phaſelitarum ſacrificium. Φασηλιτῶν θῦμα. *Zenodot.*

*Sordidum ac tenuem ſumptum hoc adagio ſignificant.*

In ſinu manum habere. ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχειν.

*In ſinu manum habere, nominauit Theocritus tenaces & ad largiendum pigros.*

Lari ſacrificant. Ἑστίᾳ θύουσιν.

*In tenaces dicitur, qui de ſuis nemini quicquam impertiant: aut in conuiuas edaces, qui nihil de appoſitis epulis mittunt amicis, neqʒ quicquam faciunt reliquum.*

Es gibt alles gern an jhm/außgenommen die Händ.

Er iſt ſeines Guts ſo milt. als S. Leonhard ſeines Eyſens/der gibt keinem/man ſtehle es jhm dann.

Er iſt koſtfrey/wie Pfaff Mangolt / der aß die Eyer / vnd gab die Schalen zu Allmoſen.

Ῥυποκόνδυλος.

*Græci prouerbiali conuitio ſordidos & impendio parcos ῥυποκονδύλους appellabant, ducto cognomine ab ijs, quibus ſordes in vnguibus reſident. Nam ῥύπος proprie res ſordidas ſignificat.*

Canens vitæ palmum ad anethum. ᾄδων τὴν σπιθαμὴν τοῦ βίου πρὸς ἄνηθον.

*De parco dictum, qui tenui re leuiculaqʒ tranſigit vitam, atque interim exiſtimat ſe laute viuere.*

Tantali pœnæ. Ταντάλειοι τιμωρίαι.

*De ijs dicendum, quibus adſunt quidem bona, verum his frui negatum eſt.*

Conuiua non conuiua.

*In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, verum ſpectator duntaxat eorum, quæ apponuntur quadrabit illud Homeri:*

> Κεῖτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος.
> *Incœnatus, & impaſtus potuq́ʒ ciboq́ʒ*
> *Accubuit.*

Sacra nihil ſunt, præter malas & cornua. τὰ θύματα οὐδὲν ἐστίν, πλὴν γένεια καὶ κέρατα.

*De macilentis. Trahetur non inconcinniter ad cibum minime eſculentum.*

¶ FABVLA.

Fama eſt, quod cum vidiſſet quidam alterum argenti multum ferre, rogauerit eum vt ſibi mutuo daret, cum fœnore reddendum. Ille verò noluit, vt qui nulli fideret, iuuaretque neminem. Itaque quodam in loco argentum recondit, quod alius cum animaduertiſſet, ſuffuratus eſt. Reuerſus ille poſtea, qui pecuniam abſconderat, nihil inuenit: vnde magno dolore motus eſt ob calamitatem tum alias, tum quia roganti non mutuo dederat pecuniam [...] quidem ei ſalua manſiſſet, & inſuper attuliſſet lucrum. [...] diſſet in virum cui mutuare prius noluerat, infortunium [...] plorauit, vtpote qui peccaſſet: & pœnitere ſe dixit quod [...] ſecutus, ſed ingratus fuiſſet, & prorſus ei argentum [...] Ille autem bono animo ipſum eſſe iuſſit, atque exiſtimare [...] eodem in loco à ſe fuiſſe depoſitum, Omnino enim, [...] bas quidem argentum, eo vtebaris. Quamobrem etiam [...] putaueris te vlla re priuari. Illud etenim quo quis nec [...] rus eſt, nihil ſiue præſens ſis, ſiue abſens, magis [...] Nam cum Deus alicui non perfecte bona largiri [...] pecuniarum copia, bonæ mentis facit inopem: atque [...] tero vtriſque priuat. *Antiphon. apud Stob. ſerm. 16. de parsimon.*

*Vide Auaritia, Frugalitas, Luxus.*

# Paruus, Paruulus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Paruus, exiguus, non magnus, minor natu: [...] verbo *katan*, paruus fuit, minor fuit. De qualitate & [...] dicitur. Hinc fortaſſe τέκνον filiolus.

¶ BIBLICI LOCI.

Parui dicti fideles, non ætatis, ſed ταπεινοφροσύνης ratione, Matth. 18.6. parui per conceſſionem Apoſtoli à Chriſto dicti homines, [...] mirum coram mundo viles & abiecti, 10.42. Paruulus [...] pro quopiam ita ſe demittente, vt puerum decet, 18.5. [...] mine omnes pii continentur, v. 10. Paruuli in Chriſto, 1. Cor. 3.1. [...] uulis legendum Deuteronomium, *Deut.* 31.12.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Sapientibus & prudentibus irridendis, arrogantibus [...] dibus, vere autem tumentibus, Chriſtus oppoſuit [...] non prudentes, ſed paruulos, qui ſunt paruuli? humiles. *Aug. de Verb. dom. ſerm.* 8.

Simeon portabat à quo portabatur. Quantus ibi [...] magnus! quam paruus factus erat! Paruus factus, [...] bat. Quid eſt paruos quærebat? Non ſuperbos, ſed humiles [...] bat. *Idem ſerm. 20. de tempore.*

Cum Dominus id à nobis expoſcit, vt ad puerorum [...] nem accedamus, non id exigit vt redeamus ad infantiam [...] modum ipſe, Nicodemi inſtar, exiſtimas: verum vt [...] abnegemus, ſicque nos comparemus, vt puerilis in nobis [...] tas inſit. Atque hoc, per ea quæ dixit, oſtendit. Non enim [...] paruuli efficiamini: ſed, ſicut paruuli nimirum [...] ſione, rei imitationem declarans. *Iſid. Peluſiota lib. [...]*

Paulus nos admonet, ne ſenſibus pueri efficiamur, [...] paruuli ſimus, ſenſibus autem perfecti. Neque enim [...] improbitatem abſtergamus, atq; ad puritatem & [...] aeſcamus, vt aut mentis perfectionem aſſequamur, [...] perfectum atque operarium inconfuſibilem ſubuehamur [...] *epiſt.* 442.

Paruulus in oculis ſatis eſt, qui in eo quod ſemetipſum [...] rat, imparem ſe alienis meritis penſat. Nam quaſi [...] cit, quiſquis ſe ſuper aliena merita elatione cogitationis [...] *Greg. in Iobum. in lib. 34. cap. 14.*

Paruulus datus eſt paruulis, vt magnus detur magnis, & [...] iuſtificat paruulus magnificet poſtmodum & glorificet magnus [...] glorioſus. *Bern. in vigil. natal. dom. ſerm. 4.*

Diſcite à me (inquit Chriſtus) quia mitis ſum & humilis [...] Gemina paruitas, humilitas & manſuetudo. Illa interior, [...] rior paruitas, vtraque tamen non parua virtus eſt, [...] unlus ille tam magnus, vnicum magiſterium profitetur. *Idem ſermon. 2. in purific. B. Mariæ.*

¶ POETARVM DICTA.

Hor. 2. Carm. 16.

> *Viuitur paruo bene, cui paternum*
> *Splendet in menſa tenui ſalinum.*
> *Nec leues ſomnos timor, aut Cupido*
> *Sordidus aufert.*

Idem 3. Carm. 24.

> *Campeſtres melius Scythæ,*
> *Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,*
> *Viuunt & rigidi Getæ:*
> *Immetata quibus iugera liberas*
> *Fruges, & Cererem ferunt.*
> *Nec cultura placet longior annua:*
> *Defunctumq́ʒ laboribus*
> *Æquali recreat ſorte vicarius.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Idem 2.Serm.2.

*Ieiunus raro ſtomachus vulgaria temnit.*

Lucan 5.

*O vita tuta facultas*
*Pauperis,anguſtiq; Lares, ô munera nondum*
*Intellecta Deum,quibus hæc contingere templis,*
*Aut muris potuit,nullo trepidante tumultu*
*Cæſarea pulſante manu.*

Claud.1.Ruff.

*Viuitur exiguo melius : natura beatis*
*Omnibus eſſe dedit,ſi quis cognouerit vti.*
*Hæc ſi nota forent,frueremur ſimplice cultu.*
*Claſsica non fremerent,non ſtridula fraxinus iret,*
*Non ventus quateret puppes,non machina muros*

Sen Herc.fur.act.1.

*Alium multis gloria terris*
*Trahat,& omnes fama per vrbes*
*Garrula laudet, cœloq; parem*
*Tollat,& aſtris alius curris*
*Sublimis eat : me mea tellus*
*Lare ſecreto,tutoq; tegat.*
*Venit ad pigros cana ſenectus,*
*Humiliq; loco ſed certa,ſedet*
*Sordida parua fortuna domus.*
*Alte virtus animoſa cadit.*

Tibull.1.1.

*Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro,*
*Et teneat culti iugera magna ſoli,*
*Quem labor aſsiduus vicino terreat hoſte,*
*Martia cui ſomnos claſsica pulſa fugent.*
*Me mea paupertas vitæ traducat inerti,*
*Dum meus aſsiduo luceat igne focus.*

Hor.1.epiſt.10.

*Ceruus equum pugna melior communibus herbis*
*Pellebat : donec minor in certamine longo*
*Implorauit opes hominis frenumq; recepit.*
*Sed poſtquam victor violens, diſceſsit ab hoſte :*
*Non equitem dorſo : non frenum depulit ore.*
*Sic qui pauperiem veritus,potiore metallis,*
*Libertate caret : dominum vehet improbus, atq;*
*Seruiet æternum : quia paruo neſciet vti,*
*Cui non conueniet ſua res: vt calceus olim,*
*Si pede maior erit ſubuertet: ſi minor,vret.*
*Lætus ſorte tua viues ſapienter Ariſti.*

Ouid.1.Remed.

*Flumina magna vides paruis de fontibus orta :*
*Plurima collectis multiplicantur aquis.*

Idem 2.Remed.

*Forſitan hæc aliquis ( nam ſunt quoq;) parua vocabit.*
*Sed quæ non proſunt ſingula,multa iuuant.*

Ibid.

*Tu tantum numero pugna,præceptaq; in vnum*
*Contrahe : de multis grandis aceruus erit.*

Ouid.2.Art.

*Quem taurum metuis,vitulum mulcere ſolebas,*
*Sub qua nunc recubas arbore,virga fuit.*
*Naſcitur exiguus,ſed opes acquirit eundo,*
*Quaq; venit,multas accipit amnis aquas.*

Ibidem.

*Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus,*
*Concutiat tenerum qualibet aura,cadet.*
*Mox etiam ventis ſpatio durata reſiſtit,*
*Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes.*

Tibull.1.1.

*At vos exiguo pecori fureſq; lupiq;*
*Parcite de magno eſt præda petenda grege.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Parua in magnis contemnere periculoſum eſt,parua enim ſcintilla contempta maximum excitat incendium, *Marſil.Ficin. epiſt.5.*

Paruitas in diuinis ſignificat ſimplicitatem naturæ, & vnionem virtutis.*Idem in Areop de diuin.nom.*

Paruum in Deo dicitur, quod vniuerſam molem & diſtantiam ſupergreditur,& quod nullo impediente per omnia tranſit. *Dionyſ. Areop.de diuin.nom.*

Parum quod diſtat,tanquam nihil diſtare videtur. *Ariſtot. lib.2. Phyſic.c.2.Top.56.*

Paruifactionis tres ſunt ſpecies:Contemptio, Incommodatio, & Contumelia.*Idem Rhet.l.2.*

Parua multa ipſum magnum ſunt.*Phyſ.4.ſu.2.C.1.T.53.*

Quod eſt parum,quaſi nihil differt ab eo,quod eſt nihil. *Ariſt. Pol.5.*

Nihil eſt rarius quam valde magnum,aut valde minimum reperire hominem.*Plat.de anima.*

Omnia præclara rara : nec quicquam difficilius, quam reperire, quod ſit ex omni parte abſolutum.*Cic.in Lælio.*

Nunquam parum eſt quod ſatis eſt,nunquam ſatis eſt quod multum.*Senec.epiſt.102.*

In minimis rebus ſæpe res magnæ deprehenduntur.

Rerum raritas pretium facit.

Quo rarior vſus,eo plauſibilior.*Cic.pro Flac.*

¶ FABVLA.

Rex & Subditus.

Subiectum quendam ditioni ſuæ opulentum & pecunioſum cupiens expilare rex,ne vim feciſſe videretur, adduci hominem imperat & à ſubornatis coram ſe poſtulari crimine perduellionis, quod receptaret hoſtes ſuos, & cum illis conſilia nefaria contra patriam iniret.Homini quieto, & cui nihil eſſet pace neq; vtilius neq; optatius,mira videri accuſatio & res illa.Tum vnus de accuſatoribus: Etiam nunc,inquit,domi iſtius hoſtes regios occuli exiſtimo. Ibi intelligens reus, qui eſſent hoſtes, quos abducere à ſe rex cuperet.Ita, inquit,eſt,cogor enim fateri verum.Sed mitte mecum, ô Rex, quibus illi ſtatim tradantur. Rex ſatellites cum illo miſit, quibus omnem ſuam pecuniam & nummos cum daret deferendos ad Regem: Hi quidem ſunt hoſtes,inquit etiam mei.Pene enim me perdiderant.

Docet fabula,prudentes parua libenter amittere, vt maiora retinere poſſint. Scitum eſt neque ab hac doctrina abhorrens,quod de Sigismundo Imperatore narratur.Huic enim quodam tempore ſatis grandi pecunia allata, noctis magnam ille partem peruigilando conſumpſiſſe fertur,inter cogitationes de pecunia ea. Mittit igitur qui ſtatim accerſant proceres & amicos. Quibus ſolicite alieno tẽpore aduentantibus & percontantibus quid accidiſſet. Inſidiæ mihi fiunt,inquit Sigismundus,ab hoſtibus infeſtis capiti meo. Ad quem ſermonem commotis vehementer omnibus iubet ipſe arcam aperiri & aureos nummos oſtendens:Iſti inquit,hoſtes ſunt, qui me ſomnum non patiuntur capere, horum vos quæſo metu me liberate, & ita pecuniam auferendam,interque ſe diuidendam eis tradidit.

---

# Paſsio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PAſſio,Græce πάθος,εος,τὸ,πάθημα,ατος,τὸ,& παθητικὸς,ȣ,ὁ,paſſiuus dicitur. Eſt autem paſſio, effectus illatioque actionis. *ſecundum Gilbertum Porretanum l 6.principiorum.* Venit autem à patior, vnde paſſibilis,patibulum,& patientia, de qua infra.

¶ LOCI BIBLICI.

Paſſiones & affectus peccati, *Rom.7.7.&c.* paſſiones huius vitæ, *Rom.8.18.* Paſſionibus Chriſti communicare, 1.*Pet.4.12.* In paſſionibus exultandum,*Col.1.11.1.Pet.16.*

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Multos filios Deus fecit,vnicus filius Dei emit ſibi fratres ſanguine ſuo,probatus,reprobatos.Redemit venditus, honorauit iniuriatus,viuificauit occiſus, venditis rebus noſtris nullum maius earum pretium accipimus, quam nos ipſos: quia talibus implicati, noſtri non eramus. *Auguſt.in ſerm.*

Nulla res officiorum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, niſi quum cogitamus, quanta pro nobis pertulit Dominus.*Idem de ver.apo.*

Quem vis contemnere,pretium eius attende,& cum morte Chriſti totum mundum appende.*De verbis Dom.*

Fratres,vt à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur: quomodo qui intuebantur ſerpentem æneum in diſerto, non peribant morſibus ſerpentum:ſic qui intuentur fide Chriſti mortem,ſanantur à morſibus peccatorum.*In Ioan.*

Conſpui voluit, vt nos lauaret:velari voluit,vt velamen culpæ & ignorantiæ à cordibus noſtris auferret: in capite percuti, vt caput noſtrum,id eſt,Adam ſanitati reſtitueret:colaphis cædi, & verbis derideri,vt nos ei labiis & manibus,id eſt,verbis & operibus applaudamus.*Hier. in quod ſer.*

Nihil adeo graue,quod non ęquanimiter toleretur,ſi Chriſti paſſio ad memoriam reducatur.*Greg.in epiſt.*

Tanto Deus,ab hominibus dignus honorandus eſt, quando pro hominibus indigna ſuſcepit.*ibid.*

Caput angelicis tremebundum ſpiritibus denſitate ſpinarum pungitur: facies pulchra præ filiis hominum ſputis Iudæorum deturpatur:oculi lucidiores Sole caligantur in morte aures,quæ audiunt angelicos cantus, audiunt peccatorum inſultus: eos, quod docet angelos,felle & aceto potatur: pedes quorum ſcabellum adoratur,cruci clauo affiguntur: manus, quæ formauerunt cœlos, ſunt in

cruce extenſæ & clauis affixæ:corpus verberatur:latus lancea perforatur:& quid plura?non remanſit in eo niſi lingua,vt pro peccatoribus oraret,& matrem diſcipulo commendaret. *Ber.in ſer.*

O bone Ieſu, quid tibi eſt?Mori nos debuimus, & tu ſoluis? nos peccauimus:& tu luis? opus ſine exemplo, gratia ſine merito,charitas ſine modo.*in ſerm.*

Nonne ſatis propter te vulneratus ſum? nunquid pro iniquitate tua afflictus ſum? Cur addis afflictionem afflicto? Magis aggrauant me vulnera peccati tui, quam vulnera corporis mei. *ibidem.*

Scio,quod merita mea mihi non ſufficiunt,quod mihi deeſt, audacter vſurpo ex viſceribus Chriſti, quæ miſericordia affluunt, nec deſunt foramina per quæ defluent. Patet enim arcanum cordis per foramina corporis:patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto. *ibid.*

Dilexit nos Deus dulciter, ſapienter, fortiter: dulciter nempe dixerim,quod carnem induit:ſapienter,quod culpam vitauit:fortiter, quod mortem ſuſtinuit: ſed ſuper omnia reddit te mihi amabilem, bone Ieſu, calix quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis, hoc enim omnino amorem noſtrum ſibi vendicat: hoc inquam noſtram deuotionem blandius allicit, iuſtius exigit, arctius ſtringit, & vehementius afficit. *Bernard.*

O homo! vide quæ pro te patior. Non eſt dolor ſicut quo crucior:ad te clamo,qui pro te morior. Vide pœnas quibus afficior: vide clauos quibus confodior:cum ſit dolor tantus exterior, interior eſt planctus grauior quum te tam ingratum experior. *Bernard. in perſona Domini in quodam ſerm.*

Vere deſerta erat Iudæa,vacua iuſtitia,plena peccatis,quam Deus plantauerat,omnes prophetę coluerant. Illa autem nullum fructum produxit,niſi ſpinas acerrimas,quibus Dominus ſuum caput coronauit.*Chryſoſt.in Matth. c.2.*

Quæ nobis erit contumelia, poſtquam Chriſtus hæc paſſus eſt? neque enim vna particula,ſed totum corpus iniurias patiebatur,caput per coronam: manus per arundinem: os per acetum: facies inſpuebatur:genæ velabantur, & tandem totum corpus in cruce extenditur,& perforatur.*in Matth.c.27.*

Si paſſio Redemptoris ad memoriam reducitur, nihil tam durum eſt,quod non æquo animo toleretur. Parua enim toleramus ſi recordemur,quid biberit ad patibulum qui nos inuitat ad cœlum. Ille enim opprobria, irriſiones,contumelias,alapas,ſputa, flagella, ſpineam coronam crucemque ſuſtinuit, & nos miſeri ad noſtram confuſionem vno ſermone fatigamur,vno verbo deiicimur.*Iſid.de ſum.bon.*

Magna miſericordia,vt Dominus mundi acciperet formam ſerui,panis eſuriret,fons ſitiret, lux obſcuraretur, virtus infirmaretur, vita moreretur.Redemptor venderetur,vt homo venditus redimetur.*Caſsio.in Pſal.*

Chriſtus in die crucifixionis ſuæ ſic obumbratus, atque defenſus eſt,vt nec animus eius confuſionem aliquam pateretur, nec caro ipſius corruptionis iniuriam ſuſtineret.Bene diffinita eſt paſſio Domini, dies belli, ſcilicet quando diabolo victo infernorum clauſtra dirupta ſunt,captiui liberati ſunt. *in Pſal.141.*

Quid feciſti dulciſſime puer,vt ſic iudicareris? Quid commiſiſti, ô amantiſſime iuuenis,vt tam viliter tractareris? Quod ſcelus tuũ? quæ noxa tua? quæ cauſa mortis? quæ occaſio damnationis? Ego ſum tui cauſa doloris,tuæ culpa occaſionis. Ego tuæ paſſionis liuor, tui cruciatus labor,tuæ vitæ meritum,tuæ vindictæ flagitium. *Anſel.*

*Vide tit. Chriſti crux & paſſio.*

---

# Paſtor.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PAſtor,Græce ποιμὴν,ένος,ὁ,proprie ouium paſtor,opilio,ὀίων ἐπιμελητὴς: ideoque Græca appellatio ab ὄϊς deriuata putatur, dictumq́; quaſi ὀιμὴν. Parabolice autem Chriſtus ſeruator noſter ποιμὴν paſtor in Euangelio vocatur:ſicuti πρόβατα ſinguli fideles,vt tum alibi,tum Ioan. 10.nominantur. Deſignantur etiam hoc nomine Chriſti vicarii hoc eſt,Eccleſiæ miniſtri,vt in Epiſtola ad Epheſ. c. 4. Qua in ſignificatione hoc quoque loco ſumptum hoc vocabulum,ſubſequentes obtulit ſententias.

Paſtor,Hebr.*Rohheh.*Inde (vt nonnulli opinantur) Rex,*Roy*, paſtor populorum.*Rohheh* autem à verbo *Rahhahi* Pauit. *Rehheh*, amicus,ſodalis,ſocius, familiaris: vt & *Rehhah.* Greges paſcentes veluti in ſodalitio viuunt.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Paſtor verus Chriſtus,*Ioan.* 10. *v.* 11. 14. Paſtorum Paſtor,*Hebr.*13. 20. Deus paſcit Eccleſiam ſuam, *Gen.*48. 15. *Nehem.*9.21. *Eſai.*49. 9. *Ezech.*34.13.&c.Paſcit Chriſtus oues ſuas: *Cantic.* 17. & 2. 16. & 6.1. *Eſai.*40.11.*Ezech.*34.23.*Mich.*5.3 & 7.14. *Zach.* 11. 4.7 ... ſeruos ſuos,gregis vigiles, *Cantic.* 1. 8. *Actor.*2... 12.15.&c.*Apoc.* 12. 6. Paſcit Deus aues,*Luc.*24. Paſtor ... lum Iſrael,2.*Sam.*5.2.& 7.8. Paſci dicuntur fideles ... ſanctorum,*Eſai.*11.6.& 65.25.*Soph.* 27. & 3.17. Corui ... nes, 1.*Reg.*17.4.

Paſtoris & Mercenarii diſcrimen, *Ioan.*10. *v.* 11. 12. ... duplex,*Tit.*19.

Paſtores,Dei adminiſtri,& ob id ſocii nomine hono... 23.7.1.*Cor.*3.9. Dei diſpenſatores,4.1.*Tit.*1.7. Apti ad doc... ſe debent,1.*Tim.*3.2. vitæ exemplo præeſſe debent, *Matth.* ... 15.16. *Luc.*8.16.1.*Tim*,4.12.*Tit.*2.7. *Hebr.*13.7.1.*Pet.*5.3. ... diſcipulorum gloria,2.*Cor.*14. Legati,5.20. Meſſores,*Matt.* ... 10.2.*Ioan* 4.38. Milites Chriſti,2.*Tim.*2.3. & eius Miniſtri ... *Cor.*3.5.& 4.1.2.*Cor.*24.& 4.5.*Col* 1.25.reconciliationis M... 2.*Cor.* 5. *v.* 18. 19. & ſpiritus 3. 6. odor Chriſti bonus ... præſunt,Patres honoris cauſa dicuntur,2.*Reg.*6.21.1.*Cor.*4 ... 2.*Corinth.*6.13.& 12.14.*Gal.*4.19.1.*Theſſ.*2.11.1.*Tim.*1.2.2.*Tim.* ... 1.4.*Philem.v.*10,1.*Ioan.*2. *v.* 28. & 3.7.& 4.4.& 5.21. ... *Act.*20.17.1.*Tim.*5.17.1.*Pet.*5.1. Paſtores quo ſenſu Sacerdotes ... tur,*Roman.*15,16.*Phil.*2.17.Paſtores quales elegi debeant,1.*Tim.* ... *Tit.*1.*v.*6.7. & 2. 7.abſolutum eorum exemplar deſcribitur ... ſuis amandi ſunt,*Gal.*4.15.*Philip.*2.22.1.*Theſſ.*5.*v.*12.13. Paſtores ... blice peccantes palam arguendi, 1. *Tim.* 5. 20, Paſtores boni ... miſſi,*Ier.*3.15.& 23.4.*Matth.*9.38.*Luc.*10.2.*Act.*20.28. *Rom.* ... *Epheſ.*4. *v.*11,12.dociles eſſe debent,2.*Tim.*2.24.& docti ... ſtores & miniſtri Verbi,multorum calumniis ſunt expoſiti ... *pla:*Paulus,1.*Cor.*9.2.1.*Corinth.*10.2.2.*Tim.*1.15. Ioannes ... Quidnam docere debeant,*Matth.*28 19.*Marc.*16.15.1.*Cor.* ... 1.*v.*8.9.1.*Pet.*4.11.Ex ſe non loquuntur,*Ier.*1.9.*Ezech.* ... 33.7. Sine Deo nihil poſſunt,1.*Cor.*3.*v.*7.9,Paſtores Præpoſiti ... præfecti qua debeant eſſe ſolicitudine in eos, quos ſibi ... miſſos habent,*Prou.*27,*v.*23,24,*Sapient.*6,*v.*23,36,*Ezech.* ... 18,12,& 24,*v.*45,*Luc.*15,4,*Ioan.*10,11,& 13.1,&c. & ... *v.*8,*Act.*20,*v.*22,28,*v.*31,*Rom.*9,*v.*2,3.1,& 12,*v.*7, 8,2,*Cor.* ... 4, 11,*v.*28,29,*Gal.*3,19.

Paſtorum aduentus lætus,*Eſai.*52,7,*Rom.*10,15. ... rum ambitio valde noxia,1,*Theſſ.*2.6,1,*Tim.*3,6,1,*Pet.*5,... arma,ſpiritualia, 2. *Cor.*10,4, eorum auaritia damnatur ... *Theſſ.*2.5.1.*Tim.*3.3,*Tit.*1,11,1,*Pet.* 5, 2, Paſtorum authoritas ... *Cor.*10,*v.*5,6,8,& 13,*v*,8,10,*Tit*,2.15,*Philem.* *v*,8,Paſtorum ... *Ezech.*2,6,*Luc.*10,3,*Ioan.*21,18,Paſtorum conſolatio,*Rom.* ... *moth.*3.*v.*9,11,1,*Pet.*5,4,Paſtorum conſtantia à Deo,*Ier.* ... *Ezech.*3.*v.*8,9,*Exempla:* Eſaias,*Eſaiæ* 50, & 62,1, Abacuc ... Paulus.*Philip.*2,17,2,*Tim.*1,12,Paſtorum dignitas ac præſtantia ... 10,11,*Matth.*11,10,11,*Luc.*7,28,*Act.*1,8,2,*Cor* 4,7,& 5,18 ... *Ioan.*4,6,Paſtorum fama integra ſeruari debet,2,*Tim.*3,7 ... fiducia,*Matth.*5,19,2,*Cor.*3.12,& 13,6, Paſtorum liberi bene ... di, 1,*Tim.*3, 4, *Tit.*1,9, Paſtorum hoſtes pereunt, *Ier.*20,11 ... ignorantia,quam noxia,*Oſe.*4.9.Paſtorum merces,1,*Cor.*3,8 ... 3,8,*Pet.*1,5,14. Paſtorum militia,*Ier.*1,19,2,*Cor.*6,7,& 10,4 ... *Philip.*2.15,1,*Tim.*1,18, & 6,12,2,*Timoth.*2,3. & 4.7. Paſtorum ... Chriſti cauſa ſublata,piorum confirmatio eſt, *Philip.* 1,7 ... mores præſcribuntur, 2, *Corinth.* 6,4, Paſtorum officium ... 49,9,& 52,7,& 58,1,& 61,1,& 62,11,*Ier.*10,*Ezech.*3,17,& 33 ... 1.*Mich* 3 8, *Matth.*5,13,14,*Ioan.*4,38,*Act.*6,4, & 20,*v.*28,31 ... *Roman.*15,16,1,*Cor.*3,2,& 4,*v.*1,2,2,*Corinth.*1,18.& 2 ... & 6,1,& 11,2,& 12,*v.*14,15.& 13,7,*Galat* 4,12,19, *Epheſ.*3,14 ... 11.12.& 6.19,*Philip.*3.1.*Coloſſ.*18.& 4.4,1,*Theſſal.*2,& 5 ... 7,& 4,11,& 5,8,1,7,2,*Tim.*2,15,& 4,*v* 2,5,*Tit.*1,*v.*1.11,& 3,8 ... 17.1.*Petr.*4,11, & 5,1,2, *Petr.*3, 1, *Ioan.*2,26,& 5,13. *Iudæ* ... pandis,diuerſæ ætatis & ſexus hominibus, officium & prudentia ... *Timoth.*5,1,2,3,&c. Paſtorum opus,1,*Theſſal.*5,12. Orationes ... 14,1,*Petr.*5.10.Ornamenta,1,*Tim.*4.12,patientia,5,24,2.*Tim.* ... 4.2.prudentia, 1,*Timoth.*3, 2. Paſtorum habenda ratio, *Matth.* ... *Marc.*6.10.*Luc* 10.1.7 *Cor.*9.*v.*4.9.11.4 *Galat.*6.6.*Phil.*4.14.1.*Tim.* 5.12.1.*Tim.*5.*v.*17.18.*Hebr.*13.7. Paſtorum vera receptio, *Luc.* ... *Cor.*7.15.*Gal.*4.14.1,*Theſſ.* 2. 13. Paſtorum tentationes, *Exempla* ... ſaias,*Eſa.*49.4. Ieremias,*Ier.*20.9 Paſtorum triumphus,2.*Cor.* ... 1.*Theſſ.*2.19.2.*Tim.*4.8.Victoria,*Ier.*1.19. Paſtorum vita Eccleſiæ ... ra, *Act.*9.25.& 19.*v.*30.31.& 21.12.1.*Cor.*16.10.*Phil.*2.29. Paſtorum ... tia,priuatorum vitiis multo grauiora, *Ier.*23.15. Paſtorum voc... Deo,*Eſa.*49.1.*Heb.*5.4.

Paſtores mali,populi ſeductores, *Ier.*12.10,& 14.*v.*13.14 & ... & 50.6.*Ezech.*13.10.*Matth.*15.14 & 23.13.*Exempla:* Pontifices ... *Marc.*51.11.Paſtores mali ſeipſos intrudunt, *Ier.*23.21.& 27.15 ... 13.6.maledicuntur,*Ier.*23.1. ſerio obiurgantur,5.31. & 6.14. & ... *Thren* 2.14. *Mich.*3.5.*Zach.*10.3.Paſtores mali conferuntur ... nibus,*Eſa.* 56. *v.*10. 11. Paſtores lacerantes & deglubentes greges, *Ier.*23.1.*Ezech.*34.*v.*23.

Paſtorum malorum deſcriptio, *Eſai.*56.10. Paſtorum ſocordiæ pœna,*Ezech.*3.20.

Paſtoribus malis moribus præditis & veram nihilominus doctrinam annunciantibus, obediendum, *Matth.* 23.3. Paſtoribus ... docentibus obedientes perituri,*Ier.*14.6.& 20.6.

ouium, filii Iacob, *Gen.* 46.32. paſtoribus nuntiatur Chri
2.8.

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

*Paſtor ſummus Deus, affectuoſe reuocans errantes.*

go congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad
ram eos illuc, & conuertam eos ad rura ſua, & creſcent,
cabuntur, & ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos.

go ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas. *Ezech.* 54.
ducam eas, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam in
Iſrael. *ibid.*
autem pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum
ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum
, aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, fa
vobis quod placeat, coram ſe, per Ieſum Chriſtum. *Heb.* 2.3.
enim vos oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſto-
piſcopum animarum veſtrarum. 1. *Pet.* 2.

*Copioſe remunerans obſequentes.*

paſtor gregem ſuum paſcet in brachio ſuo, congregabit
in ſinu ſuo leuabit, fœtos ipſe portabit. *Eſa.* 40.
cuis vberrimis paſcam eas *Ezech.* 34.
perierat, requiram, & quod abiectum erat, reducam, &
fractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, conſo-
quod forte & pingue, & cuſtodiam, & paſcam illas in iudi-

tem greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis, & ego
Deus veſter, dicit Dominus Deus. *ibid.*
ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me
nouit me pater, & ego noſco patrem, & animam meam
ouibus meis. *Ioan.* 10.

*Paſtor bonus Deum attendit.*

autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Et cum proprias
ſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt
eius *Ioan.* 10.
quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur.

*Omnibus intendit.*

dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, &
*Ier.* 3.
paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. *Ioan.* 10.
Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. 1. *Tim.* 3
Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe. *Tit.* 1.
autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſa-
non ſint infructuoſi. 3.
dite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus S.
pos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo,

*Præmium acquirit.*

res ergo qui in vobis ſunt obſecro, conſenior & teſtis Chri-
onum, qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ com-
ator: paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non
ſed ſpontanee: ſecundum Deum, & neque turpis lucri gra-
voluntarie: neque dominantes in cleros, ſed forma facti gre-
animo. 1. *Petr.* 5.
cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibi-
gloriæ coronam. *ibid.*

*Paſtor malus bonum gregem diſſipat.*

erdotes non dixerunt, vbi eſt Dominus? & tenentes legem ne-
me, & paſtores præuaricati ſunt in me. *Ier.* 2.
Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores eorum ſeduxe-
, feceruntque vagari in montibus. 50.
hominis, propheta de paſtoribus Iſrael. Væ paſtoribus Iſrael,
paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur?
comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occi
: gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum
non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis. Quod contra
eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis: & quod
erat, non quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum
tia. *Ezech.* 40.
diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor. *ibid.*
Nonne ſatis vobis erat paſcua bona depaſci? Inſuper & reliquias
arum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris: & cum puriſſi-
aquam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbaſtis, & corni-
veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur
. Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudi-
inter pecus & pecus, propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego
iudico inter pecus pingue & macilentum, pro eo, quod late-
& humeris impinguebatis. *ibid.*
Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed adſcendit aliunde,
fur eſt & latro. *Ioan.* 10.
Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues
propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, lupus ra-
& diſpergit oues. *ibid.*

*Commodum proprium ſpectat.*

Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam à ſummo vſque ad nouiſſimum. *Eſa.* 56.

Propterea paſtores audite verbum Domini. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo, quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor: neque enim quæſierunt paſtores gregem meum, ſed paſcebant ſemetipſos. & greges meos non paſcebant. *Ezech.* 34.

Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregem meum, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in eſcam, dicit Dominus. *ibidem.*

*Malum contra ſe prouocant.*

Væ paſtoribus, qui diſperdunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ: Idem hæc dicit Dominus: Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos: Ecce, ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum dit Dominus. *Ier.* 23.

Vlulate paſtores, & clamate, & aſpergite vos cinere optimates gregis, & quia completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini, & diſſipationes veſtræ, & cadetis quaſi vaſa pretioſa. Vox clamoris paſtorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vaſtauit Dominus paſcua eorum, conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. 25.

Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo. *Zach.* 10.

Vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Hæc dicit Dominus Deus meus, paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſidebant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus: diuites facti ſumus. Et paſtores eorum non parcebant eis. Et ego non parcam vltra ſuper habitantes terram, dicit Dominus. 11.

Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. O paſtor & idolum derelinquens gregem! Gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius. *ibid.*

## ❡ Similitudines.

*Laurentij Iuſtiniani patriarchæ*, Quemadmodum peregrinantibus, ſi contingat per ſylueſtria incedere loca, in quibus vel indomitæ latitent feræ, vel latrunculi viatores deprædari cupientes obſideant, maxima, vt ſecuri cœptum iter peragere poſſunt, adhibenda eſt prudentia: Ita qui ad regimen vocantur animum, ſumma cum diligentia obſeruare debent, à quo vocentur, quove ad illud moueantur affectu: quoniam miniſterium difficillimum accepturi ſunt. Conſpiciendum igitur ſumma cura, ne in animarum cura in pericula nos coniiciamus. *De inſtitutione ac regimine prælatorum, cap.* 2.

*Medicæ artis* periti hoc habent proprium, vt non omnibus æqualiter, ſed ſingulis diuerſa, prout expedire perſpexerint, impertiantur medicamenta languoribus. Nunc quippe ferro, nunc cauteriis, ſæpe vero variis vtuntur vnguentis. Interdum ægrotantes ciborum attenuant parcitate: nonnunquam autem exquiſita alimentorum qualitate ſuſtentant. Naturam vtique ſingulorum attendunt, ac vitam, atque iuxta vniuſcuiuſque neceſſitatem remedia tribuunt. Idem faciet Eccleſiæ paſtor, animæ medicus, &c. *De inſtitutione ac regimine prælat. c.* 8.

*Vſus quidem* docet, vt quoties contingat duos ſimul dimicare exercitus, miles per ſe ſit quiſque ſollicitus, qualiter videlicet illæſus hoſtes poſſit euadere, illos etiam inuadere, deprædari atq; ſubigere. Singuli propria tractant negotia, & pro ſua laborant ſalute. At vero totius dux exercitus præter ſuam gerit omnium curam. Prouidet namque quibus ipſe exercitus alatur cibis, quibuſque vtatur equorum ſtramentis. Secum tacitus cogitat de vniuerſorum indemnitate quomodo ſcilicet valeat aduerſarios decipere, aduerſus illos inſidias ponere, diſſimulare fugam, & ſuperare incautos. Cæteris quippe ludentibus, prandentibus vagantibus, dormientibuſque ipſe clam inimicorum perluſtrat caſtra, ſi forte eos improuiſos reperiat, inuadat, trucidet, & diſperdat. Omnis profecto induſtria pro tuitione exercitus, tam in inſtituendis excubiis, immittendis exploratoribus, quam in mutandis cuſtodibus ex ipſius animi ſagacitate dependet. Ad illius quoque imperium mouentur caſtra, acies diriguntur, certamen geritur. Ipſe nempe in hora conflictus hortatur trepidos, vrget pigros, robuſtos accendit, retrogradientes impellit, deordinatos ordinat, & cum pugnantibus deſiderio & adhortationibus pariter & ipſe concertat. Quod autem de viſibili eſt dictum exercitu, hoc de ſpirituali & inuiſibili cenſendum etiam non ambigo. Porro iſtum ſpiritualem exercitum congregationem dixerim omnium eſſe fidelium: qui in eccleſia, tanquam in campo, ſub diuerſis gradibus, diſtinctis videlicet agminibus, ſunt ordinati ad bellum aduerſus æreas poteſtates: quæ profecto mille modis occultiſque machinationibus, fraudibus innumerabilibus, & implacabili crudelitate die noctuque Dei caſtra oppugnare non deſinunt. Ad quorum ſi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quidem defenſionem, inſtructionem, & regimen inſtituti ſunt ſpirituales duces, animarum videlicet paſtores atque rectores, quatenus ipſorum ſalubri prouiſione, exercitatione laudabili, admonitione ſancta, cœleſti ſapientia plebs tota credentium, quæ per ſe minus eſt valida ad pugnandum, animetur, indeficienter, iugiter erudiatur, protegatur orationibus, atque ad certaminis perſeuerantiam conſiliis ſalutaribus roboretur, iuſtis prorſus incumbit cunctarum gubernatio eccleſiarum, tradita eſt cura fidelium: quibus quẽ admodum adſcribitur ad meritum vniuerſorum corona vincentium, ita è regione pereuntium de ipſorum manibus requiretur ſanguis: ſi tamen erga eorum ſalutem reperti ſunt deſides, atque vitæ monita eisdem inſinuare neglexerint. *De inſtitutione & regimine prælatorum. c.17.*

*Quemadmodum* ſignum in ſublime & in publicum expoſitum, ne ventorum impulſum flatibus corruat, neceſſe eſt, vt funibus, aut clauis, aut vectibus firmetur: Ita de vnoquoque homine in cathedra Eccleſiaſticæ dignitatis conſtituto hoc idem cenſendum eſſe non ambigo: idque eo accuratius, quo ſigno inſenſibili pretioſior eſt homo, caſus maior, perniciorque ruina. Nam ſi deiiciatur vel labatur ſignum, aliud absque alicuius detrimento vel ſcandalo loco ſui erigitur. Non autem ſic de homine in regimine poſito. Si enim ſuam transgreditur profeſſionem, aut delinquat publice: notorium Eccleſiæ infert ſcandalum, derogat dignitati, authoritatem adimit regimini, præbetque exemplum delinquendi is, quibus formam virtutis exhibere debuerat. *De inſtitutione ac regimine prælatorum, cap 20.*

*V. de Tit. Concionator, Clericus, Epiſcopus, Miniſterium, Sacerdos.*

# Pater.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PAter etiam nomen religionis, vnde dii omnes patres vocabantur: peculiariter Baccho tributum eſt patris nomen, & Iupiter Diuum pater nominatur. Oceanus rerum pater. Similiter pater nomen ſeueritentiæ. Romulus centum Senatores elegit, quos patres ab honore, ſiue ætate, ſiue cura, quam habere in rebus publicis expediendis oportebat, vocauit.

Pater, parens, qui aliquem genuit. πατὴρ, quaſi, παῖδας τηρῶν, ex ſe genitos ſeruans. Hebr. *Ab*, à voluntate & affectu paterno in ſuos liberos. A verbo *Abah*, voluit, conſenſit, acquieuit. Cognationem habet cum *Ahab*, dilexit: item cum *Iahab*, & *Taab*, appetiuit. Mirus eſt enim patrum erga liberos ſuos affectus.

## ¶ BIBLICI LOCI.

Pater Hebræis pro auo, atque adeo ipſis maioribus, vt apparet, *ex Exod* 2,18, & *Num* 10,29 pro authore, *Ioan.* 9 44. *Iacob.* 1,17, abſolute pro ipſius ſanctiſſimæ Triados prima perſona, *Luc.* 10, 22, in Filio Chriſto manet, *Ioan.* 17,23. de Filio teſtatur. *Matth.* 3,17, & 8 .8, *Ioan.* 5,32, & 17,5,1, *Ioan.* 5,7. Patris & Filii coniunctio *Ioan* 17, *v.* 21,22. Pater nemo vocandus, quia vnus eſt Pater qui in cœlis eſt, *Malach.* 16, *Matth* 23 9, *Epheſ.* 4,6. Pater gloriæ, pro patre glorioſo, vel gloriæ pleno, per Hebraiſmum *Epheſ.* 1,17. *Vide* 1,2,7. Patri etiam tribuitur Seruatoris nomen. 1. *Tim* 1 1.

Patres, id eſt, Maiores in Moyſen baptizati, 1. *Cor.* 10. *v.* 1,2. Non ſemper imitandi. *Pſal* 78,8, & 95,9 *Hebr.* 3.9, *Ier.* 16,12, *Ezech.* 20,18, *Amos* 2.4. *Zach* 1,4. *Act* 7 *v* 51,52.

Pater, auctoritatis, dignitatis, poteſtatis vel ciuilis, vel ſacræ reſpectu; *Iudic.* 18,19. *Sam.* 24,12, 2, *Reg.* 2,12, & 5,13. & 6.21, & 13,14, *Act* 27,1, Pater, auctor, doctor, inſtitutor alicuius artis, vel ſcientiæ: *Gen.* 4,20, 21, 1. *Chron.* 14,14.

Pater, Creator, nempe Deus: *Iob.* 38,28, *Malach.* 2,10, Pater multarum gentium Abraham, *Gen.* 17,4,5 *Rom.* 4.1, & c. *Iacob.* 2,21, Pater Iudæorum idem, *Matth* 3,9 *Ioan.* 4,12, & 8 39,53.6.

Pater, adiutor, protector, *Iob.* 29,16. *Eſa.* 22,21, *Ierem.* 2.27. *Thren.* 5, 3. Pater putatiuus, *Luc.* 2.33 48 *Ioan.* 6,42, Pater dicitur aliquid cui adhæremus, vt filius adhæret patri: *Iob.* 17,4. Pater impiorum & mendacii, *Ioan.* 8 38 41,44, Paterfamilias, *Ruth.* 2,2 *Matt.* 10,15. & ſapiens apud Euangeliſtas, tum propriè, tum metaphoricè, Paternitas, Dei familia ſeu Eccleſia *Epheſ.* 3 5.

Patres veteris Teſtamenti fide præditi. *Rom.* 4 *v.* 3,16,18, *Galat.* 3,6, *Heb* 11, *v.* 4 5,7. 1, *Pet* 1,21, *Vide* & *Actor.* 15,11, non adepti ſunt promiſſiones *Heb* 11, *v* 13 39. hoc eſt rem ipſam promiſſam, metonymice, aut promiſſionis præſtationem.

Patrum ſub lege anxietas, 1. *Petri* 3,10, Patrum peccata non diſſimulanda. *Exempla*: Ezechias, 2 *Par.* 29 9. Nuntii eius, 30.7, Ioſias, 34. 21. Nehemias, *Nehem.* 1,6. Leuitæ, 9, *ver.* 10, 32.34, Dauid, *Pſalm.* 78,8, & 106,6, Eſaias, *Eſa* 43,27, Ieremias, *Ieremiæ* 2, 5, & 3, 25. & 14.20. & 16.19. *Thren.* 5,7. Daniel, *Dan* 9.8. Zachariæ 1,4, Chriſtus, *Luc.* 6,26, & 11,47, Stephanus, *Act* 7 [...] ricidæ, 1, *Timoth.* 1.9.

## ¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Patrem vel matrem cogere non eſt pium: multo minus [...] cogere patriam. *Plato in Cratylo.*

Patres aliorum plerumque negotia curant: & maxime [...] negotia tractant: filiorum vero educationem aſpernantur [...] *Lach.*

Patri proles ſerotina delectabilior. *Philip. de Ioſeph.*

Patrisfamilias officium eſt, filios colere quaſi propri[...] ginem: & proprio exemplo optime regere tanquam membra [...] *ſil. Fic. l.3. epiſt.*

Serui ac liberi quoad adoleuerint diuiſique ſint, [...] tris ſunt habendi: & ſibi nemo vult obeſſe. *Libro quinto* [...] *cap.6.*

Cum ea tribuunt libri parentibus, quæ debent procrea[...] parentes viciſſim liberis, quæ ex ſe natis debent, tum [...] quædam & honeſta amicitia exoriatur neceſſe eſt. *Lib.* [...] *cap.7.*

Quæ patri eſt cum liberis ſocietas, regalis poteſtatis form[...] tinet: patri enim curæ ſunt ſui liberi. Hinc etiam Homerus [...] Iouem vocauit. *Lib. 8. Eth. c. 10.*

Liberi commune viri & vxoris bonum eſt, & quod [...] eſt aliquorum, omnes eos coniungit & continet. *Lib.* [...] *cap* 12.

Vir & vxor liberos communiter procreant, non item com[...] ter educant; ſed in eis propria ſunt huius & illius adiumenta [...] matrum eſt. Erudire, patrum. *Lib. Oeconom. c.7.*

Habentur liberi non modo, vt naturæ ſeruiatur: verum [...] inde capiatur vtilitas. Nam quæ parentes cum vires haberent [...] ſuo in ætatem liberorum debilem contulerunt, ſenectute [...] ti, & viribus deſtituti, à valentibus, quaſi depoſita, recuperant [...] *œconom. c.2.*

Liberi nec parentibus ætate multo poſteriores eſſe deben[...] neque ſenibus patribus filii gratiam referre poſſunt: neque [...] tes liberis ſubuenire: nec ſuppares, quia multa hinc [...] naſcuntur. *Lib. 7. de Repub. c.16.*

*Vide ſupra, Parentes.*

# Patientia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PAtientia. Græce ὑπομονὴ, ῆς, & ὑπομονητὸς, ὁ, patiens, & [...] ſtineo dicitur. Eſt autem patientia virtus, contumeliarum [...] mnis aduerſitatis impetus æquanimiter portans. *ſecundum* [...] *Rhetor.*

Patientia eſt honeſtatis vtilitatisque cauſa rerum arduarum [...] difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. Cuius extrema [...] licies & furor ſeu impatientia, Græcis ὑπομονή. Vel eſt ſuas, [...] rum iniurias, ac cætera mala æquanimiter ferre. *Vt habet* [...] *Quod militare.*

Hebræis verbum *Sabal*, ſignif. Baiulauit, portauit, onus [...] grande onus ſibi impoſitum geſtauit. Hinc fortaſſis Sabalon [...] *le.* Gall. Quoniam afflictiones ſunt onera grauiſſima, ideo [...] verbum illud ad patientiam, piorum præſertim, referri poteſt [...] patientia ea vera eſt, quum ex agnitione diuinæ ſapientiæ [...] dentiæ, voluntatis, iuſtitiæ, bonitatis & maieſtatis Deo [...] mus ad placidè ferendum, cum perſecutionem veritatis & [...] cauſa, tum quamvis aliam afflictionem & crucem ab ipſo nobis [...] poſitam *Iob.* 1 20.2.10.

Patientiæ cauſa efficiens & autor eſt Deus: *Rom.* 15 5. Ea [...] eſt, quia mandata nobis eſt à Deo, *Iac.* 1,2, & 5,7,8.2. *Tim.* 1,8 [...] vocati ſumus. 1, *Pet.* 2,21, Neceſſaria eſt, *Heb.* 10,36. Honorifica [...] rioſa, *Heb.* 10.36, 1, *Petr.* 2,9,20.

Patientiæ adiuncta ſunt ſilentium ſacrum, *Amos* 5,13. Ex [...] ſunto Aaron, *Leu.* 10.3. Chriſtus, 1. *Pet.* 3.23. Dauid, *Pſalm.* [...] *Pſal.* 39.2.10. Pii multi, *Heb.* 10 34. Aliud adiunctum. Pietas [...] religionis ſanctæ ſtudium, *Pſ.* 85.9 & 119.69.70. Tertium, gaudium [...] cordis: *Philip* 4 4.1. *Theſſ* 5.16. *Iac.* 1 2. Exemplum in Apoſtolis, [...] 5.41. Quartum, aſſidua Dei inuocatio, 1 *Theſſ* 5.17.18. Quintum [...] cia & ſpes diuini auxilii & liberationis, *Pſalm.* 37,24. Sextum, [...] uerantia, *Iac.* 1.4. Huic opponuntur ſtupor Ethnicus, temeritas [...] rioſa latronum tormenta ridentium, hypocritica tolerantia, & [...] patientia.

…m vera patientia non pugnat luctus moderatus. Iob patienter …cturam opum & liberorum, attamen luctum ſimul declara… ſciſſione pallii ſui, & tonſione capitis, *Iob*.1.20.21. Sic Chriſtia… …runt Stephanum lapidibus obrutum, qui tamen martyrio …Chriſtum Ieſum glorificauerat. *Act*.8.2.

¶ BIBLICI LOCI.

…ti, pro ſupplicio mortis affici, *Lucæ* 22. 15. Pati pro Chriſto …donum eſt, *Philip*.1,29, honorificum, *Matth*.5.1,11, *Petr*.3.14. & …4.16.

…tiens & longanimis Deus, *Geneſ*.6.3. *Exod*.34.6. *Numer*. 14. 18. …*Psalm*.86.15. & 102.8. & 145.8. *Eccleſ*.8.12. *Eſa*.30,18, *Ioel*.2.13. *Ioan* …*Nahum* 1.3. *Sapient*. 11,24. & 15.1. *Matth*.18.27. *Rom*. 2.4.1. *Tim*. …2.*Pet*.4.9. Patiens, id eſt, permittens, *Ruth*.4.14. *Iob*,10.14. & 24. …*Cor*.10.13.

…tientia & longanimitas fidelium in omni genere afflictionum, …*v*.4,6.2, *Sam* 16,10, *Iob*.1,20, & 29, & 7,2,4. *Eſdr*.10,15, *Tob*.2.8, …11, & 14,29, & 15,1, & 16,32, & 25,15, *Eccl*.1.29 & 2,4,2, *Mach*. …&c. *Matth* 5,39. *Roman*.5.3, & 12,12, & 15,4.2, *Cor*. 6, 4 *Gal*.5.22, …4,2,1, *Theſſ* 5.14.2, *Theſſ* 1.*v*.4,7,1, *Tim*.6.11,2 *Tim*.2, & 3.12. *Heb*. … & 11.25, & 12,1, *Iac*.5,7,1, *Pet*.16, & 2,19, & 3.*v*.14.17, & 4,1, *Pet*. …tientia vera quid, 1, *Pet*.1,6, ex fide naſcitur, 2, *Theſſ*.1, 4, *Hebr*. …3,5, eius obiectum, afflictio eſt, *Rom*.3,5, *Iac*.3. Donum Dei eſt, …5, *Philip*.1, & 28,29.

…tientia commendatur, *Prou*. 24,29, & 16,32, & 39,1, & 20,22, …8,6, & 30,18, *Thren*.3,26, *Matth*.5,39, *Marc*.8,15, & 21,19 *Luc* 6. …commendatur à Chriſto ſuo ipſius exemplo, *Ioan*.15. *v*. 18.19. *Vi*… *Matth*.10,22, *Marc*.13,13, *Luc*.21,9. Pauli exemplo, 1, *Cor*.6, 7, *Phil*. …*Rom* 12,18,1, *Theſſ* 5,*v*.19,20, & 3,3, ab exemplis Patrum & Chri… …12,13, Petri, 1, *Pet*.3,13. Iacob. *Iac*. 1, 4, Commendatur item, … & 5,4, & 8,*v*.19,25, & 12.*v*, 12,19 & 15, 4,1, *Cor* 6,7, & 13.7,2. …4, *Gal* 5,22, & 6,9 *Epheſ*.4, 2, *Col*. 1.12 & 3,12,1, *Theſſal*. 5,14,2, …4,1, *Tim*.6,*v* 11,14, *Tit*,2,2, *Heb*.6,12, & 10,36, & 12, 1, *Iac*. 1,3, …7,8, *Pet*.1,13, & 2,21, & 5,6,2, *Pet* 1,6,8, & 3,12,1, *Ioan*.3,2, *Apoc*. … & 14,12, Patientiæ bona, *Prou*.15,18.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Patientiæ neceßitas.*

…eruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo pa…tientia mea. *Pſalm*.61.

Impatiens operabitur ſtultitiam, *Prou*.14.

Patentia lenietur princeps, 25.

Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam. *Eccl*.2.

Quare non magis iniuriam accipitis? 1. *Cor*.6.

*Vtilitas, Deum placat.*

Patientia pauperum non peribit in finem. *Pſalm* 9.

Ne dicas: reddam malum pro malo. Expecta Dominum, & libe…rabit te. *Prou* 20.

Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab …tentationis, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tentare ha…bitantes in terra. *Apoc*.3.

*Præmium parat.*

Quod autem in bonam terram, hi ſunt, qui in corde bono & o…ptimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. …8.

Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per …tientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. *Rom*.15.

*Hominem commendat.*

Longanimis forti præſtat, & qui animo ſuo imperat, ei qui expu…gnat vrbes. *Prou*.16.

Doctrina viri per patientiam noſcitur. 19.

Melior eſt patiens arrogante. *Eccl*.7.

In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Luc*.21.

Charitas patiens eſt, benigna eſt. 1. *Cor*.13.

Patientia autem vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facien… …reportetis promiſſionem. *Heb*.10.

*Patientia exemplaria.*

Ideo & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, de po…nentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum per patientiam …curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem …dei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit …crucem confuſione contempta, atque in dextra ſedis Dei ſedet. *Heb*.12.

Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduer…ſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini, animis veſtris …deficientes. *ibid*.

*Ordinatio quantum ad intentionem.*

Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia, qui autem impa…tiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. *Prou*.14.

Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in …multa patientia. 2. *Cor*.6.

*Continuationem.*

Faciens miſericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus. *Pſal*.102.

Vſque ad tempus ſuſtinebit patiens. *Eccl*.1.

Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius: & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius. 2.

Patientes igitur eſtote fratres vſque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum. *Iac*.5.

Patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quoniam aduentus Domini appropinquabit. *ibid*.

Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ: Prophetas, qui loquuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis: quoniam miſericors Dominus & miſerator. *ibid*.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Paratus debet eſſe homo iuſtus & pius, patiénter eorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, vt potius numerus creſcat bonorum, non vt pari malitia ſe quis numero addat malorum. *Auguſt. de puero Centurionis & hab*.23.*q*.1.*can. Paratus*.

Perfacile eſt veſtem contemptam habere, inclinato capite incedere, velum ſuper capillos dimittere, ſed verum humilem patientia oſtendit iniuriæ. *idem in epiſt. ad Probam*.

Ne indignemini fratres, ſi in mundo mali florent, & vos aduerſa patimini, quia non eſt Chriſtianæ religionis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi. Mali enim nihil habent in cœlo, & vos nihil habere debetis in terra, ſed ſpe illius boni, ad quod tenditis quicquid in via contingit, gaudere debetis. *idem in ſermone de patientia*.

Fratres chariſſimi, & bonos & iuſtos viros ſemper perſecutionem malorum ſuſtinuiſſe cognoſcimus. Si diligenter conſideramus, inueniemus illos maiora ſupplicia ſuſtinuiſſe, qui faciunt, quam qui ſuſtinere videntur. Omnis enim homo, qui alium in corpore perſequitur, prius ipſum in corde perſecutionem ſuſtinere cognoſcitur. Nam ſi etiam ille, qui perſequitur, aliquid de ſubſtantia eius tulerit, maius ipſe diſpendium ſibi facit. Quia nemo habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno, vbi eſt lucrum, ibi & damnum, lucrum in arca, damnum in conſcientia: tulit veſtem, & perdidit fidem: acquirit pecuniam, & perdit iuſtitiam. *idem in ſer. Innocentium*.

Quanto in hac vita fruimur Deo, vel per ſpeculum, vel in ænigmate, tanto peregrinationem noſtram & tolerabilius ſuſtinemus, & ardentius ſufferre cupimus. *idem de doctrina Chriſtiana, libro* 1.

Deus in paſſione ſua percuſſus ad maxillam non præbuit aliam: demonſtrans, illa magna præcepta patientiæ non in oſtentatione corporis, ſed in cordis præparatione facienda. *idem ſuper Ioan. homil* 58.

Tu bonus tolera malum. Nam & Chriſtus Iudam, cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prædicandum miſit, eique cum aliis Euchariſtiam dedit. *ibid. can. Tu bonus*.

Iram fratris tunc portabis, cum tu aduerſus eum non iraſceris, vt rurſum eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate ſupportet. *idem de verbis Apoſtol*.

Intelligat homo, medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento poſitus vreris, ſecaris, clamas, non audit medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem. *idem ſuper Pſal*.21.

Illud eſt magnificum, ſi ſubiectus contumeliis iudicium Dei laudes: ſi vexatus ægritudine iudicio Dei deputes: ſi inopia non reuocet, quo minus laudes iuſtitiam Dei. *Ambroſ. ſuper Beat. immaculati*.

Voluit Chriſtus deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi; vt quum ſis deſertus à ſocio, proditus ab ipſo, moderate feras tuũ errare iudicium, periiſſe beneficium. *idem ſuper Lucam lib*. 5.

Non mediocre eſt mitigare iracundiam, non inferius quam animo non commoueri. Hoc noſtrum eſt, naturæ illud. *idem Offic. libro* 1.

Magna eſt conſolatio in eo, quod diſplicet, quod ordinante illo erga nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. *Gregor*.*l*.2. *Mor*.

Feſtina conſolatio bonorum, conſideratus finis malorum: Dum enim ex eorum interitu malum conſpiciunt, quod euadunt, leue æſtimant, quicquid aduerſum in hac vita patiuntur. *idem l*.21. *Mor*.

Tanto quiſque minus oſtenditur doctus, quanto minus conuincitur patiens. Neque enim poteſt veraciter bona docendo impendere, ſi viuendo neſcit æquanimiter aliena mala tolerare. Perfecti enim doctoris eſt, aliorum improbitatem patienter ſufferre, vt ſe nouerit ab iniquis patienter obſeruari. Neque enim propria notitia ſine tolerantia ſufficit, neque tolerantia ſine munditia valet. *idem ſuper illud Prou*.19. *Doctrina viri per patientiam noſcitur*.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæpe hoſtis callidus, quum imparatam mentem ad tolerantiam videt, quid ab ea maxime diligatur, exquirit, & ſibi ſcandali laqueos inſerit, vt quo magis res quæque diligitur, eo per eam facilius patientia turbetur. *idem lib.2.mor.*

Nullus perfectus eſt, qui inter mala proximorum patiens non eſt. Qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat, ipſe ſibi per impatientiam teſtis eſt, quia à boni plenitudine longe diſtat. Abel quippe renuit eſſe, quem Cain malitia non exercet. Sicut in tritura paleæ grana premuntur: ſic flores inter ſpinas prodeunt, & roſa, quæ redolet, creſcit cum ſpina, quæ pungit. *idem lib.20, mor. ſuper illud lib.30. Frater fui draconum.*

Patienter quippe illatam iniuriam tolerat, qui pie meminit, quod fortaſſe adhuc in ſe habeat, in quo ipſe debeat tolerari, & quaſi aqua ignis extinguitur, quum ſurgente furore animi, ſua cuique ad mentem culpa reuocatur. Quia erubeſcit peccatis non parcere, qui Deo vel proximo ſe recolit parcendo peccaſſe. *idem.*

Si mens forti intentione in Deum dirigitur, quicquid in hac vita ſibi amarum ſit, dulce æſtimat: omne quod affligit, requiem putat. *idem lib.5.moral.*

Quædam verba Iob imperitis lectoribus aſpera ſonant, qui Sanctorum dicta pie intelligere, ſicut dicuntur, ignorant. Quia animum dolentis & iuſti in ſemetipſis aſſumere neſciunt, ideo doloris verba bene interpretari non poſſunt. Mentem quippe patientis bene penſare nouit condeſcenſio paſſionis. *idem in Prologo moral.*

Nunquam eſt patientia virtus in proſperis. Ille autem vere patiens eſt, qui & aduerſis conteritur, & tamen ab ſpei ſuæ rectitudine non curuatur. *idem lib.11 mor.*

Qui à ſtatu patientiæ ante linguarum vulnera corruit, ipſe ſibi teſtis eſt, quod contra manſuetæ percuſſionis gladios non perſiſteret. *idem lib.16.mor.*

Tunc illata vitia bene toleramus cum ſecreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur, quod iniuria percutiemur, dum in actione noſtra conſpicimus, quia peius eſt quod murmuremus. Sicque fit, vt contumeliis gratia magis quam ira debeatur, quarum interuentu, Deo iudice, pœna grauior declinari poſſe confiditur.

Glorioſius eſt iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare: & ſi ſeruus conuitium dicat, iuſtus taceat: & ſi infirmus iniuriam faciat, iuſtus ſufferat: & ſi pauper criminetur, iuſtus non reſpondeat. *idem lib.30.moral.*

Plerunque ideo patiens eſſe videmus, quia retribuere mala non poſſumus, Sed qui idcirco malum non retribuit: quia nequaquam valet, procul dubio patiens non eſt: quia patientia non in oſtenſione requiritur, ſed in corde. *idem.*

Non eſt perfecte bonus, niſi qui fuerit & cum malis bonus. Bonus enim non fuit, qui malos tolerare recuſauit. *idem in homil. 35. ſuper Euang. Luc.21. Cum audieritis.*

Patientia vera eſt, quæ & ipſum amat, quem portat. Nam toleraſſe & odiſſe non eſt virtus manſuetudinis, ſed velamentum furoris. *idem ſuper Ezech. hom.7. & 17.*

Si, adiuuante nos Domino, virtutem patientiæ ſeruare contendimus, & in pace Eccleſiæ viuimus, & tamen martyrii palmam tenemus.

Nos ſine ferro & flamma martyres eſſe poſſumus, ſi patientiam in animo veraciter cuſtodimus.

Mori à perſequente, martyrium in aperto opere eſt: ferre vero contumelias, & odientem diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione. *idem homil.35.*

Nulla ſunt bona, quæ agimus, ſi non æquanimiter ptoximorum mala toleramus. *idem ſup. Ezech.*

Patientia eſt, aliena mala æquanimiter perpeti: contra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore morderi.

Tribus modis, virtus patientiæ exerceri ſolet: Alia namque ſunt, quæ à Deo, alia, quæ ab antiquo aduerſario, alia, quæ à proximo ſuſtinemus. A proximo namque perſequutiones, damna & contumelias ſuſtinemus: ab antiquo vero aduerſario tentamenta, à Deo flagella toleramus. Sed in his omnibus modis vigilanti oculo ſemetipſam debet mens circumſpicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta aduerſarii ſeducatur ad delectationem vel conſenſum delicti: ne contra flagella opificis prorūat ad exceſſum murmurationis. *idem in homilia 35. ſuper Euang. Cum audieritis prælia.*

Faciamus de neceſſitate virtutem ſeu voluntatem: exempli gratia: Proprium quis amiſit filium, ſubſtantiam alius omnem & fortunæ bona, ſi noueris, quod pactum eſt ſemel, nec deleri amplius, nec ſolui poſſe, licebit ea inſanabili calamitate vtilitatis aliquid comparare, ſi magno ac virili animo aduerſos tuleris fortunæ caſus, proque maledictis Domino laudem referas, hoc pacto, quæ præter ſpem obuenerint mala, in voluntatis officium commutabis. *Ioan. Chryſ. ſer. 10.*

In propriis iniuriis patientiam eſſe, laudabile eſt: iniurias autem Dei diſſimulare impium eſt. *Idem ſup. Matth.*

Si vindicare vis, ſile, & funeſtam ei dediſti plagam. *ibid.*

Primus gradus patientiæ eſt, non incipere iniuſtitiam: ſecundus, poſtquam inceptus eſt, æqualibus non vindicari: tertius eſt non facere vexanti ea, quæ paſſus es. *Idem ſuper Matth.5. Audi[...] dictum eſt antiquis, oculum pro oculo.*

Nihil ita confuſionem facit ingerenti mala, ſicut forti[...] tia patienis, & neque in verbo neque in opere reddere vi[...] *idem ſuper epiſt. ad Hebr.*

Magna eſt virtus, ſi non lædas, à quo læſus es. Magna eſt [...] do, ſi etiam læſus remittas. Magna eſt gloria, ſi, cui potuiſti [...] parcas. *Iſidor. ſoliloq. l.2.*

Diſcat non murmurare, qui mala patitur, & ſi ignorat, cu[...] patitur, per hoc ſe iuſte pati arbitretur, quia ab illo iudicatur [...] nunquam iniuſta iudicia ſunt, *idem lib.4. de ſummo bono.*

Ad virtutes ſpectat, tribulationes fortiter ſuſtinere: ad [...] tiam, in tribulationibus gauderet. Confortare cor tuum, & [...] Dominum: virtutis eſt, guſtare & videre, quoniam ſuauis e[...] uinus ſapientiæ. *Bernardus ſuper Cantico, ſermone octuag[...] quinto.*

Sunt quidam mites, ſed quandiu nihil dicitur vel agitur, [...] eorum arbitrio. Patebit autem, quam longe ſint à vera manſ[...] dine, ſi leuis oriatur occaſio. *idem ſerm.4. de Aduent.*

Non bona patientia eſt, cum poſſis eſſe liber, ſeruum te per[...] re fieri. Vera patientia eſt, pati vel agere, contra quod libeat, [...] præter quod liceat. *idem ad Eugen. de conſider.*

Qui dolorem capitis non patimur benigne, quomodo [...] Chriſto capitis abſciſſionem pateremur? Qui flagellum [...] quomodo flagella ſuſtinerent? *Hugo libro ſecundo, de claus[...] nima.*

Beatus eſt igitur ſapiens in tormentis: ſed quum torquetur [...] fide, pro iuſtitia, pro Deo, illa patientia doloris beatiſſimum [...] *Lactant. Firm. diuin. inſtit. l.3.*

Magna & præcipua virtus patientia eſt, quam pariter & vul[...] blicæ voces, & Philoſophi, & Oratores ſummis laudibus c[...] brant: quod ſi negari non poteſt, quin ſumma virtus ſit, nece[...] iuſtum & patientem virum in poteſtate eſſe hominis iniuſti, [...] tientiam capiat. Patientia eſt enim, malorum, quæ aut infer[...] aut accidunt, cum æquanimitate perlatio. Ergo iuſtus & ſ[...] quia virtutem capit, habet in ſe patientiam, qua carebit om[...] nihil patietur aduerſi: contra: qui in rebus improſperis imp[...] eſt, virtute maxima caret. *idem lib.5.*

Omnia itaque amara & grauia patienter ferenda ſunt. *idem*

## ¶ Poeticae Sententiae.

### Menander.

*Ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν.*
*Viri eſt accidentia generoſe ferre.*
*Ἔνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐῤῥωμένως.*
*Fer triſtitiam & damnum fortiter.*
*Κούφως φέρειν δεῖ τὰς παρεστώσας τύχας.*
*Leuiter ferre oportet præſentes fortunas.*
*Νίκα λογισμοῖ τὴν παροῦσαν συμφοράν.*
*Vince ratione præſentem calamitatem.*
*Πειρῶ τύχης ἄγνοιαν εὐχερῶς φέρειν.*
*Conare fortunæ ignorantiam facile ferre.*
*Στερρῶς φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐγενῆ.*
*Fortiter ferre oportet calamitatem generoſum.*
*Τὴν τῶν κρατούντων μάνθανε φέρειν ἐξουσίαν.*
*Imperantium diſce ferre licentiam.*
*Φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾷον φέρειν.*
*Sapientis eſt damnum facile ferre.*
*Φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην.*
*Ferre neceſſe mortali exiſtenti fortunam.*

### Terent. Com.6.

*Quod ſors feret, feramus æquo animo,*
*Iſtuc viri eſt officium.*

### Virg. Æn. lib.1.

*O ſocii! (neque enim ignari ſumus ante malorum)*
*O paſſi grauiora! dabit Deus his quoque finem.*
*Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.*
*Durate & vosmet rebus ſeruate ſecundis.*

### Theognis.

*Οὐ δύναμαί σοι θυμὲ παρέχειν ἄρμενα πάντα.*
*Τέτλαθι· τῶν δὲ καλῶν οὐχὶ σὺ μοῦνος ἐρᾷς.*
*Non poſſum tibi anime mi omnia ſuppeditare, quæ deſideras.*
*Fer igitur patienter: pulchra non ſolus appetis.*

### Philemon in Ecdicazomeno.

*Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον*
*Ἔστ' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.*
*Ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἐὰν ὁ λοιδορούμενος*
*Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖτ' ὁ λοιδορῶν.*
*Nihil eſt iucundius, & docto viro dignius,*
*Quam ferre poſſe conuitiantem:*
*Quoniam ſi ille, cui conuitium fit,*
*Diſſimulauerit, in ipſum authorem redundat.*

Euripides in Proteſilao.

*Δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου,*
*Ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις, σοφώτερος.*
*Altero duorum colloquentium indignante,*
*Is, qui ſe non opponit, plus ſapit.*

Ouid. Metamorph. lib. 8. fab. 7.

*Paupertatemq́; ferendo*
*Effecere leuem nec iniqua mente ferendam.*

Idem Metam. lib. vlt. fab. 44.

*Nec enim fortuna querenda*
*Sola tua eſt: ſimiles aliorum reſpice caſus:*
*Mitius iſta feres.*

Idem amor. lib. vlt. eleg. 10.

*Perfer & obdura, dolor hic tibi proderit olim:*
*Sæpe tulit laſſis ſuccus amarus opem.*

Idem lib. 1. de Remed. Amor.

*Dura aliquis præcepta vocet mea, dura fatemur*
*Eſſe: ſed vt valeas, multa dolenda feres.*
*Sæpe bibit ſuccos quamuis inuitus amaros*
*Æger, & oranti menſa negata mihi eſt.*
*Vt corpus redimas, ferrum patiaris & ignes,*
*Arida nec ſitiens ora lauabis aqua:*
*Vt valeas animo, quicquam tolerare negabis?*
*At pretium pars hæc corpore maius habet.*
*Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtræ,*
*Et labor eſt vnus tempora prima pati.*
*Aſpicis, vt prenſos vrant iuga prima iuuencos,*
*Vt noua velocem cingula lædat equum.*

Idem lib. 2. de remed.

*Poſſe pati facile eſt, tibi ni patientia deſit.*
*Protinus ex facili gaudia ferre licet.*

Idem Triſt. lib. 5 eleg. 13.

*Contudit ingenium patientia longa malorum,*
*Et pars antiqui nulla vigoris adeſt.*

Idem in Epiſt. Oenones ad Paridem.

*Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt:*
*Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.*

Laberius.

*Furor fit læſa ſæpius patientia.*
*Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.*

Lucanus.

*Gaudet patientia duris.*

Tibull. lib. 3. eleg. 2.

*Non ego firmus in hoc: non hæc patientia noſtro*
*Ingenio, frangit fortia corda dolor.*

Horat. Carm. lib. 1. Ode 24.

*Sed leuius fit patientia,*
*Quicquid corrigere eſt nefas.*

Lucan. Pharſal. lib. 9.

*Componite mentes.*
*Ad magna virtutis opes, magnosq́; labores.*

Antholog. Sacr. Iac. Bill.

*Multa diu ſummi differt patientia regis,*
*Suſpendis æqui pondera iudicij.*
*Et dum plectendis parcit clementia factis,*
*Dat ſpatium, quo ſe crimine purget homo.*
*Denique committunt homines dum crimina ſemper,*
*Dat ſpatium, vt pereant crimina, non homines.*
*Verbere nonnunquam caſtigans corda paterno,*
*Ne cito conſumant ſæua flagella reos.*
*Sic pietate Dei terrarum non vacat orbis,*
*Et nihil eſt quod nos non trahat ad veniam.*
*Dum rex ſaluandis ipſa quoque conſulit ira,*
*Et curat melius vulnera vulneribus.*

¶ PHILOSOPHORVM PLACITA.

Quidam ſuppliciis inexpugnabiles exemplum cæteris prætulerunt, inuictam malis eſſe virtutem. *Boet. de conſol. philoſoph. libr. 4. proſa 6.*

Libenter feras, quod neceſſe eſt: dolor patientia vincetur. *Seneca lib. de moribus.*

Feras, non culpes, quod mutari non poteſt: Furor fit læſa ſæpius patientia. *Idem in Prouerb.*

Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit: & cum illum in poteſtate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuiſſe. Scio enim, magnum & honeſtum vindictæ eſſe genus ignoſcere. *Idem lib. 4. de virtutib.*

Quæris, an omne bonum optabile ſit? Si bonum eſt, inquis, fortiter torqueri, & magno animo vti, & patienter ægrotare, ſequitur, vt iſta optabilia ſint. Diſtingue; Tormento à me abeſſe velim, ſed ſi ſuſtinenda fuerint, vt me in illis fortiter, honeſte, animoſe geram, optabo. Quidni ego malim non incidere in bellum, ſed ſi incido: vt vulnera, vt famem, & omnia, quæ bellorum neceſſitas affert, generoſe feram, optabo. Ita non incommoda optabilia ſunt, ſed virtus, quia perferuntur incommoda. Non pati tormenta optabile eſt, ſed fortiter. *idem epiſt. 68.*

Cogitanda ergo ſunt omnia, & animus aduerſus ea, quæ poſſunt euenire, firmandus: exilia, tormenta, morbos, bella, naufragia meditare. *idem epiſt. 92.*

Conſurgamus itaque aduerſus fortuita, & quicquid inciderit, ſciamus non eſſe tam magnum, quam rumore iactetur. *Ibidem.*

Æqualiter ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt, quam ſæuientem fortunam in adiutorium ſui pudore victam conuertere? *Val. Max. libro 3.*

Neque ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neq; aduerſis propere debilitari oportet. *idem lib. 8.*

Quare ſi, vt initio conceſſiſti, turpitudo peius eſt, quam dolor, nihil eſt plane dolor. Nam dum tibi turpe, nec viro dignum videbitur gemere, eiulare, lamentari, frangi, debilitari, dolere: tum honeſtas, tum dignitas, tum decus aderit, tuque in ea intueberis, te continebis: cedet profecto virtuti dolor, & animi inductione langueſcet. Aut enim nulla virtus eſt, aut contemnendus eſt dolor omnis.

Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus è viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam (vt, cum ibi eſſem, audiebam) ad necem: quorum non modo nemo exclamauit vnquam, ſed ne ingemuit quidem. Quid ergo? hoc pueri poſſunt: viri non poterunt? Et mos valet, ratio non valebit?

Si ſummus dolor eſt, inquit, breuem eſſe neceſſe eſt.

Contemno magnitudinem doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit, ante pene, quam inuenerit. *Cicero Tuſcul. quæſtion. libro 2.*

Summa eſt ſtultitia, ſummo confici mœrore. *idem libro ſecundo.*

Ab exiguis incipe: effunditur oleum, furto vinum aufertur. Cogita tanti redimi patientiam, tanti emi imperturbationem: nihil gratis fit. Cum ſeruum accerſiueris, præmeditare: forte non pariturus mihi, forte nihil eorum, quæ cupis, facturus eſt: At non tanti eſt tamen, vt eius cauſa perturbari debeam, aut poſſim. *Epictetus in Enchiridion.*

Manſuetudo incitabilis ad vindictam animi partis virtus eſt propter quam non facile ad iram concitantur. *Ariſtot. in libello de virtutibus.*

*Ανέχου ὑπὸ πλησίων μικρὰ ἐλαττούμενος,*

Id eſt:

*Tolera, ſi ab his qui ſunt prope minima quædam tibi detrahantur.*

Qui ſe vltro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. *Cæſar, lib. 7 de bell. Gal.*

Ei qui ad Rempublicam & verſandum inter homines animum adiecit, magnopere fugienda eſt contumatia, ſolitudinis contubernalis, amplectendaque ea, quæ à nonnullis derideri ſolet, patientia iniuriarum animique remiſſio. *Plut. in Coriolano.*

Nulla nobis optio viuendi noſtro arbitrio propoſita eſt, ſed neceſſe omnino habemus omnia tolerare quæ de nobis fortuna ſtatuerit. Quod ſi hoc ſponte noſtra fecerimus, dolore vacabimus: ſin noluerimus, neque ea quæ fatum nobis deſtinauit, effugiemus: & inanes præterea in dolores, ſummum illud malum, incidemus. Cuius euidens indicium eſt quod alii mortales etiam res aduerſiſſimas leuiter ferunt, ſeque nullo malo conflictari cenſent: alii leuiſſimis oppreſſos ſe arbitrantes, nullum à ſe malum quod in hominem cadere poſſit, abeſſe putant: itemque vt res iſtæ tales aliis eſſe iudicentur, quales illi ferendo eas eſſe oſtenderunt. *Dionyſ. libro 38.*

Deus ſi ſæpe percutere, at ſæpiſſime etiam mederi conſueuit: præſertim ſi quis leuiter, & cum gratiarum actione moleſtias perfert: neque ob acerbitatem earum, eum à quo proficiſcuntur odio perſequitur: nec cum prouidentia expoſtulat: nec diuini iudicii profunditate reiecta, in ſecundis duntaxat rebus bonum ſe præbere didicit. *Nicet. Andr. Comn. l. 1.*

Conſueuere dii immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. *Cæſ. lib. 1. de bello Gall.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Bion* aiebat, magnum malum eſſe, non poſſe ferre malum: abſque hoc enim nulli poteſt eſſe vita ſuauis. *Laert. l. 4. c. 7.*

*Democritus* dicebat, ſi quæ ſunt perpetienda, diſcere liceret: & non perpeti, bonum eſſet diſcere: ſed ſi perpetienda ſunt omnino, quid diſcere iuuat? perpeti enim neceſſe eſt. *Ant. & Max. ſerm. de patientia.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Diogenes*, Adoleſcenti conquerenti, quod à multis turbaretur: Deſine, inquit, & tu perturbationis indicia præ te ferre. Significans, nulla re melius improbitatem lædentium finiri, quam ſi qui læditur dolorem diſſimulet. Etenim qui ob id inceſſunt hominem, vt illum diſcrutient, deſinent, ſi viderint illum nihil commoueri. *Laer. libro 6.*

*Idem*, Quum aliquis illi dixiſſet, Vituperant te multi, Oportet, (inquit) ſapientem ab inſipientibus feriri, eſſe meliorem indicat lingua quem carpit. *Senec.*

*Xenophon*. Maledicenti ſibi cuidam, Tu (inquit) maledicere didiciſti: ego conſcientia teſte didici maledicta contemnere. *idem.*

*Tacitus*. Lucio Metello ei in ſenatu maledicenti reſpondit, facile eſt in me dicere: quia reſponſurus non ſum. potentia ergo tua, non mea patientia, eſt accuſanda. *Idem.*

*Anonymus*. Quidam quum videret Diogenem cognomento canem in vehementi frigore ſtatuam æream amplectentem, rogauit, num algeret? illo negante: Quid igitur, inquit Lacon, magni facis? Philoſophus, gloriæ mancipium, hoc ipſum exiſtimabat magnificum, quod ſic haberet corpus ad omnes iniurias duratum, vt in rigore frigidæ ſtatuæ complexum ferre poſſet abſque dolore. Id Laconi nihilo pulchrius videbatur, quam ſi quis in æſtate ſimile quippiam amplecteretur, nullo ſuo incommodo. *Plutarchus in Lacon.*

*Idem*. Adoleſcens quidam, poſtquam Zenonem aliquandiu audierat, domum reuerſus, à patre rogatus, quod tandem operæ pretium feciſſet in philoſophiæ ſtudio? Oſtendam, inquit. Quum nihil aliud diceret, pater iracundus, exiſtimans impendium periiſſe, cœpit flagris cædere filium. Eam parentis ſæuitiam adoleſcens æquiſſimo animo tulit. Ac rurſus efflagitanti patri, vt aliquod ſpecimen profectus ederet, expectanti egregium aliquod ſophiſma: Hoc, inquit, è philoſophia fructus retuli, vt patris iram poſſim commode perpeti. *Eraſ. lib 8. apoph. ex Æliano.*

*Antiſthenes* dicebat, virtutem ſibi ſufficere ad felicitatem, nec vlla re opus habere, niſi robore Socratico. Socrates autem ad omnium rerum patientiam obdurauerat. Imbecillitas vero corporis impendit frequenter vſum virtutis. *Laert. l. 6. c. 1.*

*Ageſilaus*, quum arderet podagræ doloribus, eumque Carneades inuiſiſſet, atque exiret triſtis: Mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc peruenit: oſtenſis pedibus & pectore. Sentiens, pedes quidem dolore, ſed animum dolore vacuum eſſe. *Plutarchus in Laconicis.*

*Idem*. Quum vero narraretur apud Ageſilaum, maleficum quempiam, ac ſceleroſum hominem conſtanter pertuliſſe tormenta: Vt inſigniter, inquit, miſer eſt homo, qui tolerantiam ac patientiam in res flagitioſas ac turpes collocet. Apud Lacedæmonios admirabilis erat malorum tolerantia: quæ, ſi ſuſcipiatur ob res honeſtas, magnam promeretur laudem: ſin ob turpes, non ſolum non meretur fortitudinis laudem, qui tolerat, ſed hoc miſerior eſt, ac vir peior, quo conſtantius ſe geſſerit: πονηρὸς enim Græce & malum ſonat, & tranſlato tono laborioſum, ſiue calamitoſum. Dolebat egregio duci tantum animi robur ac naturæ vim in re turpi conſumptam, quam ſi attuliſſet ad res honeſtas, magno vſui poterat eſſe Reipublicæ. *Plutarch in Lacon. Eraſ. lib. 1.*

*Dionyſius Heracleotes*, laborans ex renibus, in ipſo eiulatu clamitabat, falſa eſſe iſta, quæ antea de dolore ſenſiſſet: quem quum Cleanthes diſcipulus eius rogaret, quænam ratio eum de ſententia deduxiſſet? reſpondit: Quia quum tantum operæ philoſophiæ dederim, dolorem ferre non poſſum. *Bruſon. lib. 2. cap 28.*

*Poſsidonius*, Pompeius è Syria Rhodum veniens, Poſſidonium quamuis ægrum reuiſere voluit, data acceptaque ſalute, quum dixiſſet Pompeius ſe grauiter ferre, quod eum non poſſet audire. Tu verò, inquit, potes, neque committam, vt dolor corporis efficiat, vt tantus vir fruſtra ad me venerit. Cum verò inter narrandum quaſi faces ei doloris admouerentur, ſæpè dixiſſe fertur: Nihil agis dolor, quamuis ſis moleſtus, nunquam te tamen eſſe confitebor malum. *Bruſ. l. 2. c. 1.*

*Lygæ*. Hæc mulier, memoria inter multas digniſſima, quum metu militum filium occultaſſet, & illi per cruciatus interrogarent, vbinam occuluiſſet? vterum oſtendens, reſpondit: Ibi latet, nec vllis tormentis cogi potuit, vt conſtantiam vocis egregiæ mutaret. *Corn. Tacit.*

*Anonymus*, Proprium eſſe inſignis ſtultitiæ dicebat, dolores & aduerſas res parui facere: & nolle, quum accidunt, pati. *Ant. ſerm. de non patientibus, &c.*

*Lycurgus* à ciue quopiam iuuene altero oculorum orbatus, illum à populo accepit, vt quo liberet modo puniret. Quod minime fecit, ſed optime inſtitutum, bonique viri moribus præditum, in theatrum produxit. Spartanis rem mirantibus dixit: Iſtum antehac iniurium & violentum, qualem à vobis accepi, iam frugi & popularem reſtituo. *Plut.*

*Zenon Eleates*, conuitiis laceſſitus, quum incandeſceret, reprehenſus, quod philoſophus verbis improborum commoueretur: Si conuitia, inquit, æquo animo ſuſcipio, anne laudis particeps ero? Lapidis & trunci eſt, inter laudem & vituperium nullum plane habere diſcrimen. At philoſophi, ita commoueri, vt nihil... honeſtatis tramite non recedat. *Laert. lib. 9. cap 5.*

*Idem*, Cuidam percontanti, quo pacto eſſet affectus e... tia? Perinde, inquit, atque ſi legatus abſque reſponſo d... Significans, eos, qui non habent, quod reſpondeant, ad co... lere confugere: eaque non pluris oportere fieri, quam ſi... reſponſum. *Laert. l. 7. c. 1.*

*Archytas Tarentinus*, intuens villicum ſuum male m... ſumpſiſſem, inquit, de te ſupplicium, niſi iratus fuiſſem. M... punitum relinquere, quam per iram amplius iuſto punire... beralis Archytæ moderatio: quia alium quem potius caſti... uenerat, id eſt, ſeipſum. *Valer. Maxim. lib. 4.* Vide Senecam... tarch. de Ira.

*Piſiſtratus*, memoriæ proditur, cum multa in crudeli... ebrius conuiua dixiſſet, nec deeſſent, qui vellent ei manus... dare: & alius hinc, alius illinc faces ſubderent, eum plac... tuliſſe, & hoc irritantibus reſpondiſſe, non magis illi ſe... quam ſi quis obligatis oculis in ſe occurriſſet. *Seneca lib... cap. 11.*

*Dion philoſophus*, Eum è conuiuio redeuntem quidam... ctis inſectabatur, nullas non blaſphemias eructans. Tacen... domum ingreſſuro dixit conuitiator. Nihil vero reſponde... Dion; Ne gry quidem. *Plut. & Stob.*

*L. Sylla*, cum dictaturam præſtantiſſimam dignitatem... depoſuiſſet, vt eorum, quæ feciſſet, ſi quis exigeret, redde... nem ſciret: ab adoleſcente quodam conuitiis laceſſitus, d... tur; Adoleſcentia docebit, ne quis deinceps Dictaturam ſ... nat. Tanta patientia adoleſcentis inſolentiam pertulit. *Pla... tius & Cuſpinianus in Coſſ.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*D. Chryſoſtomi*, O quanta magnitudo conſolationis! ve... ad athletam hoc diceret, qui cunctos ſuperaſſet ac deiece... lum reliquum haberet, qui ſibi concertaret: & deinde... non vt coronaretur, & dilationem pati non ferentem, d... certaminis adueniret, qui coronam daret. Ille autem im... ferens, vellet exire & fugere non tolerans ſitim & flamma... tionis: hunc conſolatur, dicens: Adhuc modicum, aliqu... que: tanquam paruum tempus ſit, vt remaneat. *Homil... braos: ſuper hoc: Patientia vobis neceſſaria eſt, &c.*

*Quemadmodum* in exterioribus certaminibus corpo... tes, & bonæ habitudinis athletæ, non ſic apparent, quam... tum vndique oleo madidum fuerint induti, ſed quando, ... cto, nudi in ſtadia feruntur, tunc maxime ſpectatores me... proportione penitus obſtupefaciunt, quum nihil illam ... umbrare poſſit: Sic & N. patiens, quando omnibus d... circumfuſus erat, quis eſſet, non multis manifeſtus erat... vero ipſe veſut veſtimentum exutus athleta, abierit, & a... certamina nudus intrauit, ſic ſpoliatus ſpectatores omn... vt & angelorum theatrum illi victori applauderet. *homil... bus Apoſtoli, Modico vino vtere.*

*Ambroſii*, Laudauerim virtutem gubernatoris, qui n... cellas ſenſerit, & curſum nauigii direxerit, nulla tempeſt... tus? Sed illum laudauerim, qui aduerſus ventos renititur, ... aduerſus fluctus, non timet, vel cum eleuatur vndis nau... cum ad profundi ima deponitur: Ita & ille laudandus eſt g... nator ſui, qui ea, quæ aduerſa ſunt, vincit patientia, virtute... ſecundis non extollitur, aduerſis non frangitur. Rege ergo ... quando turbatur animus, mens fluctuat. *Serm. 8.*

*Paulini*. Sicut granum ſinapis, de quo ſemine ſumimu... teratur, ac cæditur, magis autem tum demum in vim ſuam ... tur: Sic nos reſpondere debemus in hoc naturæ noſtræ, ... concuti inardeſcamus ad fidem, & eos, qui inferunt, ſicut g... ſinapis. *Epiſt. 6 ad Seuerum.*

*Martialis Epiſcopi*, Audiſtis exemplum à me patient... cui quum malediceretur, non maledixit: qui, ſicut agnus ... ante tribunal corruptibilis iudicis ſe iudicari permiſit. Nam... ſcipulo ſuo, à quo tradendum ſe nouerat, dulcedine ſuæ b... nobis trementibus & irruentibus ſæuitiam eorum, qui ... prehendere venerunt, oſculum dedit. *in epiſt. ad Tholoſan.*

*Laurentij Iuſtiniani Patriarchæ*, Sicut aquam denegare ... crudele eſt: Ita patientiæ præclaræ virtutis præconia ſilen... malum eſt, quia in illo ſubtrahitur alimentum corpori: in ... clauditur, qua ſpiritus ad cœlum deducitur. *In ligno vitæ ... entia, c. 2.*

*Quemadmodum* in corporibus reparat ſanitatem medic... in animabus patientiam tribulatio generat. *ibid c. 3.*

*Sicut* nihil eſt deformius, quam reſpondere furioſis: Ita ... eſt vtilius, quam tacere nobis prouocatis. Nullus eſt enim ... micitiis, niſi ad tempus obtemperemus iratis. *In ligno vitæ, ... quarto.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sicut proprium eſt eorum, qui nouiter conſuetudinem peccandi reliquerunt, ac in Chriſti militia adſcripti ſunt, peccata ſua deflere, quoniam qui frequenter ex ipſorum recordatione pulſantur: Sic perfectæ ſtatus eſt patienter ferre aduerſa. *In ligno vitæ, cap. 6*

*Seneca.* Ille magnus & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus obaudit. *lib. 2. de Iræ. cap. 15.*

Puſilli hominis eſt, & miſeri, repetere mordentem, vt mures, & formicæ, ad quas ſi manum admoueris, ora conuertunt. Imbecilla ſe ledi putant, ſi tanguntur. *ibid.*

*Roterodami.* Quemadmodum remedia triſtiora ſunt ipſo morbo: ſanius ſit oppetere mortem, quam his aucupari ſalutem: veluti bibere ſanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: ita quandoque ſatius eſt ferre iniuriam, quam maiore incommodo vlciſci: ferre pacem, etiam ſi parum commodam aut æquam, quam bellum cum immenſis malis ſuſcipere. *In ſimilibus.*

*Tarnueri.* Quemadmodum æger non medico delectum medicamentorum præfinit, ſed ad quæuis ſeſe promptum exhibet: Sic neq; nos quicquam grauatim ferre decet, aut noſtrorum vitiorum remedia, remediorumq; modum Deo præſcribere, ſed ad omnia nos promouere ac paratos exhibere. *in apoph. 27.*

Qui deliratus eſt, etiam recuſaturo ſibi, medicamenta inferri accipit: Ita & nos quoque exinaniri oportet, vt vel inuitos Deus noſtris medicamentis (ſi quidem opus ſit) curet, expurget, & reſtituat. *in apoph. 28.*

*Quemadmodum* duplex eſt calida & frigida aduerſus venenorum malignitatem alexipharmacorum differentia: Sic contra tentationem, patientia, & ad Deum precatio, duo ſunt præſentiſſima remedia. *in apoph. 218.*

## ¶ Biblica Exempla.

Patientiæ exempla: Iſaac, *Geneſ. 22. v 9.* Ioſeph, 45. 5. & 50. 17. 19. Aaron, *Num. 12. 15.* Moſes, 15. 46. Gedeon, *Iudic* 8. 12. Elcana, 1. *Sam.* 1. Heli, 3. 18 Saul, 11. 13. Dauid, 24. 8. & 26. 5. 2. *Sam* 15 5. & 16. 10. & 19. Miphiboſeth, 19. 30. Iob, *Iob* 1. 20. & 2. 10. *Iac* 5. 11. Dauid, *Pſal.* Eliſæus 2. *Reg* 6. & 21. 22. 23. Tobias, *Tob.* 2. 14. Filia Raguelis, 3. Iudith, *Iudith* 8. 16. Micheas, *Mich.* 7 8 Eleazarus, 2. *Macchab.* Septem fratres. 7. 1. 2. &c. Chriſtus, *Matth* 5. 38. & 11. 29. & 26. *Luc.* 9. 55. 56. & 23. 34. *Ioan.* 8. 49. & 10. 32. & 12 36. & 18. 20. & 19. *Philip.* 2. *v* 5. 6. &c. 1. *Petr.* 2. 21. &c. Apoſtoli, *Act* 5. 41. Stephanus, 7. 60. Paulus & Silas, 16. 25. Paulus, 25. *v.* 10. 11. 1. *Corinth.* 4. *v.* 3. Theſſalonicenſes 1. *Theſſal.* 1 3. 2. *Theſſ.* 1. 4. Oneſiphorus, 2. *Timoth.* 1. 15. 16. Hebræi, *Hebr.* 10. 34. Ioannes, *Apoc.* 1. 9. Thyatireni, *Apocal.* 2. 19.

## ¶ Exempla Profana.

*Heraclitus & Diogenes Cynicus* nunquam de vigore animi remiſerunt, ciuilibusque turbinibus fortuitorum, aduerſus omnem dolorem & miſeriam, vniformi durauere propoſito. *Solinus cap. 4. & Laertius.*

*Q. Fabius Maximus* fraudatus à Republica, ea pecunia, quam pro captiuis Hannibali numerauerat, tacuit: compluribus etiam affectus iniuriis, ſemper eodem vultu manſit. *Theatr. Zuing.*

*Beliſarius* toties dux & victor, tandem iuſſu Imperatoris Iuſtiniani ob inuidiam excæcatus, eleemoſynam à prætereuntibus tugurium petere coactus eſt. Quam fortunam licet grauiſſimam æquo tulit animo? vt nihil diceret aliud, quam via orda obolum Beliſario, quem virtus extulit, excæcauit, & ad ſummam paupertatem redegit inuidia *Pontanus lib. 2. c. 8.*

*Iſabella* Hiſpaniæ regina, Ferdinandi Catholici vxor, non ſolum aduerſæ valetudinis, ſed etiam partus doloribus, nec queſta fuit vnquam: ſed admirabili fortitudine, dolorem vocemque ſuppriſmebat. *Marinæus lib. 21.*

*Ageſilaus* rex contra Perſas in Aſia militans, æſtus & algoris patientiſſimus erat, tanquam ſolus ad varietates anni a Deo temperatas comparatus ferendas. *Plut in Ageſilao.*

*Seuerus Imper.* ſæpe per altiſſimos montes hyeme ſæua, niuibus & imbribus ingruentibus iuit aperto capite: vt milites ad alacritatem patientiamque laborum re ipſa cohortaretur. *Herodianus.*

## ¶ Hieroglyphicum.

Sunt, qui *iugum* ſignificato *patientiæ* præferant. *Pier. Val. lib. 48. pag. 457. A.*

## ¶ Fabulae.

Canis & Sus.

Ad aucupia canes diligenti & exquiſita cura atque ratione erudiri & inſtitui ſolent, & ad ſilentia verberum minis & aurium vellicatione aſſuefiunt. Certæ autem nationis hi deliguntur, quorum imprimis bona ſagaxque natura ſit. Huius generis vni iſtam ſeruitutem exprobraſſe optimum & pinguem ſuem aiunt. Cui ille: Se non pœnitere breuis moleſtiæ, reſponderit, qua vitam ſibi comparaturus ſit delicatam, neque pigere in præſentia tædi aliquantulum deuorare, vt lautiſſimis diu poſtea cibis perfruatur.

Fabula hortatur diſcipulos bonarum artium & virtutis ad labores, qui in diſcendo exhauriendi ſint, perferendos, ſpe maximorum commodorum, & iucundiſſimæ vitæ.

*De plauſtro recenti & vetere.*

Plauſtrum recens ſtridentibus rotis fertur obuiam quondam factum alteri, quod & vetuſtius, & cuius rotæ deteriores eſſent. Hoc igitur illud interrogat, quid quæratur, aut quæ res ad iſta ipſum lamenta adigat? Cui recens & ſtridulum plauſtrum: cur tu, obſecro, tanto, inquit, ſilentio inueheris, & raros etiam gemitus edis ſub oneribus? Sentio enim, inquit hoc, dolorem, & ferenda intelligo, quæ impoſita mihi ſunt, itaque ferre quam deplorare malo.

Docet fabula, clamores & vociferationes non fere à vanitate & leuitate abeſſe, & dicunt Franci, cachinnos ſonantes in ore naſci. Etiam docet, quantum in laboribus perferendis exercitati nouitiis & rudibus præſtent.

*Capi.*

Gallinacei caſtrari ſolent, ita celerius pingueſcere exiſtimantur. Horum magnus numerus in villa alebatur, quumq; omnes opimi redderentur cibo largo & curatione diligenti: in vno tantummodo nihil proficiebat ſagina; huius maciem irridebant cæteri. Mox cum audiſſent imperium heri, pinguiſſimi quique vt iugularentur ad cœnam, affuturos enim hoſpites, intellexere ſtulti quantopere ſibi & vitæ ſuæ, carnes, quibus dudum ſuperbiiſſent, contrariæ & nocentes eſſent.

Conſolatur fabula tenues & pauperes, illorumque vitam docet eſſe multo tutiorem, quam ſit locupletum, & vt Græci loquuntur, τῶν παχέων.

*Vide Fortitudo.*

---

# Patria.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Patria, πατρίς, ίδος, ἡ, dicitur. Hebr. terram natiuitatis appellant. Eſt vrbs ſeu oppidum, vnde orti ſiue oriundi ſumus, dicta, quod communis omnium parens ſit. Aliquando & prouincia ipſa, ex qua orti ſumus patria dicitur, ſed tamen impropriè: inde patriū, quod patriæ eſt. Pater autem, vnde & patria deducitur, Græcum eſt πατήρ έρος, & πατρὸς per ſyncopen, ſic dictum quod πάντα τηρεῖ, hoc eſt, omnia ſeruat. Vel παῖδας τηρῶν hoc eſt, filios ſeruans. Hinc paternus, hinc patriarcha nouum quidem & Græcum, & is eſt, qui patrum, hoc eſt, pōtificum princeps & primus eſt. Hinc paterfamilias, qui primus eſt, & in familiam imperium habet.

## ¶ Loci Biblici.

Patria: patriæ tres Chriſto tribuuntur ab Euangeliſtis.: *Nazareth*, educationis, *Matth.* 13. 54 *Marc.* 6. 1. *Luc.* 4. 16. *Bethlehem*, ortus, 2. 4. *Capernaum*, incolatus, vbi plurima ſigna edidit, vt exprobrat, *Luc.* 10. *v.* 15. Huc pertinet illud Theophylacti: Bethlehem genuit: Nazareth educauit: Capernaum incolam habuit Chriſtum. Patria cedit Abraham, Deo obſecutus, *Gen.* 12. 1. *Act.* 7. *v* 34. Patria fidelium cœleſtis, *Hebr.* 11 13. 14. 16. & 13. 14. *Vide* & 2. *Cor.* 5. 6.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Cui peregrinatio dulcis eſt, non amat patriam. Si dulcis eſt patria, amara eſt peregrinatio, tota die tribulatio, quando in patria non eſt delectatio. *Aug. in Pſal.*

Odit valde patriam, qui ſibi bene putat, quum peregrinatur. *In Pſal.* 93.

Non ſolum Dominus & caput Prophetarum, qui à Moyſe Propheta nominatur, ſed Elias & cæteri Prophetæ, minus in patria, quā in cæteris ciuitatibus ſunt honorati: quia propemodum naturale eſt, ciues ciuibus inuidere, non enim conſiderant præſentia viri opera, non virtutem, ſed fragilis recordantur infantiæ, quaſi non & ipſi per eoſdem ætatis gradus ad maturam ætatem peruenerint. *Beda in Luc.* 4.

Nimis dulcis eſt recordatio patriæ, quæ in hoſtili terra probatur exiſtere: nam quanto hæc amara ſentitur, tanto fit illa ſuauior: de loco enim peregrinationis proprii domicilii creſcit affectus. *Caſſ. in Pſal.* 137.

Ait Ouidius: *Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.* Magnum virtutis principium eſt, vt diſcat paulatim exercitatus animus viſibilia & tranſitoria primum commutare, vt poſtmodum poſſit derelinquere. Delicatus eſt ille adhuc, cui patria dulcis eſt, fortis autem iam, cui omne

ſolum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolum patria eſt: perfectus verò, cui mundus exilium eſt. *Hugo de S.Vict. in didaſc. l.3.c.2.*

Nonne exulauit Brutus? Nonne exulauit Æneas? in eorum tamen exilio non degenerauit Troiana nobilitas. *Petr.Rau.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Homer. in 1.Odyſſ.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
Γίγνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων.
*Sane nihil dulcius ſua patria neque parentibus*
*Eſt quamuis quis procul diuitem domum*
*Terra in aliena habitet procul parentibus.*

Ouid.l.1.de Pont.eleg.4.

*Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat*
*Fumum de patrijs poſſe videre focis.*

Euripid.in Phaethonte.

Ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.
*Vbicunque terrarum quæ nutrit tellus ea patria eſt.*

Plutarch.in lib. de Exilio.

*Hinc recte interrogatus Hercules,*
*Argiuus an Thebanus? haud vnam curo*
*Iactare, Græcia omnis mihi patria.*

Ouid.1. de Pont.

*Rurſus amor patriæ ratione valentior omni*
*Quod tua fecerunt ſcripta retexit opus.*
*Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos*
*Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*
*Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?*
*Huc tamen ex illa Barbarus vrbe fugit.*
*Cum bene ſint clauſa cauea Pandione nata,*
*Nititur in ſyluas quæque redire ſuas.*
*Aſſuetos tauri ſaltus, aſſueta leones*
*(Nec feritas illos impedit) antra petunt.*
*Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor,*
*Vt volucri vacuo quicquid in orbe patet.*
*Eſt aliud patrijs vicinum finibus eſſe.*

Hor.1 Carm.

*Præferre patriam liberis regem decet.*

Euridid.

*Conuenit omni ratione & arte*
*Amantes patriam ſalutem eius moliri.*
*Ne fatigeris dum patriam recuperare ſtudes.*
*Natale ſolum, vt conuenit, gratiſſimum eſt hominibus;*
*Neque verbis eius dulcedinem exprimere poſſum,*
*Multo enim auro & opibus antecellit patria.*
*Ad inhabitandum prudenti viro: nam quod naturæ*
*Cognatum eſt & familiare, neſcio quam ſui*
*Dulcedinem mortalibus in vita præſtat.*

Idem in Ægeo.

Ἀλλ' ὅμως οἰκτρός τις αἰὼν πατρίδος ἐκλιπεῖν ὅρους
Τί γὰρ πατρῴας ἀνδρὶ φίλτερον χθονός;
*Verumtamen miſerandum eſt tempus, quo patriæ fines relinquuntur.*
*Quid paterna charius eſſet viro tellure?*

Idem in Dictyæ.

*Quod ſi non eſſes peſſimus nunquam ciuitate*
*Tua contempta regionem iſtam laudaſſes,*
*Meo quidem iudicio non recte ſapit,*
*Qui ſpretis patriæ finibus terræ*
*Alienam laudat & moribus gaudet alienis.*

Idem in Phœnice.

*Tu verò, ô mea tellus, & genitorum patria,*
*Vale: nam vltro licet plurimum malis obruatur,*
*Nullum eſt ſuauius ſolum, quam quod nutriuit eum.*

Idem in Philoctete.

Μακάριος, ὅστις εὐτυχῶν οἴκοι μένει.
*Beatus ille, qui domi fortunatus manet.*

Sophocl.in Tereo.

Πολλὰ ζηλῶ βίου
Κάλλιστα δ' εἰ γῆς μὴ πεπείραται ξένης.
*Beatum exiſtimo te ob vitam tuam plurimum.*
*Eſt autem optimum, ſi terram nunquam expertus ei alienam.*

Idem.

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.
*Domi manebit vir vere beatus.*

Theognis poeta Megarenſis.

Πατρίδα κοσμήσω λιπαρὴν πόλιν, οὔτ' ἐπὶ δήμῳ
Ῥέψας, οὔτ' ἀδίκοις ἀνδράσι πειθόμενος.
*Patriam ornabo pulchram, ciuitatem neq; inter populum*
*Excellens, neque malis viris morigerans.*

Sophocl.Tragicus.

*Nunquam equidem patriæ virum in amicitiam.*
*Receperim meam, hoc ſciens, quod patria*
*Eſt, quæ nos ſeruat, & dum in ipſa*
*Fortunata degimus, confabulamur inuicem.*

*Huiuſmodi legibus hanc ego ciuitatem promoueo.*

Eurip. in Polynice.

*Quid aliud eſt patria priuari, quam malum magnum?*
*Maximum reipſa autem maius eſt quam verbo.*
*Quomodo iſtud fit? quid exulibus adeo malum euenit?*
*Vnum ſane maximum, quod exul non habeat dicendi libertatem.*

Homerus.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.
*Vnum augurium optimum, pugnandum eſſe pro patria.*

Idem Odyſſ.1.

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται.
*Cæterum Vlyſſes*
*Cupidus vel fumum exeuntem videre*
*Patriæ ſuæ, ſic mori optat.*

Fabius ad filium apud Silium Italicum.

*Iamq; hoc nec dubites longæui nate parentis*
*Accipe, & æterno fixum ſub pectore ſerua.*
*Succenſere nefas patriæ, nec fœdior vlla*
*Culpa ſub extremas fertur mortalibus umbras.*

Horat.in Oda 2.lib.3.ad amicos.

*Dulce & decorum eſt pro patria mori.*

Anthol.Sacr.Iac.Bill.

*Cæleſtem ad patriam Chriſto redimente vocatus*
*Vitam labentis temporis hoſpes agit.*
*Dumq; ad permiſſam requiem non per ſua tendit,*
*Mundanæ patitur multa pericla viæ.*
*Quæ nunc obſeſſa aduerſis, nunc plena ſecundis,*
*Aut frangit tepidos, obligat aut dubios.*
*Inter quos laqueos currentem ad gaudia vitæ*
*Non capiet mundus, cui vita Chriſtus erit.*

## ¶ Sententiæ Philoſophicæ et Hiſtoricae.

Te verò narrauerunt permoleſte ferre, quod à publicis occupationibus te liberare non valeas. Quod igitur dul[...] vitæ genus ſit, res ſuas agere, præſertim ſi qui ſita ſecun[...] vt tu, omnibus ferè indubitatum eſt. Verum hoc etiam [...] tandum eſt, nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe: ſed o[...] partem ſibi patriam vindicare, partem parentes, parte[...] Multa inſuper pro temporum diuerſitate nobis accidere [...] ſtram occupantium. Vocante igitur te patria ipſa ad Re[...] bernandam, abſurdum forſan eſſet non parere, præſe[...] mul accidat, vt aditus prauis hominibus relinquatur, [...] optimi rationem habentes proficiſcuntur ad publica. *Pla[...] 9, ad Archytam.*

An ſic es ſapiens, vt te latuerit, & patri, & matri, & pro[...] bus omnibus patriam eſſe anteponendam? atque eſſe [...] quiddam ſanctiusque, & in ſuperiore ſorte tum apud De[...] pud homines mentis compotes eſſe patriam collocandam [...] que eam oportere magis, eiq; obedire, ac rigidius ſe ge[...] aſſentiri, quam patri, & ſi quid iubeat, vel diſſuadere ill[...] liceat, vel facere, & patientiſſime ſuſtinere, quicquid iuſ[...] dum? Ac ſiue mandarit verberari te, ſiue in vincula co[...] prælium miſerit ad vulnera accipienda, mortemque ſ[...] obediendum eſt omnino: Ius enim ita dictat, neque t[...] dum, neque fugiendum, neque ordinem deſerendum, ſe[...] lo, & in iudicio, & prorſus vbique ea ſunt quæ Reſp. patri[...] facienda, aut certe verbis, quatenus iuſtum eſt, vti licet ad[...] dum illi, eamque placandam. Vt autem nefas eſt, vel co[...] trem, vel contra patrem, maxime vero omnium contra [...] *Plat. in Critone.*

Poſt ſermonem de patria maxime conuenit docere, qu[...] triam eſſe debeamus. Eſt enim patria, per Iouem, velut a[...] Deus, & primus maximusque parens. Quare qui nome[...] ſuit à reipſa, non temere patriam nominauit, vocabulo [...] patre deducto, pronuntiato tamen fœminina terminati[...] vtroque parente miſtum eſſet. Atque hæc ratio inſinuat[...] nam ex æquo duobus parentibus colendam eſſe. Præter[...] omnino eſt patria vtriuſque parentum ſeorſim, & ne ſim[...] parentes ambos maioris fieri, ſed æquali honore dignan[...] & alia ratio, quæ non tantum æquali, ſed maiori etiam, [...] ambos parentes honore patriam afficere monet, neque ſo[...] eam præfert, ſed etiam vxori & liberis, & amicis, & abſolu[...] ne rebus aliis omnibus poſt Deos.

Qui ſeipſum pro patria ſeruare vult, tum iniuſte facit, [...] dus eſt, inſuper impoſſibilia deſiderans. At qui patriam ſi[...] ponit, is & Diis charus eſt, & mente prudens. Quicquid p[...] triæ, id ſingulis quoq; particulatim eſt commune: eten[...] nullum eſt ſine partibus. Et viciſſim, quod ciui fuerit vti[...] quoq; conuenit, ſi modo illi, quatenus ciuis eſt, expedit. *Hi[...] ſerm. Quales in patriam eſſe debeamus.*

Amiſſæ diuitiæ breui facileq; reparari nequeunt, patria [...] tim quilibet ciuitas fit illi, qui nouerit vti. *Idem.*

Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γὰρ γῆ βατή. ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος.

Id eſt:

Quælibet terra homini ſapienti eſt peruia: animæ namque fortis vniuerſus mundus patria eſt. *Democritus.*

Quid autem, an non communis hominum omnium patria eſt mundus ipſe, quemadmodum cenſebat Socrates? Itaque non putandum reuera te exulare à patria, ſi migres inde, vbi natus & enutritus es: ſed tantum te quadam vrbe eſſe priuatum, tum alias, tum ſi æſtimari velis bonus & æquus. Talis enim regionem quidem nullam vel colit, vel deſpicit, tanquam beatitudinis cauſam: ſed in ſeipſo omnia collocat, & putat ſe ciuem vrbis Iouis, quæ conſtat hominibus & Diis. Conſentientia his & Euripides dicit, vbi

*Ἅπας μὲν ἀὴρ αἰετῷ περάσιμος,*
*Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.*
*Omnis quidem aer aquilæ penetrabilis eſt,*
*Omnis vero terra viro forti patria.*

Quemadmodum autem ſi quis in patria agens, aliam tamen domum inhabitans, non eam, in qua natus erat, ſeſe maceraret, & ob eam rem lugeret, nihili homo & ridiculus eſſet: pari ratione is, qui habitans aliam ciuitatem, quam in qua natus eſt, calamitatem putaret, is merito ſtultus haberi queat & vecors. Reliqua aurea vide in ipſo. *Muſonius in libro. Exilium non eſſe malum.*

Patria nihil dulcius, nihil charius in vita eſſe debet. Nullus locus domeſtica ſede iucundior. Chari ſunt liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? *Cicero.*

Non ſolum nobis nati ſumus, ortusque noſtri partem patria vendicat, partem amici. *Idem.*

Nullus eſt caſus pro dignitate & libertate patriæ non ferendus.

Omnia quæ à nobis geruntur, non ad noſtram vtilitatem & commodum, ſed ad patriæ ſalutem conferre debemus. *Cicer. ad Quir. poſt red. & in 4. Catil.*

Omnibus qui patriam conſeruarint, adiuuerint, auxerint, certus eſt in cœlo & definitus locus, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. *In Som. Scip.*

Patriæ memoria dulcis. *Liu. lib. 5.*

Quoniam ſunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria graue putandum eſt. *Cicero libro primo de leg.*

Si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii: principes ſunt patria & parentes, quorum beneficiis obligati ſumus. *Idem 2. Offic.*

Æque virtutis eſt, & bona patriæ auxiſſe, & eius mala in ſe transtuliſſe. *Val. Max. lib. 5.*

Patria carere, non eſt malum, quia forti viro omnis locus patria eſt. Socrates enim non ſtulte exilii libertatem, domeſticæ ſeruituti prætulit. *A. Gel l. 3. c. 15.*

Patriam meam tranſire non poſſum, omnium vna eſt, extra hanc nemo proiici poteſt. Non patria mihi interdicitur, ſed locus. In quamcunque terram venio, in meam venio, nulla exilium eſt, ſed altera patria eſt. Patria eſt vbicunque bene eſt. Illud autem per quod beatus eſt, in homine, non in loco eſt. Si enim ſapiens eſt peregrinatur, ſi ſtultus exulat. *Senec. de remed. for.*

Arbitratur ingenuorum quiſque non patri & matri ſolum ſe eſſe natum, verum etiam patriæ, quid vero intereſt? quod qui parentibus ſolum ſe eſſe natum exiſtimat, fatalem naturalemque mortem expectat: qui verò etiam patriæ, ne hanc ſeruientem videat, mortem ſubire non dubitabit, magisque metuendam eſſe reputabit ignominiam & infamiam, quas in ſeruiente ciuitate ferre neceſſe eſt. *Ex Orat. de Coro. Demoſth.*

Non ſolum ad patrem & maiores ſuos viritim genus ortumque referre vnicuique licet, ſed ad totam communiter patriam, cuius omnium conſenſu indigenæ ſunt. *Ex Orat. funebri.*

Quis adeo eſt infelix, qui ſeipſum, parentes, ſepulchra, patriam exiguis quæſtus gratia prodere velit? *Ex Orat. de Claßibus.*

Cui vtilia ſunt eadem tempora, quæ & ciuitatis hoſtibus: is amator patriæ nullo modo eſſe poteſt. *Ex Orat. de Corona.*

Patriam exiſtimo non eam ciuitatem quæ me in ciuem abnegauit, ſed eam à qua ciuis ſum factus, licet ſim peregrinus: & regionem patriam puto non eam in qua affectus ſum iniuria, ſed in qua tuto viuere poſſum. *Dionyſ. Halicarn l. 8.*

Patria eſt vbicunque vir fortis ſedem elegerit. *Curt. l. 6.*

Loca ipſa nullam felicitatem beatitatemue afferunt homini: ſed vnusquiſque noſtrum, ipſe ſibi & patriam & vitam beatam omni tempore vbicunque locorum efficit. *Dionyſ. lib. 38.*

Qui pro altero dimicant, quum ſuæ victoriæ felicitatem (ſi quidem contingat) ad alios videant migraturam, minus profecto acriter decertant: quippe qui intelligant ſe quidem in periculi participatum admitti: cæterum extremos victoriæ fructus ad alium peruenturos. Qui autem pro patria pugnant præterquam quam quod ſpe meliore eſſe debent (neque enim aliena occupare, ſed tueri ſua contendunt) etiam animo ſunt maiore, vt quos non alienum imperium, ſed ſua quenque neceſſitas adigat, quoniam ſcilicet victoriæ fructus ipſis debeatur. *Herod. in Maximino.*

Beate perfecta ratione victuro, ante alia patriam conuenit eſſe glorioſam. *Amm. Marcel. l. 14.*

Patriæ à qua omnia accepimus, omnia redonemus. *P. Æmylius, libro 3.*

Quam à patria mutuatus es vitam, eam illi iure optimo repoſcenti, redde. *Idem eod. l.*

Patriæ ſalus non modo publicum bonum comprehendit, ſed in Reipublicæ ſalute ſimul & priuatorum omnium commodum ſalusque agitur, quæ ita inter ſe apta connexaque ſunt, vt alterum ſine altero ſtare non poſſit: cadente enim Republica & in ſeruitutem ruente, quis priuatorum fortunas, honorem, vitam, hoſtium auaritiæ, libidini, crudelitati, prædæ relinqui ignorat? Verum etſi in Reipublicæ defenſione nihil aliud præter patriæ ſalutem contineretur, nonne id generoſis eſt ciuibus dignum præmium, apud homines gloria ſplendoreque plenum, ac Deo gratum: eſt enim vel Ethnicorum ſententia, omnibus qui patriam iuuerint, conſeruarint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, vbi beati æuo ſempiterno fruantur. *F. Guicciard. hiſt. l. 8.*

Ferte opem, ciues (*dictum Soderini*) patriæ veſtræ, veſtram libertatem dum poteſtis defendite: nihil vos Deo Opt. Max. gratius acceptiusque facere poſſe vobis perſuadete, quam bellum à tectis, à prædiis, a templis auertere, remedium efficacius nullum eſt, quam ſi iis qui vos lædere cogitant, oſtenderitis, vos nihil quod ad defenſionem veſtram facere videatur eſſe prætermiſſuros. *Idem libro decimo.*

Quidam dixit ad felicitatem primo loco requiri patriam nobilem. Ego vero ei qui veram ſit felicitatem conſecuturus, cuius in moribus & animi affectionibus maior pars conſiſtit, non magis exiſtimo ignobilem, & obſcuram patriam obeſſe, quam matre deformi vel puſilla eſſe natum. Ridiculus enim fuerit qui cenſeat Iulidem (quæ exigua pars eſt Cei non magnæ inſulæ) vel Æginam, quam Atticorum quidam amoueri iuſſit veluti Piræi luminibus officientem, hiſtriones poſſe & poetas bonos producere: virum autem iuſtum & ex ſeſe aptum, prudentem, ac magnanimum proferre non poſſe. Etenim conſentaneum eſt alias artes, quæ ad rem faciendam, comparandamue gloriam pertinent, in humilibus & obſcuris vrbibus elangueſcere, virtutem autem, vt vegetam validamque plantam, quouis in loco radices agere, vbicunque bonam indolem & animum laboris tolerantem apprehenderit. Itaque ne nos quidem, ſi non ea qua debemus prudentia & vitæ rectitudine ſumus, patriæ id noſtræ humilitati, ſed nobisipſis merito imputauerimus. *Plutar. in Demoſthene.*

Eos qui ſolummodo verbis ac voluntate bellum pro ſociis ſuſtinent, bonos viros putamus: qui vero populationem patriæ, incendia, obſidiones patiuntur, non ſolum laudamus, atque admiramur, verum etiam gratiis muneribusque proſequimur. *Polybius libro ſecundo.*

Neque pie, neq; honeſte agunt, qui patriam tyrannide armata preſſam negligunt, ſuæ tantum vitæ ac ſalutis rationem ducentes. *Plutarh. in Pelopida.*

Tu, mihi patriæque concede, cui & natus es & educatus, teque eius commodis inſeruire oportet, eorum cauſa nullos labores, nulla pericula ſubterfugere: ſed, etiamſi res ita ferat, vt moriendum pro ea tibi ſit, quouis mortis genere fatum anteuertere. *Dionyſ. libro 36.*

Æque virtutis eſt, & bona patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferri voluiſſe. *Valer Max. l. 1. c. 5.*

Areus Athenienſium dux commeatu iam fere conſumpto copias domum reduxit: quippe qui quod erat facultatum reliquum, ad patriæ vſus conſeruandum, neque temere ſociorum cauſa profundendum cenſeret. *Pauſan, lib. 3.*

Beati quicunque pugnantes pro patria victores euadunt: illis etenim lætiſſima dies fulgebit. Beati etiam ii qui in acie cadunt: memoriam enim ſempiternam cunctis diuitiis præſtantiorem conſequuntur. *Xen. de reb. geſt. Græc. lib. 2.*

Propugnantibus pro patria quam hoſtis inuaſit, non perinde conuenit diu deliberare, ſicut illis qui ſua ſalua & integra tenent, atque ampliora appetentes ſua ſponte alios inuadunt. *Thucydides lib. 4.*

Qui furore iraq; deprauati hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt, ii cum à Reipub. pernitie repulſi ſint, neq; vi coerceri, neq; beneficio placari poſſunt. *Arn. Ferron. lib. 8.*

De igno-

## De ignobili patria. DIAL. IV.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Ignobilis patriæ ciuis ſum. R. Eſto tu nobilis. Nam nil vetat, nihil cum patriæ tuæ nobilitate, tua nobilitas mixtum habet. D. Paruæ vrbis incola ſum. R. Et magnæ vrbes paruos ciues habent, imo fere ex his conſtant, & paruæ magnos quoſdam habuere. Quin in ſyluis abiectus ac nutritus Romulus omnium vrbium reginam vrbem Romam condidit, quam euertere voluit in maxima vrbe genitus Catilina. D. In exigua patria natus ſum. R. Magnificare illam ſtude. Nihil æque ciuitates amplificat, vt ciuium virtus ac gloria. Qui hoc ædificiis aut fertilitate melius atq; opibus fieri putat, fallitur, vt ſingulos viros ſic & vrbes & regna & imperia, non vetuſtas, non turres, ac mœnia, non plateæ, non palatia ac templa marmorea, non ſtatuæ, non picturæ, non aurum, non gemmę, non campi legionum, & claſſium pleni portus, non peregrinis referta mercibus emporia, & lucri amore æquor omne ſulcatum, non poſtremo ciuium forma vel numerus, non rerum copia exundansque cibis forum, non purpuræ chlamydes virorum honeſtæq; miris cultibus; non faſtus, non delitiæ, non voluptates, ſed virtus ſola nobilitate, geſtarumque rerum fama quam viri pariunt, non muri. D. Parui municipii ciuis ſum. R. Neſcis Biantem Prienæum fuiſſe, Pythagoram Samium, Anacharſim Scytham, Democritum Abderitem, Ariſtotelem Stagiritem, Theophraſtum Lesbium, Tullium Arpinatem. Chous Ægei maris breuis inſula, & poetam non ignobilem Philitem tulit, & medicorum patrem & ſculptorum ac pictorum principes, Hippocratem ſcilicet & Phidiam, & Apellem, vt intelligi poſſit ingeniorum magnitudini locorum anguſtias non obſtare. D. Ignobilis eſt patria. R. Nobilitare tu illam pro virili parte ſi velis potes, cum te illa facere non poſſit ignobilem. Nec Numæ quidem Pompilio ad Romanum regnum nec Septimio Seuero ad imperium obſtitit ſoli natalis humilitas. Summo hominum Auguſto, & ſi recens Romana, quia ipſe ſcilicet in palatio natus ſit, origo tamen generis antiquior Veliterna eſt. Gaio Antium, Veſpaſiano autem vicini incogniti Reatini. Contra vero Lariſſeam famam vulgauit Æacides, & Pelæum à ſeculis fuſcum nomen, atque humile, quod Philippus erexerat, Alexander ad cœlum tulit. Non ſatis eſt ciuibus obſcuritatem patriæ non neſcere, niſi ciuium claritas patriæ proſit. Aſylum ignobile, atque opus paſtorum Roma fuit, quæ non ante clareſceret quam res illam geſtæ, & ſuorum virtus excellens ciuium illuſtraſſet. D. Obſcuræ patriæ ſum addictus. R. Lumen virtutis accende, quo inter tenebras eniteſcas, in quibus hoc ſaltem boni erit, vt vel parua luce clariſſimus videare, ſic vel illa te clarum faciet, vel tu illam. D. Humilis patriæ habitator ſum. R. Eſto & tu humilis, habitatorque tui, animus humilis ſit. Habes publicæ matris exemplum, ne te nido latius extendas, niſi his tantum quas tibi virtus alas fecerit. His enim vti licitum, vſoſque feliciter complures modo diximus. Proinde mortalis hoc ſaltem inſolentiæ frenum tene. Quidam de ſola patriæ nobilitate ſuperbiunt. Stultum genus.

## De patria glorioſa. DIAL. XV.

GAVD.

Glorioſa in patria natus ſum. R. Plus negotii habes, vt in lucem venias. Fulgent minutiora enim aſtra per noctem, & Bootes ad ſolis radios hebet, & Lucifer. G. Clariſſimæ patriæ ciuis ſum. R. Bene ſi virtutum hoſpes, vitiorum hoſtis, fortunæ enim eſt illud hoc tuum. G. Patria mihi felix, ac nobilis eſt. R. Refert qua nobilitate. Hanc numerus incolarum, hanc inſignis opum magnitudo, hanc ſpectata fertilitas, hanc ſitus ipſe nobilitat. Salubris aer, clari fontes, mare proximum, tuti portus, opportuni amnes, nobilis patria vulgo dicitur vini ferax, olei, frumenti, frequens armentis, ac gregibus, auri ſcatebris, & argenti. Bonam terram dicitis, vbi fortes equi, vbi pingues boues, vbi teneri hœdi, vbi dulcia demum poma naſcuntur, vbi autem boni viri, id nec quæris quidem, nec quæſitu dignum ducitis æſtimatores egregii. Atqui ſumma patriæ laus, ſola virtus eſt ciuium. Recte ergo Vergilius gloriam, ac felicitatem cum deſcriberet Romanam: nihil horum ad quæ ſola reſpicitis dignatus attingere, vnâ vrbis & imperii magnitudinem, atque altitudinem attigit animorum. Felicem denique prole virum dixit. Ea eſt enim vera vrbium felicitas, vera nobilitas. G. Præclara ciuibus bonis patria eſt. R. Quid ſi tu obſcurus? Quid ſi claritas ipſa te prodet, teque latebris eruet, & in apertum trahet? promptius in luce notaberis. G. Famoſiſſima eſt patria. R. Non tam infamis eſſet Catilina, niſi tam famoſa in patria natus eſſet. Gaio ſi etiam & Neroni, alter infamiæ aceruus imperium acceſſit, & mundi natos in vertice fortunæ fauor extulit, quo latius noſcerentur. G. Nobiliſſima in patria viuo. R. Multorum aut contemptui patens, aut inuidiæ, ſine altera in magna vrbe vix viuitur, illud tutius, hoc clarius malum. Vtriuſque autem hæc ipſa quam prædicas natalis ſoli nobilitas, cauſa eſt. Inter tot oculos, nullæ ſunt latebræ. G. Notiſſima ex patria ſum. R. Malim per te patria, quam propter patriam notus ſis, niſi vero per te fulſeris, quid tibi lux patriæ præter tenebras allatura eſt? Multos habuit claritas magnæ vrbis obſcuros, quos abunde claros, parui ruris obſcuritas habuiſſet. G. Inclyta mihi patria eſt. R. Eſt quæ ſuas ſibi laudes habeat, tuaſque participet, quicquid bene geſſeris, prima quodammodo patriæ laus

erit, fuit qui Themiſtoclis gloriam Athenis aſcribere [illegible]
plane pergrauiter, & vt talem virum decuit, reſpondit. Cum [illegible]
ſibi Seriphi anguſtæ & ignobilis inſulæ quidam incola [illegible]
obieciſſet, non eum ſua, ſed patriæ gloria clarum eſſe, [illegible]
ait, aut ego obſcurus ſi Seriphius, aut tu ſi Athenienſis [illegible]
Non ſplendori patriæ, ſed virtuti propriæ fidebat. Ciui[illegible]
Plato, maior licet ille philoſophus. Sed exiſtunt interdum [illegible]
etiam ingeniis, magni & mirabiles errores. Is ergo inter [illegible]
gnæ ſuæ felicitatis claritatem patriæ aſſcribebat. Vt enim [illegible]
noris hac in parte excellentis viri animum: aiebat Plato ſe [illegible]
tis gratias agere. Recte id quidem, modo intelligat, cui [illegible]
donis gratiæ ſint agendæ. Ille vero naturæ gratias agebat [illegible]
quod hominem eum non mutum animal, quod marem, & [illegible]
minam, quod Græcum & non barbarum, quod Athenienſem [illegible]
non Thebanum, denique quod Socratis ætate non alio [illegible]
nuiſſet, vt ſcilicet eſſet à quo doceri poſſet, atque inſtrui. Vide [illegible]
gratulandi glorianique cauſas, vt Athenienſem quoque [illegible]
ginem. Quid hic dicam forſan expectas? Ego vero, & ſi [illegible]
ſermo ſit inſtitutus, quando tamen tanti viri mentio incid[illegible]
hoc toto illius ſermone, & aliis ſit viſum, & mihi etiam [illegible]
cam ſimiliter. Scio quoſdam claros & diſertos viros [illegible]
ſerere, nihil vnquam ab aliquo eſſe dictum delirius, quorum [illegible]
tentiam, quin (vt dici ſolet) eam pedibus parum abeſt. Nam [illegible]
quæſo attinet his gaudere? Quæro enim quid ſibi barbarus [illegible]
mulier natus eſſet? An non multi barbari multis Græcis [illegible]
& ingenio meliores extiterunt? An non fœminæ aliquæ [illegible]
gloria, & inuentione artium quibuslibet viris optabiliores [illegible]
denique ſi bos? quid ſi aſinus naſceretur: quid ad hunc ipſum [illegible]
loquimur Platonem? qui iam non Plato eſſet, ſed id [illegible]
natura parens edidiſſet, niſi forte Pythagoricæ credebat [illegible]
corpore in corpus animas commigrare, quo nihil [illegible]
ſtultius, nihil impudentius, non dicam à Philoſopho, ſed [illegible]
dictum fuit, nihil magis veritati diſſonum, ac pietati, nihil [illegible]
quo religioſæ aures magis abhorreant. Quid deinde, an [illegible]
ſem naſci clarum adeo, vt non æque clarum eſſe poſſet [illegible]
etiam natum eſſe? An non Homerus, & Pythagoras ipſe, & [illegible]
critus, & Anaxagoras, & Ariſtoteles, & mille alii alibi [illegible]
nati, clariq; habiti, non minus quam qui nati ſunt Athenis? [illegible]
Thebis abeam, quas ſpernere Graii ſolent: An non ſi [illegible]
ratur, Thebis natus eſt Pindarus, quem imitatione [illegible]
Flaccus ait. Si rerum claritas geſtarum. Liber pater, a[illegible]
les, tam famoſi, vt Alexander Macedo contemptor omnium [illegible]
mortalium, illos duos vt altiſſimum atque vltimum [illegible]
ſibi proponeret imitandos? Sin vtrumque, nonne rec[illegible]
ria, & pene ante oculos erat, Thebanus Epaminondas [illegible]
loſophus, ſummus dux, Græcorumque omnium [illegible]
mnis æui princeps? Hic eſt, qui Lacedæmones pene [illegible]
tit, & Athenienſes Platonis ſic exterruit, vt eo mortuo [illegible]
terrore liberati illico ſe in luxum ignauiamque reſoluerent, [illegible]
adhuc etiam apud Thebas florente, quot Athenis ine[illegible]
torum millia fuerint, quis facile animo metiatur? Non [illegible]
Athenis, ſed quod talis natus eſſet, ac genitus, hoc eſt, [illegible]
talique animo, tali deniq; & parentum indulgentia, & [illegible]
poralium facultate, & erudiri poſſet, & ad omne bonum [illegible]
tui, gratias agere decuit tam anxie doctum virum illi Deo, [illegible]
ei dederat, non Socrates, non Athenæ, cuius in ſchola, & in [illegible]
quot & iniqui fuerunt, & indocti: opinari promptius ſit, [illegible]
ſcere. Et vt vrbem ſileam, habuit ſchola inter multos Alcibiadem [illegible]
Critiam, illum patriæ hoſtem, hunc ſæuiſſimum tyrannorum [illegible]
bus quid præceptor Socrates contulerit, Plato ipſe reſponde[illegible]
ſic intelligens, quam inane eſt, quod terreni doctrina [illegible]
diſcipulorum auribus inſtrepit, niſi gratia magiſtri cœleſtis [illegible]
ret, ſine qua nihil omnino Socratem potuiſſe, quanquam De[illegible]
dacis oraculo, vt prædictum eſt, ſapientiſſimum iudicatum [illegible]
ſuas tamen ſimul vxores procaciſſimas anus, ipſe vel ab [illegible]
cumlibet eum excuſet, ineptiſſime conuerſatum. Sed hæc [illegible]
incidenter præter vnum illum, quo Platonem talem virum [illegible]
pem vanitate, glorioſæ patriæ implicitum fuiſſe cognoſceres, [illegible]
vt magni comitis clypeo tuum tegas errorem, ſed vt [illegible]
lum vites, cui ſuccubuiſſe ſumma etiam cernis ingenia. G. Am[illegible]
patria vitam ago. R. Multa ſunt amplæ vrbis incommoda, [illegible]
templum, diſtat forum. Illud animo nocet, hoc corpori, diſtant [illegible]
fices, atq; amici. Qua quidem nulla durior diſtantia, quos [illegible]
ſum viſere, negligere inhumanum. Audis, vt de hoc querit[illegible]
cus? *Cubat hic in colle Quirini, hic extremo in Auentino* [illegible]
*Vterque.* Quocunque ire decreueris, ceu peregre profecturus [illegible]
mui tuæ diſpone, quando, & an redeas incertum, & ipſe [illegible]
cum labore eſt. Sæpe etiam cum errore, ferro, ac magnete [illegible]
tur, hac eas facilius, hac rectius, hac curiam, hac theatrum [illegible]
balneum effugias, hac macellum, hi & mille alii ſunt vrbium [illegible]
puli, inter quos nauigans domum tuam, quaſi alterum orbem [illegible]
tis vix te ad illam peruenturum ſperans. Et hoc quoque ad [illegible]
Flaccum legis, *Vt Philippus orator, Domum dum rediit, fere* [illegible]
*um diſtare carinas, Iam grandis natu quæritur.* Hæ paruo in [illegible]
do moleſtiæ ceſſant omnes. Quicquid quæritur iuxta eſt. G. [illegible]
uo oppido in immenſam vrbem commigraui. R. E tranq[illegible]

…cellosum ſponte pelagus ingredi temeritas eſt, nec miror … læti euentus. Fecit hoc tamen & genus Claudia, è Sabinis … petens, è Tuſculo Marcus Cato, ex Arpino Marius, & Cice… …que feliciter. Sed vbinam tales viri? non tuto quidem in … trahitur, quicquid raris, & ſummis in geniis attentatum … tamen ſoluiſti funem omni ſtudio inter difficultates … Inter alia conſurge, conſilio cœptum regens (quod hic boni … plures erunt ad virtutem ſtimuli. Erunt forte, quos ad glo… …ſque velis. Erit vbi te exerceas, vbi cum paribus poſſis de lau… …tendere. Pudebitque teſtium tantorum. Multis ſæpe, quod … non dabat, contulit vis pudoris, & ad ignauiam profligan… …ſæpe plus ſpectator valuit, quam virtus. Et hi hercle, quorum … memini, & accitus Curibus Numa Pompilius. Corduba … Seneca, Leptique veniens Seuerus, multique alii ex aliis …vbique futuri magni viri, vt aliquanto maiores Romæ eſſent, … virtutis, & illuſtrium copia exemplorum præſtitit. Stude … quod vnicum bonum eſt, in hac tua commigratione ne pereat, … aliud migrando quæſieris, quam vt te coram pluribus nouæ … fulgor nudet.

## ¶ Apophthegmata.

*…thagoras* interrogatus, quomodo oporteat ſe gerere erga pa… …gratam? Vt erga matrem reſpondit. *Stob. ſerm. 37. ex Plat.*

… Poſtquam vidit rerum ſummam eſſe penes Piſiſtratum, ar… …poſuit ante curiam, dicens: O patria! tibi & dictis & factis … …ulatus. Hoc pacto teſtatus ſibi non defuiſſe voluntatem … Reipub. in Ægyptum nauigauit. *Laertius lib. 1. Plut. in*

*… & Spartis* ſponte profecti ſunt ad Xerxem Regem Perſa… …rum pœnas, quas Lacedæmonii iuxta oraculum pendere … eo quod oratores à Perſa miſſos occidiſſent. Hi cum ve… ad Xerxem, iuſſerunt, vt ipſos, quocunq; modo videretur, in… pro Lacedæmoniis. Cumque Rex admiratus & pietatem … & animorum fortitudinem, liberaſſet illos à pœna, pete… apud ſe manerent: Qui poſſimus, inquiunt, hic viuere reli… patriisque legibus ac viris, quarum gratia tantum iter ſu… moriturí? *Herod. lib. 7. Plut. in Lacon. Stob. ſerm. 37.*

… Eſt, inquit, patria velut alter quidam Deus, & primus … parens. Quare qui nomen ei impoſuit à re ipſa non te… nominauit, vocabulo quidem à patre deducto, pro… tamen fœminina terminatione, vt ex vtroq; parente mix… Atq; hæc ratio inſinuat patriam vnam ex æquo vt vtrun… colendum eſſe, &c. *Stob. ſer. 37.*

…, quum iam poculum veneno temperatum præberetur, … eſt à quodam, num quid filio ſuo, qui aderat, præcipere … inquit, mi fili, te obnixe rogo, ne quid ob iniuriam mihi … Athenienſibus male velis, qui inſontem me damna… Maluit vir prudentiſſimus in patriam, quam in patrem, pieta… filium. *Plut. in apoph.*

*…ides*, quum ab Athenienſibus mitteretur in exilium, ſubla… manibus, Deos comprecatus eſt, vt ſic res Athenienſiũ … vt illis Ariſtides nunquam veniret in mentem. Tanta … pro iſto pietas in patriam, cui etiam poſt dira ſua fata incolu… precabatur. *Plut. in vita Ariſtidis.*

*Timotheus Imperator*, quum audiſſet vnum ex collegis dicen… An putas, ô Timothee, gratam nobis futuram patriam? Mo… (reſpondit) patriæ dignas referre gratias queamus. *Stobæus* …

*… Rex Thraciæ*, vbi cognouit, quod Athenienſes honoris gra… ipſum ſuæ ciuitatis declaraſſent, pro auxilio, quod illis ad… Dorienſes impenderat, gratiam reponere ſtudentes: Per Io… inquit, & ego illis viciſſim meæ gentis ius dabo. Sentiens, nihi… honorificum eſſe, Thracem, quam Athenienſem appellari. … *l. 5. apoph.*

*Anacharſis*, exprobranti cuidam Attico, quod natus eſſet in Scy… Mihi, inquit, probro eſt patria, tu patriæ. Egregie inculpatus eſt: … nihil poteſt obiici præter patriam. At quemadmodum laudi eſt … Barbaros natum, Græcorum diſciplinas ſcire: ita turpe eſt, … Græcos natum, ad Barbarorum mores degeneraſſe. *Laert. libro* … 5.

*Antiſthenes*. Quum Antiſtheni quidam obieciſſet, quod matrem … Phrygiam: Et Deorum, inquit, mater è Phrygia eſt. Ridicu… arbitrans, cuiquam probro dari patriam, quum in damnatiſſi… regionibus interdum naſcantur omnium feliciſſima ingenia. *Laert. l. 6. c. 1.*

*Ariſtoteles*, cuidam glorianti, quod eſſet ortus magna celebriq; …tate, dicebat hoc nihil referre: ſed, an celebri patria dignus eſſet. *Laert. l. 5. c. 5.*

*Themiſtocles*. Seriphius quidam, quum patriæ gloriam Themi… obieciſſet, diceretque, eum nequaquam ſua, ſed patriæ gloria … …dorem aſſequutum: Nec hercule, inquit Themiſtocles, ſi ego … Seriphius eſſem, ignobilis eſſem: nec ſi tu Athenienſis, clarus vnquã … *Cic. in Caton. Maior. Plut.*

*Crates*, Alexandro percontanti, num cuperet reſtitui patriam ſuam? Quid opus eſt, inquit: Fortaſſis eam alius Alexander reſtitutam diruet. *Laert. l. 6. c. 5.*

*Socrates* rogatus, cuiatem ſe eſſe diceret? mundanum ſe eſſe pronunciauit; totius enim mundi ſe incolam & ciuem arbitrabatur. *Cic. l. 5. Tuſc. q.*

*Idem*, Communem omnium hominum patriam dicebat eſſe ipſum mundum. *Muſon. apud Stob. ſer. 38.*

*Diogenes* interrogatus à quodam, cuias eſſet? reſpondit, κοσμοπολίτης, id eſt, ciuis mundi: ſignificans, forti viro omne ſolum eſſe patriam. *Laert. l. 6.*

*Solon*. Anacharſidem Hermippus ſcribit, mox, vt Athenas venerat, adiſſe Solonis ædes: Percontanti famulo, quis, & vnde? iuſſiſſe renunciaret adeſſe Anacharſidem: qui & Solonem videre, &, ſi fieri poſſet, etiam hoſpes fieri cuperet. Solon per puerum reſpondit, in patria ſolere fieri hoſpites, ſignificans, inter Græcos & Scythas non eſſe ius hoſpitii. Ad hæc verba, quibus abigebatur Anacharſis, perinde quaſi iuſſus eſſet introire, ingreſſus eſt ad Solonem, dicens, ſe iam eſſe in patria, & æquum eſſe, vt hoſpitio iungerentur Huius reſponſi dexteritate delectatus Solon, lubens recepit hominem ad intimam familiaritatem; ex primo ſtatim ſermone deprehendens animum philoſophicum, qui iudicaret eſſe patriam, vbicunque bene eſt homini. Ciues enim mundi ſumus omnes. *Laert. lib. 1. cap. 9.*

*Teucer*, audiens quoſdam de patriæ dulcedine diſſerentes; Patria eſt (ait) vbicunque eſt bene. Sunt enim multa patria excluſi, ac in exilium miſſi, qui apud exteros multo felicius viuunt, quam ſi aſſidue apud lares paternos eſſent. Meminit huius dicti. *Cice. libr. 5. Tuſc quaſt.*

*Ariſtoteles*. Natura, inquit, patriam nullam cuiquam fecit, vt neque domum, neq; agrum, neq; ærarium, neq; medicam officinam: ſed fit, aut potius nominatur horum vnumquodq; quovis tempore ab eo, qui poſſidet & vtitur. *Plut. lib. de exilio.*

*Bruſidas*, contra Ephoros bellum patriæ nomine quum ſuſciperet, ciuibus hunc in modum ſcripſit: Quicquid malorum erit in bello, profligabo, aut pro patria moriar. Verum quum multa iam egregia facinora pro patria edidiſſet, & Græcos Thraciam incolentes liberaſſet, fortiter occubuit. Cuius deinde mors quum Archileonidæ matri nuntiaretur, interrogauit nil prius, quam, An fortiter filius occubuiſſet? Thracibus autem eius virtutem laudantibus, eius mortem non tantum æquo animo tulit, ſed probauit etiam: quia pro ſalute patriæ interfectus eſſet. *Plut. in Lacon.*

*Anonyma* Lacæna, cum filium in prælium miſiſſet, & interfectum audiuiſſet: Idcirco, inquit, genueram, vt eſſet qui pro patria morte non dubitaret occumbere. *Cic. lib. 1. Tuſc. q.*

*Alia*. Quædam alia filium ad ſe venientem conſpicata, percontata eſt, quid ageret patria? is cum reſpondiſſet, Periere omnes, laterem coniecit in illum, occiditque dicens: Te igitur nobis miſere mali nuntium? Vita putauit indignum, qui cum ſuis perire non ſuſtinuiſſet. *Plut. in apoph. Lacænar.*

*Alia*. Lacæna quædam filios, quos habebat, quinque in bellum emiſſos, ante ſuburbium ſtabat expectans, quis eſſet belli exitus. Vt acceſſit quiſpiam nuntians filios illius omnes occubuiſſe: Non iſtud percontabar, ignauum mancipium, ſed quid ageret patria? Is cum reſpondiſſet, à patria ſtetiſſe victoriam: Libenter igitur, inquit, accipio filiorum interitum. Egregia mulier priuatum in liberos affectum publicæ in patriam pietati poſthabuit. *Plutarchus in Lacon.*

*Sthenius*. Pompeius Magnus Mamertinos, quod hoſtium partibus adhæſiſſent, vniuerſos interficere ſtatuerat. At Sthenius eius ciuitatis princeps, Pompeiũ adiit his verbis: Non æquum facis, Pompei, qui propter vnum noxium, multos innoxios occidere paras. Atqui ego ipſe ſum ille, qui & amicis perſuaſi & inimicos coegi Marianas ſequi partes. Hic Pompeius viri fortem animum admiratus, dixit ſe ignoſcere Mamertinis, à tali perſuaſis viro, qui patriam ſuæ ipſius vitæ antetulerit: ſimul & ciuitatem & Sthenium liberauit. *Plut. in Rom. apoph.*

*Pompeius*. Cum ingens rei frumentariæ Romæ eſſet penuria, Pompeius titulo quidem annonæ procurator, re autem vera maris terræque dominus declaratus, in Africam Sardiniam ac Siciliam nauigauit: multaque frumenti vi collecta, properabat ire Romam: verum cum ingenti tempeſtate oborta naucleri detrectarent nauigationem, ipſe primus nauim ingreſſus, iuſſit anchoras tolli, clamans: Vt nauigemus, vrget neceſſitas, vt viuamus, non vrget. Significans, patriæ periclitantis habendam rationem potius quam priuatæ incolumitatis, Si quidem Reipubl. ſubleuandæ curis immori, pulchrum eſt at patriam in extremo diſcrimine noſtra ceſſatione deſeri, turpiſſimum eſt. *Plut. in apoph.*

*Michael Maurocenus* ex Syria, vbi ampliſſimas opes compararat, in Rhodum inſulam appellens, vbi accepit Venetos Genuenſi bello, clade accepta, in ſummo poſitos eſſe diſcrimine neque vllam eius ſeruandæ ſpem ſupereſſe multis adhortantibus vt mercibus diuenditis, & theſauro conflato alio ſe reciperet: Egone, inquit, tam graue facinus & ſcelus hoc tempore auſim, vt deſim patriæ tam gra-

uiter laboranti? Quin diuendam omnia, & quicquid inde conflaue-ro pecuniæ, id totum in patriæ ſalutem impendam. Ergo vbi Venetias venit, in curia pecuniis omnibus profuſis merito Andreæ Contareno duci ſubrogatus eſt. *Egnatius l.6.c.5.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Stobæi.* Quemadmodum ſtultus quidem fuerit, qui digitum vnum pluris facit, quam ſimul quinque; prudens vero, qui maioris quinque, quam vnum æſtimat. Ille enim cum toto partem quoque eius negligit, hic vero ſimul cum aliis quinque vnum quoque conſeruat: Similiter qui ſeipſum præ patria ſeruare vult, tum iniuſte facit, tum ſtolidus eſt, inſuper impoſſibilia deſiderans. At qui patriam ſibi ipſi præponit, & Diis charus eſt, & mente prudenter. *ſerm.37.*

*Ciceronis.* Vt tauris natura datum eſt, vt pro vitulis contra leones ſumma vi impetuque contendant: Sic ii qui valent opibus, atque id facere poſſunt, ad ſeruandum genus humanum natura incitantur. *lib.3. de finib.*

*Roterodami.* Vt piſces in mari nati educatique, nihil tamen ſapiunt ſalis marini: Ita quidam inter barbaros geniti, & educti, longe abſunt ab omni barbarie. *in ſimil.*

### ¶ EXEMPLA PROFANA.

*Ariſtides* cum multa pro patria geſſiſſet, & ex ea tamen in exilium per inuidiam miſſus eſſet: precatus eſt Deos, vt Athenienſibus, quæcunque cuperent, ſic bene fauſteque euenirent. Quinetiam cum Xerxes numeroſa claſſe Græcos peteret, quamvis exul conſilio primum, deinde etiam auxilio Themiſtocli adfuit & grande momentum ad celebrem illam victoriam Salaminiam attulit. *Plutarch.*

*Epaminondas* propter inuidiam à Thebanis: Dion à Syracuſanis ciuibus ſuis, ignominia notati, vindictam patriæ amori condonarunt. *Probus in vita Epaminondæ, & Diod. l.16.*

*Phocion Athenienſis* Phoci filius, non tantum ſæpe multumque ſuam operam in bellis patriæ præſtitit: ſed cum ab ingrata patria morti adiudicatus, cicutam iam biberet, filio nunciari dixit: Ne ob patris mortem patriam odio haberet: ſed ab omni vltione deſiſteret. *Ælian. lib.2. de var. hiſt.*

L. *Camillus* patriæ ſuæ exilium condonauit, ſuamque fidem in Gallis ex toto Romano agro eiiciendis teſtatam fecit. *Plut. in Camillo.*

*Cato & Ariſtides* raro magiſtratum geſſere: ſed vacauerunt interim perpetuo per totam vitam patriis ſuis conſulendo. *Plut.*

*M. Attilij Reguli* fidem erga patriam, dum perſuadet patribus ne captiuorum permutationem fieri permitterent, celebrat. *Horat. lib.3. Ode 1.*

*Stilpon Megarenſis philoſophus* patria ſua direpta, Demetrio Polioreeti damnum omne ſe repenſurum eruditionis cauſa pollicenti: nihil ſe amiſiſſe reſpondit. *Pont. lib.2 c.3. de Fortitudine.*

*Clitomachus Carthaginenſis*, & ipſe forti animo tulit, & ciues cohortatus eſt ad excidium patriæ fortiter ferendum. *Theatr. Zuinger*

*Codrus Athenienſium Rex*, cum in bello Peloponneſiaco accepiſſet oraculo: victricem fore gentem, cuius princeps bello periret: gregarium ſe fingens militem, inimicis ſe occidendum præbuit. *Herod.*

*P. Decius*, primo pater, poſtea filius, in magiſtratu ſe pro Republ. deuouerunt: admiſſiſque in hoſtem equis, adepti victoriam, patriæ contulerunt. *Front. l.4.c.4.*

*Plato* vir ſummus & veritatis amiciſſimus, nullam in terris maiorem eſſe charitatem arbitratus eſt, quam quæ cum patria eſt vnicuique noſtrum. Hæc parens, hæc nutrix omnium: hæc artibus, opibus diſciplinis inſtruit, dignitatibus ampliat, omnia ad ſuorum ciuium commodum, & ornamenta refert: amat hæc, & vult ipſa amari, tuetur ſuos, nec vult negligi, & vt breuiter dicam, patria à ciuibus exigit officia: quod cuique noſtrum præſtat, ſuo iure repetit. Exempla in Dauide, Aiotho, Eidra, Placida Honorii Cæſaris ſorore, Franciſco Dandalo, in Ariſtide, Sertorio, Pompeio, & Craſſo, Ageſilao, Themiſtocle, ibidem habes, quæ licet legere. *Apud Sabell. l.8. c.1. de charitate erga patriam.*

Sertorius ſæpe victor ad Pompeium Metellumque miſit, offerens ſe paratum redire in vrbem, ſi ſibi permitteretur: dixitque malle ſe Romæ ignobiliſſimum ciuem, quam exulem omnium aliarum ciuitatum Imperatorem nominari. *Eraſ. l.5. apoph.*

*Paulus Æmilius* ex quatuor liberis maſculis, quos ſuſceperat, duos antea dederat in adoptionem. Ex duobus autem qui remanſerant in familia, alter quinque ante triumphum diebus interiit, annos natus quatuordecim, alter quinto poſt actum triumphum die, annos natus duodecim. Ob id populo luctum, ac mœrorem cum illo iungente, ipſe prodiens ad multitudinem, dixit, ſe poſt tam continuos rerum ſucceſſus aliquid magni mali à fortuna expectaſſe: ſe vero nunc de patriæ incolumitate ſecurum eſſe factum, nihilque timere periculi. Poſteaquam fortuna proſpere geſtarum rerum inuidiam in ſuam domum impingente, ipſe pro omnibus dependiſſet. *ibidem.*

*L. Sylla* cum Præneſte oppidum armis cepiſſet, decreuiſſet... quid erat ciuium trucidare, hoſpitem ſuum iuſſit excipi, ... ficio penſare volens hoſpitii communicati gratiam. At ille ... bere. Nolo, inquit, patriæ meæ extinctori debere vitam ... bæ ciuium ſeſe admiſcuit, & cum illis trucidatus eſt. *Idem ... apoph.*

Peſte Lacedæmonios occupante propter necem legatorum ... Xerxes miſerat, terram & aquam petens ceu primitias ... lum datum eſt, liberandos ipſos, ſi qui modo Lacedæmonii ... gi ſeſe occidendos obtuliſſent. Tum *Bales & Sperches* ... gem, cum mortis ſuæ petitione. Ille vero hominum virtutem ... ratus, domum reuerti iuſſit. Serenus ſcribit eos rogatos, ... xe manerent, reſpondiſſe: Non poſſe ſe patriam relinquere ... charitatis & peſtis auertendæ gratia tantum itineris ... ciſſent. *Ex ſerm.7. de fortitudine deſumptum.*

De pietate erga patriam vide Valerium Maximum lib. ...

### ¶ HIEROGLYPHICVM.

*Onirocritæ per Vmbilicum* intelligunt *patriam*, vnde ... ducationis auſpicia ſuſcipiuntur, & per ea, quæ Vmbilico ... in ſomniis videri viſa de patria vaticinari ſolent. *Pier. Valer. ... pag.325. A.*

### ¶ EMBLEMA.

In obliuionem patriæ.

Andr. Alciat. Emblema. CXIV.

*Iamdudum miſſa patria, oblituſq́; tuorum,*
*Quos tibi ſeu ſanguis, ſiue parauit amor:*
*Romam habitas nec cura domum ſubit vlla reuerti,*
*Æternæ tantum te capit Vrbis honos:*
*Sic Ithacum præmiſſa manus dulcedine loti*
*Liquerat & patriam, liquerat atq; ducem.*

---

# Patronus.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG...

PAtronus non tantum dicitur cui libertus ſubiicitur ... defenſor eorum, quos in clientela habet: primumque ... poſt patrem in officio apud clientem obtinere ... Hinc & iura patronatus, quæ vel in libertos habemus, ... quorum hodie inſtar obtinent, quos barbara voce Va... mus. *teſte Alciato. Iac. Spiegel in Lex. Iurid.*

Patronus dicitur, qui defendit alterum in iudicio. ... eſt. Aduocatus vocatur, ſi aut ius ſuggerit: aut præſentia ... commodat amico. Procurator, ſi negocium ſuſcipit. ... præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam. *Budæus ... tat.*

Patrocinium eſt ipſa rei in iudicio protectio. Et patrocinium ... eſt tam facto quam verbo imbecilliorem tegere. *Vet. ... Voce Patria.*

Patronus Hebræis *Bahal* dicitur, id eſt, protector, defenſor ... maritus, à verbo *Bahal*, adamauit, flagrauit amore ... vel rem aliquam. Hinc φιλέω, amo, φίλος, amicus. ... προστάτης, qui partes clientis ſui tuetur, & pro illo ſtat ... contra quosvis aduerſarios.

### ¶ APOPHTHEGMATA.

*Phocion*, quum à ſuis reprehenderetur, quod hominem ... bum in iudicio defendiſſet: At nemo bonus, inquit, patrono ... diget. *Plut.*

*Anonymus.* Siculo cuidam Scipio præter patronum ... rat hoſpitem ſuum, hominem nobilem, ſed egregie ſtultum. ... culus: Quæſo, inquit, prætor aduerſario meo da hunc patronum ... inde mihi neminem dederis. Sentiens, illum tam inſigniter ... vt illo diuerſam partem adiuuante poſſet etiam nullo patrono ... vincere. *Bruſ. l.5. c.18.*

*Idem*, Veteranus ob diem ſibi dictam periclitans acceſſit ... blico ad Auguſtum, rogauitque, vt ſibi patronus & defenſor ... ret. Ille aduocatum ex comitatu ſine mora dedit, commendauitque ... ei litigatorem. Quo viſo, exclamauit ingenti voce veteranus ... ego Cæſar periclitante te in bello Actiaco vicarium quæſiui, ... te ipſe pugnaui, detexitque impreſſas cicatrices: quibus viſis ... Cæſar, venitque ipſe in aduocationem. *Bruſ. l.5. c.1.*

*Figulus Iuriſc.* poſtridie eius diei, quo conſulatus repulſam ... perat, quum multi ad eum conſulendi gratia veniſſent, ... conſultos dimiſit, dicens: Omnes conſulere ſcitis, conſulem ... neſcitis. *Bruſ. l.5. c.8.*

*Granius*, quum patrono malo, qui vocem in dicendo ... ſuaderet, vt multum frigidum biberet, ſimulac domum rediiſſet: ... Perdam vocem, id ſi fecero, quum patronus dixiſſet, vrbaniſſime ... Granius reſpondit: Melius eſt, inquiens, vt vocem perdas, quam ... reum. *Bruſ. l.5. c.18.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Fabvla.

Miluius & Columbæ.

Miluii metu accipitrem aſciſcunt columbæ, à quo defenderentur. Accipiter admiſſus, quaſi contumaces caſtigans: plus ſtragis vno in columbario edidit, quam longo tempore euolantibus dare potuiſſet.

Indicat fabula, malorum & crudelium patrocinia eſſe cruenta.

*Vide Defenſio, Orator.*

# Paupertas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Paupertas ſiue pauperies, Græce πενία, ας, ἡ. & πένης, ητος, ὁ. pauper, & πτωχὸς, ῦ, ὁ, pauperculus, vilis dicitur. Pauper (vt Varro ſentit) dicitur à parua pecunia, vnde paupertas ſeu pauperies. Horatius: *Mox reficit rates. Quaſſas indocilis pauperiem pati.* Hinc paupero & depaupero, quod eſt pauperem facio.

Hebræi hominem egenum, inopem, *Ebaion* appellant, qui res ſi-neceſſarias quibus eget appetit. *Pſal* 82.4. *Eb-ionim* egeni, *Pſal.* à verbo *Abah* voluit, cui affine eſt *Iaab & Taab*, appetiuit. Vo-... enim & appetunt pauperes ea commoda quibus priuantur, & ... innumeris ſeipſos miſere cruciant. 2. *Hani* etiam nomi-... afflictum, pauperem, miſerum, qui crebris concutitur calami-tatibus, *Pſal.* 88. circa finem, & *Pſal.* 72.2. *Henuth*, paupertas, à verbo ... deriuatur, quod ſignificat, attente conſiderauit, & apud ſe ...: afflictiones enim dant intellectum. Hinc νοέω, & compoſi-... intelligo, conſidero: νοῦς mens, & compoſita, cogitatio, no-... ſenſus. 3. *Machſor* idem eſt Hebr. ac Latinis egeſtas, paupertas, ... inopia, indigentia: & *Cheſer*, pauper: *Pſalm.* 34.10. *Eccl.* 6.2. ... *Chaſar*, pauper fuit, eguit, indiguit, fuit inops. 4. *Roſch*, eguit, ... egeſtate preſſus eſt. *Raſchaſch*, ad inopiam redactus eſt, & atte-nuatus eſt: quæ omnia miſeriam pauperum graphicè depingunt. ... paupertas. Hinc ἶρος, Irus, & ἄιρος, pauper, inops, & prouerbiũ, ... pauperior, ac ſi dicatur, paupere pauperior, ſeu paupertas ipſa, ... Coniugatione Hebr. *Hithroſcheſch*, ſimulauit ſe pauperem, ... vt ſolent validi mendicantes, auari, hypocritæ, nebulones ... generis in hominum ſocietate.

Paupertas confert ſeptem bona, ſcilicet peccatorum recogni-tionem, virtutum conſeruationem, cordis quietem, deſiderii im-..., ſpiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exal-..., & cœleſtem hæreditatem. *Ex B. Thom. ſuper Eſaiam* 48.

Paupertas eſt duplex, ſcilicet paupertas ex coacta neceſſitate, & paupertas ex propria voluntate. *ſecundum B. Thom. contra gentiles,* ...

¶ Biblici Loci.

Pauper frater, quomodo tractandus, *Deut.* 15. 7. pauper probus ... diuiti præferendus, *Prou.* 28. 6. pauper ſapiens ſtulto rege ...ior. *Eccl.* 4.13.

Pauperis quatenus in iudiciis habenda ratio, *Exod.* 23. 3. *Leuit.* ... *verſicul.* 15. pauperis & diuitis diſcrimen, *Prouerbior.* 18. *verſi-*...

Pauperi non exprobrandum, *Prou.* 14.31. & 17.5. non nocendum, ... & 23.10.

Pauperes veri qui, *Prou.* 19. 1.22. *Matth.* 5.3. *Luc.* 6. 20. Pauperes ... in mundo, *Matth.* 26.11. *Marc.* 14.7. *Ioan.* 12.8. Pauperes ſpi-ritu beati, *Matth.* 5. & *Luc.* 6.20. à Deo electi, 1. *Cor.* 1.26.27.28 *Iac.* 2.5. ... ſpernendi, *Prou.* 17. &. 5. & 28. &. 27. & 29. &. 7. *Iac.* 2. *v.* 2.3.4.5. Pau-peres commendantur, *Deut.* 15.11. & 24.19. *Prou.* 21.10. & 31. 9. *Eſa.* 1. ... *Matth.* 25.40. *Luc.* 14.13. *Rom.* 12.13. 1. *Corinth.* 16.1. 2. *Cor.* 94. *Iac.* 1.27. ...4. Pauperes mundi huius, 2. 5. Pauperes ſpiritu, *Matth.* 5.3. di-cuntur, quorum ſpiritus domiti ſunt, ſibi coram Deo nihil tribu-unt, & ſeſe Deo ſubiiciunt. Pauperum oppreſſio damnantur, *Pro-uerb.* 22. *verſicul.* 22.23. & 23. *Verſ.* 10.11. *Eſai.* 1.23. *Ier.* 22. 13. *Ezech.* 22. ... *Amos* 4.1. & 5.11. & 8.4. *Malach.* 3.5. *Matth.* 23.14. *Marc.* 12.40. ...4. ratio habenda, *Leuit.* 19. &. 9.10. *Zach.* 7.10. *Galat.* 2. 10. *Exem-*... Eccleſia Ieroſolymitana, *Act.* 4.34. Antiochena, 11.29. Achaiæ, 2. *Cor.* 8.9.

Paupertas à Deo eſt, *Prou.* 14 31. & 16. 5. & 22.2. paupertas vera ...atur, 12.9. & 15.16. & 16.8 & 17.1. *Matth.* 5.2. *Luc.* 6.20. Paupertas à Chriſto conſecrata, 2. *Cor.* 8.9.

¶ Sententiæ Biblicæ.

*Pauperes in ſeipſis humiliantur.*

Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam qui ... labia habet, & ſtultus eſt. *Prou.* 19.

Melior eſt pauper iuſtus, quam vir mendax *ibid.*

Melior eſt pauper, qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam diues in prauis itineribus. 28.

Pauper propter ſcientiam & religionem gloriam adipiſcitur, & diues ob diuitias ſuas in honore eſt. *Eccl.* 10.

Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & inopiæ, ac penuriæ in die diuitiarum. 18.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, ſed diues es. *Apoc.* 2.

*Neceſſariis contentantur.*

Noli timere, fili mi: pauperem quidem vitam egimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. *Tob* 4.

Edent pauperes, & ſaturabuntur. *Pſal.* 21.

Pauper, qui ſibi laborat, præſtat glorioſo, qui pane indiget. *Prouerb.* 12.

Eſt qui ſeſe diuitem ſimulat, quum tamen omnino nihil habeat: eſt rurſus, qui fingit ſe pauperem, quum opibus abundet. *ibid.* 13.

Melius eſt parum cum timore Domini, quam theſauri magni & inſatiabiles. *Prou.* 15.

Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus cum iniquitate. 16.

Duo rogaui te, ne deneges mihi. Vanitatem, & verbum mendacii longe fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandũ, & dicam: quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei. 30.

Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum. *Eccl.* 4.

*A bonis ſuſtentantur.*

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno: & pauperi, qui tecum verſatur in terra. *Deut.* 15.

Et adiuuit pauperem de inopia. *Pſal.* 106.

Nouit iuſtus cauſam pauperum. *Prou.* 29.

Congregationi pauperum affabilem te facito. *Eccl.* 4.

Tantum vt pauperum memores eſſemus. *Gal.* 2.

*A Deo remunerantur.*

Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. *Pſal.* 67.

Eſt homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius, & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. *Eccl.* 12.

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile eſt enim in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem *ibid.*

Et paſcentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requieſcent. Quia Dominus fundauit Sion, & in ipſo ſperabunt pauperes populi eius. *Eſa.* 14.

Et addent mites in Domino, lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt. 29.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Matth.* 5.

Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni, ſequere me, 19.

*De malis illatis vindicantur.*

Et populum pauperem ſaluum facies, 1. *Reg.* 22.

Porro ſaluum faciet egenum à gladio oris eorum, & pauperem de manu violenti. *Iob.* 5.

Eripiet de anguſtia ſua pauperem. 36.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperies, *Pſal.* 9.

Tibi derelictus eſt pauper. *ibid.*

Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum. 11.

Reſpice in me, & miſerere mei: quia vnicus & pauper ſum ego. 24.

Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis, 139.

Qui calumniatur egentem, exprobret factori eius, *Prou.* 14.

Qui deſpicit pauperem, probro afficit factorem eius, 20.

Diues & pauper obuiarunt ſibi, vtriusque operator eſt Dominus, 22.

Non facies violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius, *ibid.*

Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures eius perueniet, & iudicium illius feſtinato adueniet, *Eccl.* 21.

Panis egentium vita pauperis eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum, 34.

Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & deprecationẽ læſi exaudiet, 35.

Quia factus es fortitudo pauperi in tribulatione ſua. *Eſa.* 25.

Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt: lingua eorum ſiti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, 41.

Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iuſtum, pauperem pro calceamentis, *Amos* 2.

Audite verbum hoc, vaccæ pingues, qui eſtis in monte Samariæ, qui calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dominis veſtris, afferte & bibemus: Iurauit Dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies venient ſuper vos *ibid.4.*

*A malis hominibus odio habentur.*

Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit. *Prou.14.*

Cum obſecrationibus loquetur pauper: & diues affabitur rigide, 18.

Fratres hominis pauperis oderunt eum, inſuper amici procul receſſerunt ab eo, 19.

Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autem prudens ſcrutabitur eum, 28.

Diues iniuſte egit, & fremet: pauper autem læſus tacebit. *Eccleſ.13.*

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hęredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe? *Iac.2.*

*Pauperes mali impatientia agitantur.*

Omnes dies pauperis mali, *Prou.15.*

Vir pauper calumnians pauperes ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames. 28.

Et nequiſſima paupertas in ore impii. *Eccl.13.*

Tres ſpecies odiuit anima mea: pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum. 25.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Non tibi diſpliceat paupertas tua, nihil ea potes diutius inuenire. Viſus nobis eſt, quod locuples ſit, cœlum enim quibus theſauris conferri poſſit, quod paupertati videmus indultum? vt ad regnum cœlorum veniret, diues poſſeſſione ſua obtinere non potuit, nunc obtinet, vt contemptu perueniat. *Auguſtinus de Verbis Apoſt. ſerm.28.*

Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, melius pro intentione ſequendi Dominum inſimul donare, & abſolutum ſolicitudine egere cum Chriſto. *De Eccleſ. do.*

Hi ſunt pauperes ſpiritu, qui quando faciunt aliquod bonum, Deum laudant, quando aliquid mali, ſe accuſant. *De verb. Dom.*

Fœcundus eſt ager pauperum, cito reddit donantibus fructum, via cœli eſt pauper, per quam venitur ad patrem; incipe erogare, ſi non vis errare. *ibid.*

Pauper Dei eſt animo, non in ſacculo. *in Pſal. 31.*

Nihil grauius, quam vt fratres noſtros pauperiores ſuperbo oculo deſpiciamus: conformes nobis intolerabili repellamus faſtidio, noſtra indignos gratia iudicantes: quia ſunt inopes, quum paupertas facilius Deo, quam theſaurus acceptior. *Ambroſius in Pſalm.*

Ob hoc maxime amanda eſt paupertas, quia à quo amaris, oſtendit: quippe non habet adulationem comitem ſibi parcentem, fortunam hominis, & non perſonam amantem. *Hieronymus in Epiſtol.*

Difficilius arrogantia, quam auro & gemmis caremus. His enim abiectis interdum glorioſius tumemus, & venerabilem paupertatē populi auræ offerimus. Plus enim eſt animum depoſuiſſe, quam cultum. *Epiſt.120.*

Natus in paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio & pane cibario rugientem ſatiare ventrem poteram: nunc ſimilam & mella faſtidio. *in Epiſt. ad Nepot.*

Paupertas inopia mentis eſt, non in quantitate poſſeſſionis: nam cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. *Gregorius in Ezech.6.*

Quum quoſdam pauperes aliqua reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere, quia fortaſſe quos ſuperfluitas tenuiſſimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis curat. *idem in Euangel.*

Offerenda eſt eius conſolatio, quos caminus paupertatis excoquit atque illis inferendus eſt timor, quos conſolatio gloriæ temporalis extollit *in Paſtoral.*

Paupertas eſt manuductrix quædam in via, quæ ducit ad cœlum, vnctio athletica, exercitatio quædam magna, & admirabilius, portus tranquillus. Nihil opulentius eo, qui paupertatem ſponte diligit, & eam alacriter ſuſcipit. *Chryſoſt. ſerm. 18. ſub Epiſtol. ad Hebr.*

Semper diues eſt Chriſtiana paupertas, nec pauet in iſto mundo indigentia laborare, cui donatum eſt in omnium rerum domino omnia poſſidere. Operantibus ergo quæ bona ſunt non omnino metuendum, ne ei deſit facultas operandi: cum & in duobus minutis Euangelica illius viduæ ſit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidæ præmium habet gratuita largitio. Ex affectibus enim piorum benignitatis menſura taxatur: & nunquam eum miſerandi efficacia deſerit, in quo miſericordia ipſa non deficit. *Leo Papa ſermon. 4. de 40.*

Paupertatis tres ſunt ſpecies. Sunt enim quidam, qui rebus temporalibus egent, ſed inuiti: & hæc vocari egeſtas ſolet: egent enim rebus, & egent bona voluntate, qua diutius nihil eſſe potel... qui rebus abundant, ſunt tamen pauperes ſpiritu & hæ... paupertas, qua licet affluant diuitiæ, corda tamen nolum... Tertia eſt mediocritas, quam philoſophi vocant frugali... eſt voluntaria. *Hugo de clauſt. anim. lib.1. cap.9.*

Sunt quidam, qui de ſeculo veniunt ad religione... paupertas, beato Auguſtino teſtante, talis erat, quod... ris erant, neceſſaria inuenire non poterant, quorum ... hæreditas, non patrimonium, ſed manuum labor ... bebat: & ſi manus ceſſaret panis deficeret: & in Eccleſia ... ri volunt, qui in ſua domo non niſi contemptibiles eſſe ... *ibidem.*

Pauperes Dei ſunt, qui mundana ſuperbia dereliſta ... ti ſe per omnia tradiderunt. Nam & ſi pauper ſuperbiat, ... Dei pauper, & ſi locuples humilitatem diligat, non eſt ... ues. Voluntates enim talium ſunt inſpiciendæ non nomina. ... *Pſalm.71.*

Videamus, quam ſit glorioſa iſta paupertas, quam ... tur inopia, quæ Dominum & tacita laudat, & de ... virtute concelebrat, murus eſt, ſi pſallat ſuperbus: ... ops laudat Deum, etiam quum videtur habere ſilentium. ... *in Pſalm.*

Pauperes Chriſti ſunt, qui non ſolum pro ſuis mali... etiam pro totius calamitatibus mundi intercedere ... tur, egent in hoc ſeculo, ſed ſunt locupletes Deo: ... virtutibus pleni: deſpecti hominibus, ſed acceptabiles De... *dem.*

O miſerabilis conditio mendicantis! ſi petit, pudore ... tur: ſi non petit, egeſtate conſumitur: & vt mendicet, ... compellitur. Deus cauſatur iniquus, quod non recte ... mus criminatur malignus, quod non plene ſubueniat, ... murmurat, imprecatur. Vnde Salomon: Melius eſt mori ... digere etiam proximo ſuo odioſus erit. Fratres homini... oderunt eum inſuper, & amici receſſerunt ab eo. *Innoc. de ... condit. humana.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 8. Met.

*Sed pia Baucis anus, pariliq; ætate Philemon*
*Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa*
*Conſenuere caſa paupertatemq; ferendo*
*Effecere leuem, nec iniqua mente ferendam.*

Hor. 2. epiſt. 2.

*Et Laris & fundi paupertas impulit audax*
*Vt verſus facerem.*

Plaut. Stich.

*Nam illa omnes artes perdocet, vbi quem attig...*

Manil. 1.

*Sed cum longa dies acuit mortalia corda,*
*Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quenq;*
*Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo:*
*Seducta in varias certarunt pectora curas,*
*Et quodcunq; ſagax tentando repperit vſus,*
*In commune bonum commentum læta dedere.*

Ouid. 2. Remed.

*Non habet vnde ſuum paupertas paſcat amore...*
*Non tamen hoc tanti eſt, pauper vt eſſe velis.*

Claud. Epigrammat. de paupere amante.

*Paupertas me ſæua domat, dirusq; Cupido:*
*Sed toleranda fames, non tolerandus amor.*

Ibid. de eodem.

*Eſuriens pauper, telis incendor amoris,*
*Inter vtrumq; malum diligo pauperiem.*

Mart. 11.

*O quantum cogit egeſtas!*

Iuuenal. 3.

*Nil habet infelix paupertas durius in ſe,*
*Quam quod ridiculos homines facit.*

Plaut. Stich.

*Iam inde à pauxillo puero ridiculus fui.*
*Eo, quia paupertas fecit ridiculus forem.*

Sen. Thyeſt. Act. 2.

*Stet, quicunq; volet, potens*
*Aulæ culmine lubrico:*
*Me dulcis ſaturet quies.*
*Obſcuro poſitus loco,*
*Leni perfruar otio.*
*Nullis nota Quiritibus*
*Ætas per tacitum fluat.*
*Sic cum tranſierint mei*
*Nullo cum ſtrepitu dies,*
*Plebeius moriar ſenex.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem Thyeſt.act.3.

*Dum excelſus ſteti,*
*Nunquam pauere deſtiti, atq; ipſum mei*
*Ferrum timere lateris, ô quantum bonum eſt*
*Obſtare nulli, capere ſecuras dapes.*
*Humi iacentem ſcelera non intrant caſam.*

Idem act.

*Bene paupertas*
*Humili tecto contecta latet.*
*Quatiunt alta ſæpe procellæ,*
*Aut euertit fortuna domos.*

Calphurn.Eclog.4.

*Vellit nam ſæpius aurem*
*Inuida paupertas, & dixit vilia rura.*

Hor.1.Car.1.

*Luctantem Icarijs fluctibus Africum*
*Mercator metuens, otium, & oppidi*
*Laudat rura ſui, mox reficit rates*
*Quaſſas, indocilis pauperiem pati.*

Petronius.

*Quiſquis inops peccat, minor eſt reus.*

Ouid.1.Faſt.

*In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus honores,*
*Cenſus amicitias, pauper vbiq; iacet.*

Terent.Phorm.2.

*Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,*
*Negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit.*

Calphurn.Eclog.7.

*O vtinam nobis non ruſtica veſtis ineſſet,*
*Vidiſſem propius mea numina, ſed mihi ſordes,*
*Nudaq; paupertas, & adunco fibula morſu*
*Obſuerant.*

Iuuenal.10.

*Pauca licet portes anguſti vaſcula puri,*
*Nocte iter ingreſſus gladium, contumq; timebis,*
*Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis vmbras.*
*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Ouid.de Nuce.

*Sic timet inſidias, qui ſe ſcit ferre viator*
*Quod timeat: tutum carpit inanis iter.*

Hor.2.ſerm.5.

*Et genus, & virtus, niſi cum re vilior alga eſt.*

Idem 1.Epiſt.1.

*Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt,*
*Eſt animus tibi ſunt mores, & lingua, fidesq;*
*Plebs eris.*

Iuuenal.3.

*Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat*
*Res anguſta domi.*

Plaut.Rud.

*Omnibus modis, qui pauperes ſunt homines, miſe-*
*ri viuunt:*
*Præſertim quibus nec quæſtus eſt, nec didicere ar-*
*tem vllam.*

Anthologia Sacr.Iac.Bil.

Cur Deus pauperes in mundo eſſe velit.

*Cum cunctis elementa Deus donauerit æque,*
*Effigiem cunctis indideritq; ſuam:*
*Cum cunctis æque vox ſit data, mensq; redempti*
*Cum fuerint pretio diues inopsq; pari:*
*Deniq; cum cæli ſit ſpes æqualis vtriq;:*
*Noluit hos opibus cur Deus eſſe pares?*
*Scilicet vt cæli regnum lucretur vterq;,*
*Dum patitur pauper, diues eumq; iuuat.*

In pauperum contemptores.

*Huncne vides, quem tu quoniam fera vexat egeſtas,*
*Deſpicis, atq; canis, barbarus, inſtar habes?*
*Quod tibi corpus, idem eſt illi cum mente tributum:*
*Et quod perpetitur, tu quoq; ferre potes.*
*Ac vilem ne triſtis eum tibi reddat egeſtas,*
*Quod dicam, in medio pectore conde memor.*
*Exiguum fruſtum Deus eſt qui poſtulat abs te:*
*Namq; homo quem cernis nil niſi larua Dei eſt.*

Phocylides.

Μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
*Nunquam fænerator ſis viro pauperi.*

Heſiod.

Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ
Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων.
*Nunquam pernicioſam paupertatem corrumpentem*
*animum viro*
*Suſtineas obijcere, beatorum donum ſemper exiſtentium.*

Euripid.in Medea.

Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος.
*Pauperem fugit quilibet procul amicus.*

Palladas.

Φεύγετε τοὺς πλουτοῦντας, ἀναιδείας ἐκ τυράννους,
Μισοῦντας πενίην, μητέρα σωφροσύνης.
*Fugite diuites impudentes habitantes domos tyrannorum,*
*Odio habentes paupertatem, matrem modeſtiæ.*

Ex Græcis Comicis.

Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.
*Pauper inhonorus, genere ſit clarus licet.*
Τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί.
*Haud pondus vllum pauperum verbis ineſt.*
Πενίαν φέρειν οὐ παντός, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.
*Ferre inopiam, ſapientis eſt demum viri.*
Οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον.
*Onus inopia longe omnium grauiſſimum.*
Πενίαν φέρειν καὶ γῆρας, ἐστὶ δύσκολον.
*Tolerare ſenium & inopiam res ardua.*
Πενία δ' ἀγνώμονας γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ,
*Ab inopia aliquando venit inhumanitas.*
Μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον.
*Qui diuiti dat pauper, haud placet mihi.*
Τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει
Πενία· τί γὰρ τοῦτ' ἐστιν, ὃ γένοιτ' ἂν εἷς
Φίλος βοηθήσας ἰατρὸς ῥᾳδίως;
*Malum te egeſtas omnium leuiſſimum*
*Contriſtat, etenim quantulum eſt iſtud malum*
*Cuius medela prompta amico ſit tuo.*
Πρὸς ἅπαντα δειλὸς, ὁ πένης, ἐστὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὐτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.
*Ad omne timidus eſt pauper negotium,*
*Nam ſe eſſe credit omnibus contemptui.*
ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
Πένητός ἐστιν· οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
Αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
Δεόμενον, αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.
*propinquus pauperis*
*Vix inuenitur vllus, haud enim lubens*
*Quiſquam propinquum ſe fatetur indigi.*
Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς,
Τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτίμησιν φέρει.
*Inopia honeſta potior opibus improbis,*
*Opprobrio hæ ſunt, miſericordiam hæc mouet.*

## ¶ Sententiæ Philoſophicæ.

Impoſſibile eſt, indigentem operari bona. *Ariſtot. libro 1. Ethicorum.*

Impoſſibile eſt indigentem bene principari & ſtudio vacare. *Idem lib. 2. Politicorum.*

Nihil amittit, qui nihil habet, & parum eget, qui parum cupit. Socrates dicebat. *Laertius Diogenes de vita & moribus Philoſophorum.*

Egens eſt, qui non ſatis habet, & is cui ſatis nihil poteſt eſſe.

Duo ſunt, quæ poſſunt ad turpe compendium commouere, Inopia & auaritia *Cic. Rhetoricorum nouorum lib. 4.*

Qui demiſſi in obſcuro vitam agunt, ſi quid deliquere, pauci ſciunt, fama atque fortuna eorum pares ſunt. *Saluſt. in Catilinaria.*

Si quæcunque in aliqua laude miramur, cum paupertas ab incunabulis intricata eſt. Paupertas autem, priſca apud ſæcula omnium ciuitatum conditrix, omnium artium temperatrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud omnes nationes percompta. *Lucius Apuleius de Magia lib. 1.*

Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον.

Ama magis iuſtam paupertatem, quam diuitias iniuſtas. *Iſoc. ad Demonicum.*

Omnes qui in paupertate ſunt, malunt maleficio quam officio parare diuitias. *Cic. ad Heren.*

Non ſibi felix pauper erit, niſi felices cecidiſſe viderit. Honeſta res, eſt læta paupertas. Illa vero non eſt paupertas, ſi læta eſt: qui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Non qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt. *Senec. 10. epiſt.*

Paruo fames conſtat, magno faſtidium: paupertas contenta eſt deſideriis inſtantibus ſatisfacere. *Epiſt. 17.*

Ob hoc vnum amanda eſt paupertas, quod à quibus ameris oſtendit. *Epiſt. 20.*

Panem & aquam natura deſiderat: nemo ad hæc pauper eſt intra quæ quiſquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de felicitate contendit. *Epiſt. 23.*

Nec paupertas tibi immunda ſit, nec parſimonia ſordida, nec ſimplicitas neglecta, nec lenitas languida, etſi res tibi exiguæ ſint, non ſint tamen anguſtæ: nec tua defleas, nec aliena miſereris. *De quatuor virt.*

Ne imparatos fortuna nos deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius diuites erimus, ſi experti fuerimus quam non ſit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

graue,pauperes eſſe. Ad paupertatem ſua ſpote deſcendere, præoccupare eſt tela fortunæ. *epiſt.*19.

Quod diuitiis non potes ſcire,paupertate ſcies: illa verò certosq; retinebit amicos: diſcedit quis,non te,ſed tua ſequebatur. O quanto ille dies veniet,quo nemo in honorem tuum mentiatur. *epiſtola* 11.

Redige te ad parua,ex quibus cadere non poſſis.Ineſt paupertati, ſine qua nihil eſt iucundum,ſecuritas. *ibid.*

Quis eſt pauper? qui ſibi videtur pauper. Qui paupertatem timet,timendus eſt. Scire vti paupertate,maxima felicitas eſt. *De moribus.*

Multis ad philoſophandum obſtitere diuitiæ. Paupertas autem expedita ſecura eſt.Aut ergo pauper ſis,aut pauperi ſimilis ſi animo vacare vis.*epiſt.*17.

Nudum latro dimiſit: etiam in obſeſſa via pauperi pax eſt. *In Prouerb.*

Paupertas mihi grauis eſt: imò tu paupertati: non eſt in paupertate vitium,ſed in paupere. Pauper es,qui pauper tibi videris. Nihil deeſt auibus,pecora in diem viuunt: feris in alimentis ſolitudo ſufficit. Accipit ille grandem pecuniam,ergo & ſuperbiam.*De remed. fort.*

Solum hoc incommodum paupertas patitur: quod non poſſit egentibus ſubuenire. *Philoſoph.*

Semper in ciuitate,quibus opes nullæ ſunt, bonis inuident, malos extollunt,vetera odere,noua exoptant,odio ſuarum rerum mutare omnia ſtudent,turba atq; ſeditionibus ſine cura aluntur: quoniam egeſtas facile habetur ſine damno. *Salluſtius de coniurat. Catil.*

Ariſtides apud iudices palam profeſſus eſt, ſibi potius ob paupertatem, quam Calliæ Athenienſium locupletiſſimo ob diuitias, animum tollendum, multos enim eſſe qui diuitiis male aut bene vterentur, qui paupertatem fortiter ferrent, non paſſim & temere inueniri: eam verò ab iis dedecus putari, qui inuiti pauperes ſint. *Plutarch.in Ariſtide.*

*Æmilij* Qui duos conſulatus geſſit, bisque triumphauit, filiam in Tuberonum familia tenuiter victitante, ſed concordi, paupertatis viri non puduit,quin virtutem potius,qua paupertatem ferebat, mirabatur. Noſtro tempore fratres & cognati, niſi regionibus,fluuiis,murisque communia bona diſtinguant, longoq; à ſe inuicem remoti ſint ſpacio,altercandi finem nullum faciunt. *Idem in Aem. Paulo.*

Paupertas quum in Republica inualeſcit, illiberalitatem honeſtorumque ſtudiorum intermiſſionem, inuidiamq; & odia aduerſus diuites ſecum trahit. *Idem in* [illegible]*gide.*

Multum virtutis paupertas aduerſus inſolentes diuitias habet. *Iuſtin.hiſt.l.*20.

Minime pudeat ſapientem cuncta bona in animi cultu ponentem,honeſtam paupertatem profiteri. *Amm. Marcell.lib.*24.

Romani paupertatem non in parum habendo, ſed in multum concupiſcendo poſitam eſſe crediderunt. *Zonar. Ann.tom.*2.

Non eſt turpe homini, qui ſummum bonum in animo poſuit, honeſtam profiteri paupertatem. *Pomp. Lætus in Diocletiano.*

Paupertas per ſe turpis non eſt, ſed indicium ſi ſit ſocordiæ,intemperantiæ,prodigalitatis,imprudentiæ. Viro autem temperanti,laborioſo,iuſto, forti, & qui omnibus virtutibus præditus in publico verſatur,magni animi teſtimonium præbet. Non enim poteſt magnas res gerere,qui parua curat: neque multis indigentibus auxilium ferre,qui ipſe multis opus habet. Neque Diues, ſed qui omnia in ſe ſua habet poſita viam tenet expeditam ad regimen reipublicæ: is enim eò quod nullius priuatim rei ſuperuacaneæ indiget, publica negotia liber adit. Ipſe quidem Deus ſimpliciter nulla re opus habet: in virtute autem humana id quam maxime diuinum eſt & perfectiſſimum, quod ad ſuum vſum pauciſſima requirit. Ac velut corpus bono ad virtutem temperamento præditum, neq; veſtitum neque alimentum curioſum deſiderat: ſic vita & domus bene inſtituta facile quibuſcunque facultatibus adminiſtratur.Sed & neceſſitati reſpondere poſſeſſionem oportet. Itaque qui multa parat,paucis verò vtitur,is ex ſeſe aptus non poteſt dici: ſed aut vanus eſt,ſiquidem ea quærit,quibus opus non habet: aut miſer,ſi ob ſordes animi non vtitur partis. Libenter verò ex ipſo Catone ſic perconter: Si diuitiis fruendum eſt, quid gloriaris te multa poſſidentem modicis vti? Sin præclarum eſt, (& quidem ita res habet) pane quocunq; veſci, & vinum idem cum operariis & ſeruis bibere, purpuram, domumque dealbatam non requirere: iam officio Ariſtides etiam, Epaminondas, M.Curtius, C.Fabricius, ſatisfecerunt, quarum rerum vſum improbarent; earum etiam poſſeſſionem valere iubentes. Quid enim attinebat virum, qui rapa ſuauiſſimum cibum duceret,eaque ipſe elixaret, vxorem ſimul farinam ſubigere,toties de aſſe nugari, & ſcribere quouis opificio quamprimum diteſceret? etenim tenuitas & in ſe omnia ſua ponere, eo ipſo nomine magna ſunt, quod cupiditate ſimul & cura liberant rerum nō neceſſariarum. Itaque in Calliæ iudicio hoc dixiſſe Ariſtidem aiūt, paupertatis pudere eos debere,qui inuiti eam ferant: laudi eam ſibi ducere eos, qui (vt ipſe) vltro ſubirent. Ridiculum enim erat exiſtimare ob ignauiam Ariſtidem egeſtate laborare, cui licebat nihil tupe agenti, ſpoliati vno barbaro, aut vno tentorio occupa[illegible] eſſe. *Plutarch.in comparat.Ariſt.& Catonis Maioris.*

Paupertatis olim philoſophiæ vernacula,frugi,ſobria,[illegible] tens,æmula laudis,aduerſum diuitias poſſeſſa,habitu [illegible] ſimplex, conſilio bene ſuada, neminem vnquam ſuperbia [illegible] neminem impotentia deprauauit, neminem tyranni[illegible] delicias ventris & inguinum neque vult vllas,neque po[illegible] hæc & alia flagitia diuitiarum alumni ſunt maxima quoque [illegible] ſi ex omni memoria hominum percenſeas, nullum in [illegible] rem reperies: vbi contra hanc temere inter illuſtres vi[illegible] comparent: ſed quemcunque in aliqua laude miramur,[illegible] pertas ab incunabulis nutricata eſt: paupertas inquam pri[illegible] ſecula omnium ciuitatum conditrix, omnium artium [illegible] mnium peccatorum inops,omnis gloriæ munifica, [illegible] bus apud omnes nationes perfuncta. Eadem eſt enim pauper[illegible] pud Græcos in Ariſtide iuſta,in Phocione benigna,in Epami[illegible] ſtrenua,in Socrate ſapiens,in Homero diſerta. Eadem pauper[illegible] iam populo Romano imperium à primordio fundauit, pro[illegible] hodiernum Diis immortalibus ſimpulo & catino fictili [illegible] *Apuleius apolog.*1.

Si iudicet de cauſa iſta (nempe paupertatis philoſopho [illegible] bratæ) ſederent C.Fabricius, Cn Scipio, Manlius Curius,[illegible] filiæ, ob paupertatem, de publico dotibus donatæ ad mar[illegible] portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam: [illegible] regum exactor, & Agrippa populi reconciliator, quorum [illegible] tenues opes,à populo Romano collatis ſextantibus ador[illegible] ſi Attilius Regulus, cuius agellus ob ſimilem penuriam pub[illegible] cunia cultus eſt: denique omnes veteres illæ proſapiæ Conſ[illegible] & Cenſoriæ, & triumphales, breui vſura lucis ad iudicium [illegible] miſſæ adirent,quid paupertatem philoſopho exprobrare [illegible] pud tot conſules pauperes. *Idem ibid.*

Nemo noſtrum pauper eſt,qui ſuperuacanea nolit, [illegible] ſaria: quæ natura oppido pauca ſunt. Namque is plurimum [illegible] bit,qui minimum deſiderabit. Habebit enim quantum [illegible] volet minimum. Iccirco diuitiæ non melius in fundis [illegible] quam in ipſo hominis æſtimantur animo, qui ſi eſt auaritia[illegible] & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri ſa[illegible] ſemper aliquid,ante parta vti augeat,mendicabit. Quæ [illegible] ra confeſſio eſt paupertatis. Omnis enim cupido acquirend[illegible] piæ opinione venit. Nec refert quam magnum ſit,quod [illegible] eſt. *ibid.*

Si nihil animo deeſt,de rebus extraneis quantum deſi[illegible] ro,quarum neque laus in copia, neque culpa in penuria [illegible] *ibid.*

Animi,ita vt corporis, ſanitas expedita, imbecillitas [illegible] eſt: certumque ſignum eſt infirmitatis,pluribus indigere. [illegible] ad viuendum, velut ad natandum, is melior, qui o[illegible] *ibid.*

Didici ea re præcedere maximè Deos hominibus, quod [illegible] ad vſum ſui indigeant. Igitur ex nobis,cuiquam minim[illegible] cum eſſe Deo ſimiliorem. *ibid.*

Fames nunquam produxit adulterium, neque pecuniarum [illegible] pia luxuriam. Paupertas breuis quædam eſt temperantia [illegible] pendioſa legum obſeruatio. *Plutarchus apud Stobæum. ſermone* 93.

Paupertatem philoſophiæ impedimento eſſe, diuitias [illegible] eam promouere,non recte dicitur. Quot enim putas propter [illegible] dantiam potius quem inopiam prohiberi à literarum ſtudio [illegible] non vides pauperrimos vt plurimos philoſophari? &c. *Teletis* [illegible] *ſerm.*94.95.vbi plura in laudem paupertatis.

Paupertas eſt minime inuidioſa, & de ea acquirenda [illegible] certatur: ſed licet incuſtodita ſeruatur, & neglecta augetur. [illegible] *eod.ſerm.*93.*ex Xenophontis conuiuio.*

Diuites non ſimiliter miſereri ſolent infelicium, vt pau[illegible] Nam ſuis rebus metuentes, interim aliorum calamitatib[illegible] untur. Paupertas enim homines, & in artibus præſtantiores, [illegible] rebus ad vitam pertinentibus reddit prudentiores. Grauis [illegible] ſapiendi magiſtra,paupertas. *Anaximenes apud Stob.ſerm.*95.

De Paupertate. DIAL. VIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Paupertate preſſus ſum, aſſurgere nequeo. R. Sæpe qu[illegible] paupertas modeſtiam perſuaſit reluctanti animo, quod [illegible] quicquam philoſophia tentauerat, hæc impleuit. D. Pauper[illegible] tas meum limen obſidet. R. Non obſidet, ſed cuſtodit. Neque [illegible] illi nouum aut inſolitum, vt quæ vrbem Romam multis [illegible] culis cuſtodiuit. Inter tentoria equidem paupertatis ſobriæ, [illegible] que ſolicitæ,luxus iners, ſopor marcidus, ac vina languida, [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ſubeant. D. Domum meam paupertas inuaſit. R. Vltra illi, …ras conſulo. Venientem læto animo, bipatentibus valuis …atque amplectens, prima enim fronte rigidula, ac ſubtri…, …immerito viatori, ac viro armato exæquata, eo quod celer, …ue ſit aduentus eius. At cum in familiaritatem admiſſa fue…, …minime ſumptuoſa, & ſecura, ac facilis hoſpes erit. D. Foribus …paupertas inſultat. R. Aperi ocyus antequam vectes ſubita vi …ngat, atque oſtiis vulſis à cardine victrix introeat, vt enim re…ntibus permoleſta, ſic cedentibus periucunda eſt. D. Domum …paupertas irrupit. R. Aduerſus fures, & peiores furibus volu…, …peruigil excubitrix. Aduerſus vulgi morſus & inſulſa iudicia, …auaritiæ, ſeu prodigalitatis infamiam, quæ raro alibi quam …eram ſedet in limine. Ab his malis nullo melius ingenio cu…, …potuit domus tua quam illam cuſtodiret paupertas, vt diues …largus ſit, ſi quid tamen ſibi reſeruat, auarus vulgo dici ſolet. …per cupidus quoque largus habebitur. Inuidet opibus vici…, …periem miſeratur. Illas cupit ac vituperat, hanc horret & lau…. D. Domum meam occupat paupertas. R. Iam nullus tibi ſuper…locus erit nec inuidiæ, nec damnis inſignibus, nec damnorum …, nec ſuſpicionibus mille, nec inſidiis, nec nauſeæ, nec podagræ …hoſpitio. Quibus excluſis habitatura latius tecum quies, & …illitas, & virtus. Cui eo plus loci erit quo fortunæ minus. D. …meos dura ſubit paupertas. R. Quid queraris ſcio. Mollius di…ſſiſſent, ſed paupertas tutius. Nullæ autem opes ſunt, qui…ſit anteponenda ſecuritas. Cum ad felicitatem enim omnia …que agunt cupiuntve homines, diſponantur, eſſe illa ſine …quidem poteſt, ſine ſecuritate non poteſt. D. Paupertate im…diu premor. R. Vt nihil importabile diu fertur, ſic nihil …difficile. Sed hoc dicis grauius. Excute autem illam cum diui…, …auro tribuis quam virtuti? An & hoc in paradoxis Stoicis …? Quod ſolus ſapiens diues eſt? An legiſti forſitan, ſed ſpre… quod plerique faciunt, legentes vt fabulentur ornatius, non vt …uiuant. Nihil ad honeſtatem, omnia ad ſcientiam atque elo…tiam referentes, quo nihil eſt vanius.

## ❡ Apophthegmata.

*…ocritus* audiens quendam de paupertate ſua conquerentem: …multa, inquit, deſideres, pauca tibi multa videbuntur. Deſi…rium enim contractum, paupertatem diuitiis æquipollentem …. *Ant. in Meliſ. par. 1. ſer. 33.*

…dicere ſolebat, pauperis conditionem diuitis multo beatio…. Pauperes quippe maximis malis non infeſtantur, vt inſi…dia & odio, quibus diuites expoſiti ſunt quotidie. *Anton. in …ſ. par. 1. ſer. 13.*

*…rates* ab Archelao vocatus, vt qui ipſum ditare vellet, ei re…iuſſit. Quod farinæ chœnices quatuor obulo venirent A…, & fontes aquam funderent. Nam ſi res meæ, dicebat, mihi …ſufficiunt, at ego ipſis ſufficio, & ſic etiam ipſæ mihi. *Stob. ſerm. … Arrian. ſcriptis recitat.*

*Idem* Paupertatem aiebat eſſe μικρὴν σωφροσύνην, id eſt, paruam …temperantiam. *Stob.*

*Ariſtides* ille iuſtus, cum diues quidam paupertatem ei obii…, dixit: Mihi quidem nihil adferet mali paupertas, tibi vero …non paucas perturbationes. *Antonius in Meliſſ. part. 1. ſer…*

*…curus*, Paupertatem ad legem naturæ compoſitam dicebat …nas eſſe diuitias. *Senec. epiſt. 21.*

*…tus*, paupertatem ferre non cuiusvis, ſed ſapientis eſſe dicebat. *… ſer. de egenis.*

*Diogenes*. Deſertus ab omnibus hominibus, ſolus relinquebatur, …que propter egeſtatem ipſe quenquam reciperet, neque i… hoſpitio quisquam acciperet. Omnibus enim inuiſa erat eius …reprehendendo acrimonia, deinde in agendo loquendoque acer…. Proinde triſtitia plenus, ſummas foliorum extremitates man…bat. Illæ enim ſuppetebant, quo minus fame periret. Mus ve… accedens, decidentibus fruſtulis veſcebatur. Diogenes igitur, …m diligenter rem inſpectaſſet, ſubridens, animo recepto: Mus hic, …, nihil indiget Athenienſium lautitia. Et quid tu, ô Diogenes! …, te cum Athenienſibus non cœnare? *Ælian. lib. 13. de var. hiſt.*

*Cum Diogeni* paupertas à quodam vitio daretur: Infelix, reſpō…, quid agis? At ego neminem vidi tyrannidem gerere propter …paupertatem, omnes vero propter diuitias. *Stob. ſerm. 95.*

*Idem* paupertatem appellabat virtutem αὐτοδίδακτον, id eſt, quæ …ſe diſcitur. Diuitibus opus eſt multis præceptis, vt frugaliter vi…, vt corpus exerceant laboribus, ne corporis ambitioſo cultu de…, &c. omnia autem docet paupertas. *Stob. ſer. 95.*

*Idem* ſolitus eſt ioco dicere ſibi tragicas execrationes occurriſſe, …od eſſet ἀνέστιος, ἄπολις, ἀπάτρις, πτωχὸς, ἀλήτας, καὶ ἡμερόβιος, id eſt …mo, ciuitate, patriaque carens, pauper & erro. *Laert. lib. 6.* Allu…ad locum aliquem è tragœdiis, De Oedipi execrationibus. *Vi…m Chiliadib. Eraſ.*

*Idem*, paupertatem dicebat eſſe ſubſidium ad philoſophiam. Nam quæ philoſophia verbis perſuadere conatur, ea paupertatem reipſa cogere. *Stob. ſer. 93.*

*Archeſilaus*, paupertatem aiebat aſperam quidem eſſe: quemadmodum & Ithacam, ſed bonam prolis nutricem, vt quæ aſſuefaciat frugalitati & abſtinentiæ, & in vniuerſum efficax virtutis gymnaſiū ſit. *Stob. ſer. de laude paupertatis.*

*Hypſæus* Animæ timiditati medendum eſſe dicebat: tunc, inquit, non metues paupertatem. *Stob. eod. ſer.*

*Idem*, Non paupertatem ſed iniuſtitiam fugiendam eſſe dicebat. Nullus enim quod pauper eſſet, ſed quia iniuſtus ſupplicio affectus eſt. Neque vitam laudabilem aliquis degit, quatenus diues, ſed quatenus iuſtus. *Stobæus in comparat. Paupertatis & diuitiarum. ſerm. 95.*

*Ariſton*, dicere ſolebat, paupertatem eſſe lucernam, quæ omnia mala demonſtret. *Stob.*

*Ariſtot.* paupertatem dicebat multis rebus indigere, auaritiam autem omnibus. *Ant. par. 1 ſer. 33. Meliſſ.*

*Idem*, Si non multa, inquit, concupiſcas, pauca etiam multa videbuntur: exigua enim appetentia paupertatem opulentiæ parem efficit. *Max ſerm. de diuit. & paupertate.*

*Xenophon*, paupertatem per ſe doctam philoſophiam eſſe dicebat: quæ enim hæc verbo ſuadet, illa opere cogit. *eod. ſer.*

*Ariſtonymus*, Vitam pauperum ſimilem eſſe dicebat nauigationi iuxta littus: diuitum autem ei quæ in profundo pelago ſit. Illis enim facile eſt funem eiicere, appellere, & nauim extrahere: diuitibus non item. *Stob. in compar. paupertatis & diuitiarum.*

*Ephiates*, Cuidam ei paupertatem exprobranti, Cur non, inquit, etiam alterum dicis, quod iuſtitiam colam? Oſtendit autem vir ſapientiſſimus, paupertatem, etiamſi multarum virtutum nutrix ſit, cunctis exoſam eſſe. *Ælian. lib. 13. de var. hiſt.*

*Hieron ſophiſta*, Vituperatus quod cum multos rhetoricari docuiſſet, ipſe egeret: Atqui, inquit, diteſcere non docui eos, neq; pecuniæ ſtudere. *Max. de paupertate.*

*Moſchion.* Si in Perſia, inquit, natus eſſes, non curares Græciam habitare, ſed cum Perſis feliciter verſari ſtuderes. Cur igitur in paupertate natus contendis diteſcere, & non in eadem permanens feliciter vitam degere? *Max. ſer. de diuit. & paupertate.*

*Apollonius*, ſolitus eſt dicere paupertatem ſecundum naturam nequaquam turpem eſſe: turpi autem de cauſa pauperem eſſe, dedecus, & flagitium eſſe indigniſſimum. *Anton. par. 1. ſermon. 33. Meliſſæ.*

*Lycurgus*, percontanti quam ob rem hoſtium cæſorum cadauera ſpoliare vetuiſſet? Ne, inquit, dum ſpoliis incumbunt, pugnam negligant, ſed paupertatem vna cum ordine ſeruent. Vt vir ille ſapiens vbique ciuibus ſuis metuit à diuitiis, tanquam à fonte plurimorum malorum; cum apud hominum vulgus nihil experatur auidius, quaſi in his ſint præcipua felicitatis humanæ præſidia. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Idem.* Ciuibus quibuſdam interrogantibus, quomodo liceret hoſtium inſultum effugere? Si, inquit, pauperes fueritis, nec alius alio plus requirat. Ad opulentos & onuſtos prædæ ſpes inuitat hoſtem, nec facile poteſt elabi, qui ſarcinis & impedimentis retardatur; ad hæc tutiores ſunt ab hoſtium incurſu, inter quos eſt æqualitas, & ex æqualitate concordia. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus.* Quidam imperatorem incuſauit quod illius inſidiis, & otio & ſomno fuiſſet priuatus: videlicet, quod illius benignitate è paupere factus eſſet diues. *Plut. in Sympoſ. lib. 2.*

*M. Cato* dicebat, honeſtam paupertatem impiis diuitiis longe præferendam eſſe. Hoc enim opprobrii, illud miſerationis cauſa fieri ſolet. *Ant. in Meliſſ. ſer. 33. par. 1.*

*Bulas*, famoſiſſimus latro qui ſub Seuero Imperatore per totam Italiam, comparata manu, ſexcentorum latronum, biennio maximas prædas fecit, poſtquam Centurionem vitæ inſidiatorem cepiſſet, raſo capite ad Seuerum Imperatorem remiſit, cumque interrogaretur, quid Imperatori vellet nuntiari? Nuntia, inquit, dominis tuis, ipſos ſeruos ſuos alere, ne latrocinentur. Habebat enim Bulas multos apud ſe Cæſarianos, partim exigua mercede conductos, partim nullo certo ſtipendio. *Xiphilinus in vita Seueri.*

*Idem.* Cuiusdam mulieris, cum qua ſcortabatur, ope deprehenſus, & à Papiniano præfecto prætorio interrogatus, cur latrocinium feciſſet? reſpondit: Et tu dic, cur prefectus ſis. Erat nimirum Papinianus homo prædiues, & magnæ apud Cæſarem exiſtimationis &, propter opum ſuarum ſplendorem in aulam admiſſus. Bulas vero penuria rerumque egeſtate vexatus, latrocinio victum quærere cogebatur. *Idem Xiphilinus.*

## ❡ Apophthegmata

### Sacra.

Præter ea quæ de paupertate in locis Biblicis citata ſunt: quædam ordine meliore deſcripta huc referre viſum eſt. Minime ſper-

nendus eſt pauper, inquit *Salomon, Prouerb* 13.7.& 14.31. & 17.5. neque affligendus, *Prouer.*22.22.23. paupertatis cauſa, *Prouer.*13.23. facit humiles, *Prouerb.*18.23. pauperes contemnuntur: *Prouerb.*14.20. & 19.4.7. pauper ſimplex optimus: *Prouerb.*19.1.22.& 28.6. Superbus turpiſſimus: *Prouerb.*12.9. rapax periculoſiſſimus. *Prouerb.*28.3. pauper ſapiens ſtulto rege præſtantior, *Eccleſ.*4.13. pauperis & diuitis diſcrimen, *Prouerb.*18.24. pauperibus non exprobrandum, *Prou.*14.31.& 17.5. pauperes non ſunt affligendi, *Prouerb.*22.16.22.& 23.10. Veri pauperes qui, *Prouerb.*19.1.21. non ſunt contemnendi, *Prouerb.*28.27.& 29.7. commendantur. *Prouerb.*31.9. paupertas eſt à Deo, *Prouerb.*14.31.& 16.5,& 22.2. paupertas vera laudata, *Prou.*12.9 & 15.16.& 16.8.& 17.1.

*Dominus & ſeruator noſter* diſcipulos ſuos pauperes beatos eſſe pronuntiat, *Luc.*6.20. pauperes vocari ad conuiuia præcipit, *Luc.*14.13. eoſdem peculiari quadam ratione commendat, *Matth.*26.11. *Marc.*14.7. Bona illis collata ſibi largita eſſe aſſerit, *Matth* 25.40. ſe pauperem profitetur, *Matth.*8.20. quum eſſet diues propter nos pauper factus eſt, vt nos illius paupertate diteſceremus, 2.*Cor.*8.9. Iubet nos facere amicos ex mammona iniquitatis, qui nos deficientes recipiant in æterna tabernacula. *Luc.*16.9.

Petrus Apoſtolus, argentum & aurum ſibi non eſſe declarat, *Act.*3.6.& Paulus ſe ſuoſq; collegas eſurire, ſitire, nudos eſſe, colaphis cædi, ſedibus incertis errare, laborare, propriiſq; manibus operari, &c. teſtatur, 1 *Cor.*4.11.12.

*Greg. Nazianzenus* paupertatem, pauperesq; Chriſtianis multis encomiis celebrat, & diuitibus commendat patheticis admodum verbis firmiſſimiſq; rationibus & argumentis, *in oratione* 16. *de pauperum amore*, ex qua pauca quædam profero. Me (inquit) ſi nitra illa manus terret, & hœdi, & probra, quæ à Chriſto coniiciuntur, *Matth.*25. non quia manus bonis alienis attulerunt, nec quia templa diripuerunt, aut adulterium perpetrarunt, aut aliud quiddã ex iis quæ interdicta ſunt, admiſerunt, hoc ordine mulctati: ſed quia Chriſtum per pauperes minime curarunt.

*Auguſtinus*, ſi quando Eccleſiæ pecunia deficeret, hoc ipſum populo Chriſtiano denuntiabat, non ſe habere quod indigentibus erogaret. Nam & de vaſis dominicis propter captiuos, & quamplurimos indigentes frangi & conflari iubebat, & indigentibus diſpenſari. *Poſidon in vita Auguſtini c.*24.

*Acacius* Amidæ epiſcopus pauperes captiuos, num. 7000. paupertate propemodum fame; conſumptos redemit, conuocatis ſuis clericis, & ad miſericordiam compulſis grauiſſima oratione. Inter multa, Deus noſter (inquit) neq; lancibus, neq; poculis eget: nam nec comedit, nec bibit, quippe qui his rebus minime opus habeat. Quare cum Eccleſia multa monumenta aurea argenteaq; ex propenſa fidelium in eam benignitate poſſideat, hiſce rebus milites captiuos è cuſtodia liberare, fameq; prope enectos reficere, ſuſtentareque conuenit. Dictum factum, ſumma cum Acacii laude. Pauperum captiuorum læta liberatione, Chriſtiq; nominis gloria. *Socrat. hiſt. Eccl. lib.*7.*c.*21.

Theophylus epiſc. Præſtabilius eſt, inquit, ægrotorum corpora, quæ verius templa Dei cogitare poſſumus, & ob quæ pecuniæ quæruntur, conuenienti cura reſtruendis curare, quam templa lapidea ædificare. *Sozom. Eccl. hiſt. lib.*8.*c.*12.

Hilarion pauper Chriſti quum à latronibus aggreſſus eſſet, Nudus, inquit, latrones non timet. Et illi cum ſubiecissent, Tu occidi potes: poſſum, reſpondit, ideo latrones non timeo, quia mori paratus ſum. *Hieronym. in vita Hilarionis.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi.* Pauperes ſunt medici vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præſtant. Non ita vt medicus medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet: vt pauper abs te accipiat, porrigens manum: dediſti pecuniam, peccata exuiſti. *In 1. ad Timoth. homil.*14.

*Ambroſii.* Sicut diuitiæ negligentiam pariunt ſalutis: Ita egeſtas dum ſaturari quærit, à iuſtitia declinat. *Super epiſt. Pauli.*

*Saluiani Epiſcopi.* Labor, ieiunium, & paupertas, & humilitas, & infirmitas, non omnibus ſunt oneroſa tolerantibus, ſed tolerare nolentibus. Siue enim grauia hæc, ſiue leuia, animus tolerantis facit. Nam ſicut nihil eſt tam leue: quod ei graue non ſit, qui inuitus facit: ſic nihil eſt tam graue quod non ei, qui id libenter exequitur, leue eſſe videatur: niſi forte antiquis illis priſcæ virtutis viris, Fabiis, Fabritiis, Cincinnatis, graue fuiſſe exiſtimamus, quod pauperes erant qui diuites eſſe nolebant: cum omnia ſcilicet ſtudia ſua, omnes conatus ſuos ad communia emolumenta conferrent: & creſcentes reipublicæ vires priuata paupertate ditarent. *De vero iudicio & Prouidentia Dei libr.*1.*fol.*2.

*Laurentii Iuſtiniani patriarchæ.* Quemadmodum ex adhibito remedio ægroti, medici peritia agnoſcitur: Ita interdum ex occurrente inopia, miſerentis Dei prouidentia ſentitur. *Lib. de contemptu mundi, c.*11.

*Socratis.* Sicut pallium ſordidum non obſtat corpori, quo minus ſanum & quadratum ſit: ita paupertas nihil orationis liberam fiduciam prohibet. *Apud Stob ſerm.*11.

*Epicteti.* Vt hi qui geniti ſunt inter Perſas, non deſiderãt in Græcia habitare, & illic felicitate frui: Ita etiam, pauperes, quibus ... arum nota eſt natura; etſi in ſumma inopia nati ſint, non ... illa irritamenta malorum ſtudent diteſcere. *Apud Stob. ſerm.* ...

*Ariſtonymi.* Pauperum vita ſimilis eſt nauigationi ... diuitum autem, ei quæ in profundo pelago fit. Illis enim ... funem eiicere, appellere, & nauim extrahere. Diuitibus ... *Apud Stob ſerm.*95.

*Plutarch.* E corporis morbo quidam hoc excerpunt ... quod vacant negotiis, quibus diſtringebantur: & quidam ... obiecti reddidere validos: Sic quibuſdam exilium, paupertas ... fragium, occaſio fuit philoſophandi. *In Moral.*

*Vt qui veſtes* flagellant, corpus non attingunt: Sic qui ... tium aut paupertatem exprobrant, non proprie tangunt ... minem, ſed externa calumniantur. *In Moral.*

*Seneca.* Quemadmodum qui pedibus ſuis poterit iter ... aſcendere tamen vehiculum mallet. Sic pauper ſi poterit ... volet, & habebit vtiq; opes, ſed tanquam leues & auolaturas ... alii, nec ſibi graues eſſe patietur. *Libro de vita beata, c.*23.

*Ioannis Ludouici Viuis.* Quemadmodum in via, ſi ... quis expeditior, & paucioribus ſarcinis implicitus, hoc ... cundius iter facit. *In introductione ad Sapientiam, fol.*40 ...

*Roterodami.* Qui in altis ſunt ſpecubus, à fulmine non ... Ita infima fortuna tutiſſima eſt *in Simil.*

*Vt vaſa paria*, quorum alterum plenum ſit, alterum ... lata concentum faciunt διὰ πασῶν. Ita bene conuenit inter ... benignum & pauperem indignum. *ibid.*

*Thriueri.* Vt crapula ac abundans rerum copia plurimos ... bos progenerat, qui ſola vitæ abſtinentia tolluntur: Sic diuitiæ ... torum incommodorum autores ſunt, quæ ſola paupertate ... tur. *in apoph.*

*Quemadmodum* pater filio prodigo non dat affatim, ſed ... ſufficit in menſes ſingulos paulatim partitur: Ita Deus optimus ... ximus quibuſdam largitur parcius, ne ipſis in perniciem ... gnarum opum luxus. *in apoph.*172.

*Sunt ſemitæ* quædam quæ oſtendunt compendium, ſed ... tas prohibet, & periculum: Atqui paupertas ſpontanea via ... lum compendioſiſſima. *in apoph.*96.

## § ADAGIA.

Nec obulum habet vnde reſtim emat.

*In eos, qui maxima rei familiaris inopia laberant, Lucian. Timone.*

Χθὲς μὲν οὐδ᾽ ὀβολόν, ὥστε πρίασθαι βρόχον ἰσχύοντα.

*Qui pridie ne obulum quidem habebant: quo laqueum ...*

Nudior leberide. γυμνότερος λεβηρίδος.

*De vehementer tenuibus.*

Iro, Codro pauperior. *Ouid.*

*Irus erit ſubito qui modo Crœſus erat.*

*De Codro Iuuenalis:*

*Tota domus Codri rheda componitur vna.*

Nudior paxillo. γυμνότερος πατάλου.

*De extremæ paupertatis homine dicebatur hac hyperbole.*

Telenico pauperior. Τελενίκου πτωχότερος.

*Nam is notæ paupertatis fuit.*

Nudus tanquam ex matre. γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός.

*De vehementer paupere.*

Er iſt ſo nackent/als er von Mutter Leib kommen iſt.

Ne in pelle quidem. οὐδ᾽ ἐν δέρματι.

*De ſupra modum tenuibus, velut vſq; adeo nudis, vt ne pelle quidem propria tegantur.*

Araneas eiicere. *Heſiodus.*

Ἐκ δ᾽ ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια.

*Vaſis eiicias quas nectit aranea telas.*

*Sic enim ſignificant inanitatem & inopiam. Lucianus ... araneis differta.*

Cum exoſſis ſuum rodit pedem. ὅτ᾽ ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει.

*Conſimili figura ſignificauit egeſtatem in eodem opere.*

Macilenta manu pinguem pedem.

*Manus enim gracileſcunt fame, pedes intumeſcunt frigore ... nuſtius erit, ſi longius transferatur, ad viaticum parandum ... ctum aut ſimilia.*

Pedem vbi ponat, non habet.

*In hominem inſigniter tenuem atq; inopem.*

Cinclus. Κίγκλος.

*Ruſticano prouerbio dicebantur præter modum pauperes.*

Putillo nudior. ὑπέρου γυμνότερος.

*De vehementer tenui miſeroq;.*

Paupertas ſapientiam ſortita eſt. πενία δ᾽ ἔτι σοφίαν ἔλαχε. *Zenodotus citat ex Euripide.*

*Ignaua eſt opulentia: Verum inopia multarum artium repertrix eſt.*

Armut lehrt geigen.

Armut bringt Kunſt vnd Demut.

Item/Were Armut nicht/ſo were kein Kunſt.

Pauper, ſed ingenioſus.

In hom-

*…tenui cultu, ſed egregio tamen corpore, quadrabit il-… ex Odyſſ.*

Οὕνεκα … γέροντι πτωχῷ …

*… profert ſenior pannis vilibus armos.*

*… torquet ad ſenem ingenio, facundiaq; præcellentem.*

… docet fames. Fames Magiſtra. πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται δι-…

*… magiſtra eſt artium complurium. Senſus per ſe planus eſt … Adag.*

… pauperior.

*… paupertate nobilis eſt. Ouid.*

*Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ ceperit Irum* ]

*Nempe quod alter egens, altera pauper erat.*

… incitas redactus.

*… vrgeret extrema neceſſitas, his res dicebatur ad incitas re-… Plautus.*

… an den Bettelſtab kommen.

… Er kan ſich deß Hungers nicht erwehren.

… Er hat kaum das liebe Brot zu eſſen.

… & ſpatio circumſcripta. τὰ τῆς οὐσίας καὶ κέντρῳ καὶ διαστή-… γεγραμμένα πρὸς χρείαν.

*… fortunas tam anguſtas, vt niſi certa dimenſione diſpenſen-… ſint ad neceſſarios vſus ſuffecturæ.*

*… Quadrabit in tenues & humilis fortunæ homunculos, ac quem-… at Horat. Moduli bipedalis, qui potentes ſumptu conan-… …*

… tunicati.

*… & humiles nullo cultu inſignes, tunicati dicuntur. Horat.*

*Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.*

… Canalicolæ.

*… exili re tenuiq; fortuna, dicti Canalicolæ, quod circa ca-… conſiſterent.*

… tempeſtas quidem nocere poſſit.

*… homines inſigniter nudos & inopes. Cic.*

… habet cui indormiat.

*… & hodie. Non habet lectum, aut non habet ſtramenta … indormiat.*

… præter animam.

*… nihil non datum ſignificamus præter vitam, dicimus om-… præter animam. Simili figura. Animam debere dicun-… plus quam omnia debent.*

… perdidit.

*… verbum caſtrenſe in ἀχρημάτους.* Id eſt, *eos, qui nihil habent …*

… hanß im Wetſchger.

… animam debet. τὴν ψυχὴν ὀφείλει.

*… qui immodico ære alieno teneatur, vt plus quam omnes fa-… ac denique ſeipſum debeat.*

… niemand ſchuldig, dann den Leuten.

… Gott vnd aller Welt ſchuldig.

… fames.

*… Saguntum Hiſpaniarum oppidum, iuxta flumen Iberum, fo-… fœdereq; coniunctum cum Romanis. Id longa Pœnorum obſi-… fameq; eo redactum eſt, vt ciues extructo in foro igni, quic-… pretioſarum rerum in eum coniicerent, ac poſtremo ſeque … liberos eo præcipitarent, ne venirent in hoſtium manus.*

… Meliæa. λιμὸς Μηλιαῖος.

*… fame extrema, deq; rebus difficillimis.*

… campus. λιμοῦ πεδίον.

*… ciuitates dicitur ingenti fame preſſas.*

…

*Quadrabit in eos, qui fame adacti, aliquo demigrant.*

Aquam bibens, nihil boni parias. ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέ-…

*… languet poetarum ingenium, ni vino conualeſcat. Vnde Hor.*

*Nulla placere diu neque viuere carmina poſſunt,*

*Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.*

Non eſt Dithyrambus, ſi bibat aquam. οὐκ ἔστι διθύραμβος, ἂν ὕδωρ …

*… adeſt hilaritas, quum deeſt vinum.*

Quærendæ facultates, deinde virtus. δίζησθαι βιοτήν, ἀρετὴν δ᾽ ὅ-… …

*Quærendus victus, virtus autem, vbi victus adfuerit. Horat.*

*O ciues, ciues, quærenda pecunia primum eſt,*

*Virtus poſt nummos.*

Pauſone mendicior. Παύσωνος πτωχότερος.

*Pauſon pictor quiſpiam fuit inſigni tenuitate, quemadmodum a-… Iuuenalem Codrus.*

Sterilior Agrippa. ἀκαρπότερος Ἀγρίππου.

*Quadrat in ignauos, nulliuſq; induſtriæ homines.*

Trium dierum commeatum.

*Trium dierum commeatus, cum inſtare paupertas extrema vi-… Translatio ducta à militum commeatu.*

Qui eget in turba verſetur. πτωχῷ βέλτιον ἐστὶ κατὰ πόλιν ἢ κατ᾽ ἀ-… …

*Etiam hodiernis temporibus vulgo iactatur fabula, de cæco mendico, qui iubebat miniſtro, vt eo ſe duceret, vbi maxima eſſet hominum procella, addens ſententiam populari ioco celebrem, ibi quæſtum eſſe, vbi ſit hominum frequentia.*

Mendico ne parentes quidem amici ſunt. πτωχοῦ φίλοι οὐδ᾽ οἱ γεννήτορες.

*Diuitiæ conciliant amicos. Paupertas nec illos habet amicos quos natura coniunxit.*

Arme Leut kennet niemand.

Item/ Arme Leut haben wenig Freund.

Omnem facultatem indutus. ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφιεσμένος.

*De paupere, qui præter veſtitum nihil præterea rerum poſsidet. Notum illud Biantis philoſophi dictum:*

*Omnia mea mecum porto.*

*Plautus.*

*Hoc quod induta ſum, ſummæ opes.*

Theagenis pecuniæ, quemadmodum Æſchinis. Θεαγένους χρήματα, κατ᾽ Αἰσχίνου.

*Iocus prouerbialis in eos, qui pauperes cum eſſent, tamen diuites haberi volebant. Ariſtoph.*

Cleomenes cubile ſuperat. ὁ Κλεομένης τῆς κοίτης ὑπερέχει.

*De eo, qui magis abundaret rebus ſuperuacaneis, quam neceſſariis.*

Certiſſima paupertas. *Columella.*

*Nam vetus prouerbium eſt, paupertatem certiſsimam eſſe quum alicuius indigeas, vti eo non poſſe, quia ignoretur vbi proiectum iaceat, quod deſideratur.*

Oſtiatim.

*Iucundius erit, ſi transferatur ad res animi, vt ſi quis è ſingulis libris ac capitibus autorum petat teſtimonia aut probationes, dicitur oſtiatim petere.*

## ¶ Biblica Exempla.

Paupertatis *exempla*: Iacob, *Gen.* 28.11. & 32.10. Moſes, *Exodi* 3.1 Ruth, *Ruth* 2.*v*.2. Cis, pater Saulis, 1. *Sam.* 9.21. Dauid, 16.1. & 17.*v*.17. Mulier Sareptana, 1. *Reg.* 17.10. Eliſæus, v. 11. Filii Prophetarum, 2. *Regum* 4.38. & 6.2. Tobias ſenior, *Tob.* 2.22. & 4.23. Rechabitæ, *Ier.* 35. *v*.8.9. Pauperes, 39.10. duo filii Zebedæi, *Matth.* 4.21. Chriſtus, 8.20. & 21.*v*.1.2. & 27.55. *Luc.* 9.58. 2. *Cor.* 8.9. Ioſeph cum vxore ſua Maria, *Luc.* 2.*v*.7.12.24. Lazarus, 16.20. Vidua paupercula, 21.2. Cœcus natus, *Ioan.* 9.8. Eccleſia Ieroſolymitana, *Actor.* 2.45. *Rom.* 15.36. Petrus, *Act.* 3.6. Paulus, 1. *Cor.* 4.11. *Philip.* 4.12.

Paupertas piis æquo animo ferenda eſt: 1. Quia cedit illis in bonum, nimirum ad fidei probationem, cœleſtis vitæ meditationem, ſeriam reſipiſcentiam, & ad mundi huius odium & abrenuntiationem meditandam. 2. Quia veras diuitias non adimit piis, repoſitas in cœlo, vt exemplum Lazari mendici, *Luc.* 16. luculenter docet. 3. Quia illam etiam Chriſtus in terris eiusque ſerui numero innumero experti ſunt. 4. Quia eſt hominibus omnibus connata. Nullus enim non hominum nudus egreſſus eſt ex vtero matris, *Iob.* 1.21. *Eccleſ.* 5.15. Inde natum vulgare iſtud:

*Infantem nudum cum te natura crearit,*

*Paupertatis onus patienter ferre memento.*

## ¶ Exempla Profana.

*Telemachus Acarnenſis*, ob paupertatem fabis ſæpenumero victitabat. Hinc Telemachi olla, prouerbio locum fecit. *Theat. Zuing.*

*Telenicus*, vſque adeo notæ paupertatis fuit: vt Seriphii verbum inde finxerint, dicantque τελενικῆσαι pro euacuare. *Eraſ. in Adag.*

*Conna* tibicen pauperrimus, qui nihil habuit præter oleaſtrum. Fuit & Lyſiſtratus ſummæ paupertatis homo: adeo vt prouerbio locum fecerit. *Theat. Zuing.*

*Gallias Athenienſis*, Diomneſti Eretrici diuitias male partas dilapidauit: vt apud vetulam quandam barbaram viuere cogeretur: victusque quotidiani inopia laborans, mortuus ſit. *Athen. libro* 12. *cap* 15.

*Michael Palæologus* regno potitus, tres tantum aureos domi habuit. *Pachymerius.*

*Ladislaus II. Vngariæ Rex* in eas anguſtias rei familiaris venit: vt interdum menſæ, quod apponeretur, vix habuerit. *Ioan. Sambucus in Appendice Bonfinii.*

*Paupertate Phocion*, vt virtute gloriabatur: in qua, licet toties dux Athenienſium fuiſſet, & regum vſus amicitia, conſenuit. *Plut. in Phocione.*

*De Romanis aliquot ducibus* ſic ſcribit Claudianus in quarto Honorii conſulatu:

*Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis,*

*Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum:*

*Sordida Serranus flexit Dictator aratra.*

*L. Paulus Æmilius* adeo inops deceſſit: vt niſi fundus, quem vnum reliquerat, væniſſet: vxor eius dotem vnde reciperet, non extitiſſet. *Plut.*

*Democritus Abderites* diligens naturæ contemplator vſq; adeo diuitias contempſit, vt non modo aliunde oblatas non acceperit, ſed eas etiam, in quibus natus erat, ſponte publicarit. Itaque nihil præter ingenium poſſedit, vel quia noluit, vel quia non debuit.

*Diogenes*

*Diogenes*, ita in omni vita paupertatem coluit, vt aduerſus calorem & frigus dolio contentus fuerit: poculum fregit, ruſticum cauis manibus potantem intuitus. Tam felix ab Alexandro iudicatus vt Diogenem malle ſe eſſe dixerit, quam alium quemquam, ſi non rex & Alexander eſſet.

*Socrates* philoſophorum omnium luculentiſſimus, pauper ſemper fuit, nudis pedibus incedens, ſordido palliolo contentus, honores & omnia terrena contemnens.

*Cornelia Gracchorum mater*, cum Campana quædam matrona apud iſtam hoſpita ornamenta ſua pulcherrima oſtenderet, traxit eam ſermone quouſque è ſchola redirent liberi, & hæc, inquit, ornamenta mea ſunt.

¶ Emblema.

Paupertatem ſummis ingeniis obeſſe, ne proue-
hantur.

Emblema cxx. Andr. Alciat.

*Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas:*
*Vt me pluma leuat, ſic graue mergit onus.*
*Ingenio poteram ſuperas volitare per artes,*
*Me niſi paupertas inuida deprimeret.*

*Vide Diuitiæ,*

# Pax.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PAx, Græce εἰρήνη, ης, ἡ, & εἰρηνεύω, pacifico: & εἰρηνικὸς, ἡ, ὸ, pacificus dicitur. Eſt autem pax tanquillitas ordinis, maxime in voluntate, *ſecund. B. Thom prima Secundæ, q. 70. artic. 3. ſecunda Secundæ, q. 29.*

Pax eſt tranquilla libertas. Diciturque à pactione. Pactio autem à pango, quod eſt figo. Vnde pangi carmina dicta ſunt, quod ceris figerentur. Hinc pango metaphoricôs pro cano, ſcribo, manifeſto, vſurpatur. Hinc pagina vtraque pars folii dicta eſt, quod in ea carmina pangantur, hoc eſt, figantur. A pactio fit paciſcor, hoc eſt, conuenio: & pactum, conuentio. Hinc paco, hoc eſt, mitigo, lenio, placo, & pacifico, quod eſt pacem facio. A paciſcor fit etiam depaciſcor compoſitum: depactus, quod ſignificat idem quod pactus. Terent, *Iam depaciſci mortem cupio.*

## ¶ Loci Biblici.

Pax Hebræis, *Schalom*, à verbo *Schalem*, iniit pacem cum aliquo, placatus eſt, pacificatus eſt: item reddidit cuique quod ſuum eſt, pax enim publica ea ratione conſeruatur. Cognationem habet cum *Maſchal*, dominatus eſt: nam dominatores & reges debent pacem & integritatem iuſtitiæ conſeruare atque implere. Sumitur autem vox iſta pro incolumitate, felicitate, omnique proſperitatis genere, & felici rerum omnium ſucceſſu. *Geneſ.* 29. *v.* 6. & 37. 14. & 41. *v.* 16. *Ioſ* 10. 21. *Iud* 18. 15. 1. *Sam.* 10. 4. & 25. 5 & 30. 21. 2. *Reg. v.* 6, *Eſa.* 26. 3. *Ier.* 15. 5. & 29. *v.* 7. 11. *Pſal.* 7. *Rom.* 1. 7. 1. *Cor.* 1. 3 2. *Cor.* 1. 2, *Phil.* 1, 2. *Epheſ.* 6. *v.* 22.

Paulus hoc nomine paſſim in ſuis precationibus intelligit: *Primo* pacem conſcientiam cum Deo: *Secundo*, mutuam piorum inter ſe dilectionem & concordiam: *Tertio*, protectionem Dei. & omnimodam benedictionem: pro εὐθυμία, id eſt, ea animi tranquillitate & ſerenitate, *Rom.* 5. 1. quæ alibi *Phil.* 4, 7. pax Dei dicitur. Sic capitur & *Luc*, 2, 14. 2, *Petr.* 3. 14. pax vera quæ, *Ioan.* 14, 27 pax à Deo, *Num.* 6. 26. 2, *Paral.* 14. 6 *Eſa* 26. 12. & 45. 7 per Chriſtum, *Rom.* 5, 1. pax in cœlo, *Luc.* 19. 38. in terra, 2, *v.* 14. pax Meſſiæ tempore, *Eſa.* 2, 4. & 11, 6, & 26, 12. & 66. 12. *Mich.* 4. 3. Zach. 9. 10. pax amanda & quærenda, *Pſal.* 34, 15. *Zach* 8, *v*, 19 *Marc.* 9, 50. *Luc.* 10, 5. & 12, 58. *Rom.* 12, *v*, 18, & 14, 19. 1. *Cor*, 7, 15, & 14, 33, 2. *Cor* 3, 11, *Galat.* 5, 22. *Epheſ.* 4. *v.* 3. *Col.* 3, 15, 2, *Tim.* 2, 22. *Hebr.* 12, *v*, 14. 1. *Petr.* 3, 11. cum paſtoribus gregi maxime colenda, 1. *Theſſ.* 5, 13. pax in Chriſto quærenda, *Ioan.* 16. 33. à Chriſto nobis relicta, 14. 27, pax ſceleratis & impiis nulla, *Eſa.* 48, 22, & 57, 21. pax quibus promiſſa, *Pſalm.* 119. 165. *Eſa.* 54. 13. pax vobis, ſalutatio Hebræorum, *Geneſ.* 43, *v.* 23. *Iudic.* 19. 20. 1. *Sam.* 25. 6. *Ioan.* 20. *v*, 19. 21. Vade in pace, pro feliciter & tranquille, formula qua vtuntur Hebræi erga abeuntes, 1. *Sam.* 1. 17 *Luc.* 11. 21. *Marc.* 5. 34.

Pax quædam temporalis, quædam æterna, *Geneſ.* 15. *v.* 6. 8 & 26. 22. & 45. 24. *Leu.* 26, 6 *Num.* 6. 27, *Eccl.* 25. 2. & 28. *v.* 15. 19. *Ierem.* 29. 7. *Matth.* 5. 9, *Marc.* 9. 50. *Luc.* 14. 32. *Act.* 9. 31. *Rom.* 12. 18. 1. *Corinth.* 14. 33. *Epheſ.* 4. 3 2. *Tim.* 2. 22. *Heb.* 12. 14. *Iac.* 3. 18. 1. *Pet.* 3. 11. *Apoc.* 6 4. pax in terna qualis eſt inter Deum & eius amicos ac fideles, *Eſa.* 2. 4. & 9. 6. & 11. *v* 6. 7 & 66. 12 *Oſe.* 2. *v.* 14. 20 *Mich.* 4. 3. *Zach.* 9. 10. *Luc.* 21. 4. & 24. 36. *Ioan.* 14. 27. & 16. 33 & 20. 19. *Act.* 10. 36. *Rom.* 5. 1. *Epheſ.* 2. *v.* 14. *Phil.* 4. 7. pacem ne cum Moabitis ineant, monentur Iſraelitæ, *Deut.* 23 6. pax ciuitati obſeſſæ offerenda, 20, 10. pacem & miſericordiam promittunt falſi Prophetæ, *Ier.* 6. 14. & 8. *v.* 8. 12. & 14. 13. & 23. *v.* 16. *Ezech.* 13. *v.* 10. 16. *Mich.* 3. 5. *Theſſ.* 5. 3.

Pacem Deus dat, *exempla*: Salomon, 2. Reg. 5. 4. & ... 1. *Paral.* 22. *v.* 17. 18 Aſa, 2. *Paral.* 14. 6.

Pacifici beati, *Matth.* 5. 9. pacificus Salomon, 1. Paral. 22. 9

Pacificorum hoſtiæ, *Leu.* 3. 1. & 7. 11.

## ¶ Sententiae Biblicae.

In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. *Pſal.* 4.

Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *Eſa.* 2.

*Pax ſuperna erga Deum per Chriſtum nobis prouenit.*

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax erga homines beneplacitos, *Luc.* 2.

Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui longe eratis aliquando facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. *Epheſ.* 2.

Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuiſtis, & pacem his qui prope: quoniam per ipſum acceſſum habemus ... in vno Spiritu ad Patrem. *ibid.*

Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare, & per eum reconciliari omnia in ipſo, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt.

Verbum miſit Deus filiis Iſrael, annuncians pacem per Ieſum Chriſtum, hic eſt omnium Dominus. *Act* 10.

*Exigit à nobis humilem ſubiectionem.*

Quis reſtitit ei, & pacem habuit? *Iob.* 9.

In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui, & ſiquidem fuerit ibi filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra; ſin autem, ad vos reuertetur, *Luc.* 10.

*Iugem obeditionem.*

Et percutiam illis fœdus pacis. Pactum ſempiternum erit ... erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & erunt mihi populus. *Ezech.* 2.

Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedit ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. *Malach.* 2.

Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, *Luc.* 2.

*Liberalem dilectionem.*

Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ... nus cogitationes pacis, non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam, & inuocabitis me, & viuetis; & orabitis me, & ... vos: quæretis me & inuenietis, cum quæſieritis me in ... veſtro. *Ierem.* 29.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, Non ... mundus dat, ego do vobis. *Ioan.* 14.

Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. 16.

*Acquirit magnam remunerationem.*

Acquieſce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis ... optimos. *Iob.* 22.

Et loquetur pacem gentibus. *Zach* 9.

Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ... & intelligentias veſtras, in Chriſto Ieſu, *Phil.* 4.

Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati ... vno corpore. *Coloſſ.* 3.

*Pax interna peccatum excludit.*

Non eſt pax impiis, dicit Dominus. *Eſa.* 48.

Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe ... prope eſt, dixit Dominus, & ſanaui eum. 57.

*Pax æterna bona vel vera à Deo præſtatur.*

Et ponam locum populo meo Iſrael, & plantabo eum, & habitabo cum eo. & non turbabitur amplius; & non addent filii iniquitatis vt affligant eum ſicut prius. 2. *Reg.* 7.

Ædificemus ciuitates iſtas, eo quod quæſierimus Dominum Deum patrum noſtrorum, & deerit nobis pacem per gyrum. 2. *Paral.* 14.

Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui contemnet? Iob. 34.

Seruabis pacem, pacem, quia in te ſperauimus. *Eſa.* 26.

Domine dabis pacem nobis. *ibid.*

Ego Dominus, & non eſt alter: formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. 45.

Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. 48.

Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram. *Bar.* 9.

Et faciam cum eis pactum pacis. *Ezech.* 34.

Ipſe autem Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. 2. *Theſſ.* 3.

Et exiuit alius equus rufus, & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei, vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus. *Apoc.* 6.

*In bonis confirmatur.*

Pax multa diligentibus legem tuam. *Pſal.* 119.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. 20.

Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. 122.

Diſciplinam in pace conſeruate filii. *Eccl.* 41.

Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. *Eſa* 32.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ummum pax (ait Ezechias rex ad Esaiam) & veritas in diebus ...

...m habere inter vos. *Marc.* 9.

...ri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem ...tes. *Rom.* 12.

...que quæ pacis sunt sectemur. 14.

...ce autem vocauit nos Deus, 1. *Cor.* 7.

...enim est Deus dissensionis, sed pacis. 14.

...em habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. 2. *Co*...

...em sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua ne... ...ebit Deum *Heb.* 12.

...itudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. ...4.

*Summe commendator.*

...todi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ ...i pacifico. *Psal.* 37.

...quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & ora... ...ro ad Deum, quia in pace illius erit pax vobis. *Ier.* 29.

...i pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur *Matth.* 5.

...trantes autem in domum salutate eam, dicentes: Pax huic do... ...10.

*Pax ficta malum proximo machinatur.*

...simul tradas me cum peccatoribus. Qui loquuntur pacem ...roximo suo, mala autem in cordibus eorum, da illis secun... ...opera eorum. *Psal.* 28.

...itta vulnerans lingua eorum, pacem cum amico suo loqui... ...occulte ponit insidias. *Ier.* 9.

*Pax praua in malo copulatur.*

...zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. *Psal.* 73.

*A Deo reprobatur.*

...forte sit inter vos vir aut mulier cuius cor se auertat hodie à ...no Deo nostro. Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis ...assumat ebria sitientem, & Dominus non ignoscat ei. *Deu*... ...29.

...ite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: Non ve... ...em mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem ad... ...patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum ...sus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. *Matth.* 10. ...c. 12.

## ¶ Sententiae Patrvm.

...ax est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, ...lum amoris, consortium charitatis. Hæc est, quæ simultates ...bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles a... ...discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit ...nescit inflari: hanc qui acceperit teneat: qui perdiderit repe... ...amiserit exquirat: quoniam qui in eadem non erit inuentus, ...abdicatur, à filio exheredatur, nihilominus à spiritu sancto ...efficitur: nec ad hæreditatem Domini poterit venire, qui te... ...um pacis noluerit obseruare. *Au. de Ver. dom.*

...oncorda cum aduersario tuo, nescis quando vita finiatur, quũ ...finita fuerit, iudex restat, & minister, & carcer. Ac si seruaueris ...uersario tuo bonam voluntatem, & cum eo consenseris, pro iudi... ...mnes patrem: pro ministro sæuo angelum tollentem te in si... ...m Abrahæ, pro carcere paradisum. *ibid.*

...le bonum est bonum pacis: vt in rebus creatis nil gratiosius ...audiri, nil delectabilius concupisci, & nil vtilius possideri Spi... ...tum humanus nunquam viuificat membra, nisi fuerint vni... ...spiritus sanctus nunquam viuificat ecclesię membra nisi fue... ...in pace vnita. *De ciu. Dei.*

...quis vel quod potest corrigi, vel quod non potest corrigere, ...pacis vinculo excludit: vel quod saluo pacis vinculo exclude... ...on potest, æquitate improbat, firmitate supportat, hic est pacifi... ...contra *Parmen. lib.* 2.

Duæ sunt amicæ, Iustitia, & Pax: tu forte vnam vis, & alteram ...facies. Nemo enim est, qui non velit pacem, sed non omnes vo... ...operari iustitiam. Interroga omnes homines, vis pacem? vno o... ...respondebit tibi genus humanum: opto, cupio, amo, volo Ama ...stitiam, quia duæ amicæ sunt, Iustitia & Pax, ipsæ se osculantur, si ...ustitiam pacis non amaueris, non te amabit ipsa Pax, nec veniet ad ...*in Psalm.* 84.

...felix populus Dei non potest in bono tantam habere concor... ...iam, quantam mali habent in malo. *Hier. in Psal.*

...emo vires suas in Pace cognoscit. Si enim bella desunt, virtutum ...experimenta non proderunt. *Greg. in mor.*

...nde nobis cum Deo pax robustior oritur, vnde nobis ab aduer... ...durior pugna generatur. *idem ibid.*

Si Dei vocantur filii qui pacem faciunt, proculdubio Satanæ sunt ...qui Pacem confundunt. *in past.*

Quum pro te terrena Pax à corde cum proximo scinditur, liqui... ...apparet, quod res plus quam proximus amatur. *in hom.*

Sicut multum nocet, si vnitas desit bonis, ita valde est noxium si non desit malis. Si ergo peruersorum nequitia in pace iungitur, profecto eorum malis actibus robur augetur: quia quo sibi in malitia congruunt, eo se robustius bonorum afflictionibus illudunt *in Past.*

Melior est talis pugna, quæ Deo proximum facit, quam Pax illa, quæ separat à Deo. *Nazian. in Apol.*

Non timeas contra charitatem esse: si vnius scandalum, multorũ recompensaueris pace. Melius est enim vt pereat vnus, quam vnitas. *Bern. in ep.*

Pax hominibus bonæ voluntatis. Non bonæ, sed plane iniquæ voluntatis est, qui nequaquam pace contentus, superbo oculo, & insatiabili corde inquietus anhelat ad gloriam mundi, nec pacem perinde retinens, nec gloriam apprehendens. *sup. Cant.*

In tantum humanæ pacis Christus studuit concordiæ, vt vnitatis merito omnia quæ à Deo precanda sunt, impetranda esse confirmet: & vbi duo vel tres pari spiritu & voluntate collecti sunt, ibi se medium eorum pollicetur futurum. *Hilar. sup. Matth.*

Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est Opinio vnitatis: sed quis ambigit eam solam ecclesiæ atq; vnitam pacem esse quę Christi est? *idem contra Arianos ad Auxentium Libro.*

Concordia malorum, contraria est bonorum: & sicut optandum est, vt boni pacem habeant ad inuicem: ita optandum est, vt mali sint discordes. Impeditur enim iter bonorũ, si vnitas non diuiditur malorum *Isid. l.* 3. *de sum. bon.*

Pax quæ de ore prædicatoris profertur, aut requiescit in domo si in ea fuerit filius pacis: aut ad ipsum prædicatorem reuertitur tanquam fructus. *Raba. in Matth.*

Tunc est vera pax hominis & vera libertas, quando & caro animo iudice regitur, & animus Deo præside gubernatur. *Leo in sermon.*

Hæc est vera pax à Dei voluntate non diuidi, & in his, quæ solius Dei sunt, delectari, quando enim sensualitas nulla parte resistit voluntati, & voluntas nulla parte contradicit rationi, tunc est serenitas mentis, & tunc est regnum Dei. *ibid.*

Falsæ pacis tres sunt species. Est enim pax Æstimata, pax Simulata, pax Imperata. Dum enim inter seculares pacem quærimus, dum discordes ad concordiam reuocamus, æstimant sæculares, quod pacem inter nos habeamus: dum in vestimentis ouium foris eximus, & intus quasi lupi rapaces gregem simplicem furtim lacerando dispergimus, pacem simulamus, sed non habemus, dum vero prælati subditis imperant, & eos disciplinæ legibus non coarctant, solummodo pacem docent, & non tenent: æstimant pacem sæculares, simulant peruersi claustrales, imperant & non tenent lepidi pastores. Sic igitur æstimatur à nescientibus, simulatur à non habentibus, imperatur à non tenentibus: sed veræ pacis tres sunt species, scilicet pax probata, pax confirmata, pax certa. *Hugo de claustro animæ, lib.* 3. *cap.* 9.

Lingua quandoque pacem prædicat, sed sæpius turbat, quum autem habitus, cor & lingua concordant, pacem seruant: vbi vero dissoluta discurrit, pacem soluit. *ibid.*

Pax est concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas. *Cass. in Psal.*

Pax vera est concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis. *ibid.*

Quum enim peccatores videntur locupletes, multisque dominari populis, & in mundo non est quod timeant, pacem habere putantur: sed pax ista cum conscientia semper litigat, rixatur intrinsecus, & cum hostem non habeat, secum decertat. *ibid.*

Habeatis vnitatem spiritus in vinculo pacis, nec inueniri potest forma expressior conuersationis angelicæ, quam vnitas socialis. *ibi.*

In hoc enim gratia regis extollitur & seruatur, si in æquitate pacis populum dirigat, & in iustitiæ vigore conseruet. Hæc enim est bonarum artium mater decora: hæc mortalium genus reparabili successione multiplicans, facultates protendit, mores extollit, & tantarum rerum ignarus cognoscitur, qui enim minime quæsisse sentitur. *Cass. l.* 1. *Ep.*

Decet regalis apicis curiam, generalitatis custodire concordiam, quæ ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur. Quid est enim, quod principem melius prædicet, quam quietus populus, concors senatus, & tota respublica morum honestate vestita? *idem epist.* 11.

## ¶ Poetarvm Dicta.

Bacchylides in Pæanibus.

*Τίκτει δέ τε θνατοῖσιν εἰρήνη μεγάλα,*
*Πλοῦτον, καὶ μελιγλώσσων ἀοιδῶν ἄνθεα,*
*Δαιδαλίων τ' ἐπὶ βωμῶν θεοῖσι τίθενται βοῶν*
*Ξανθᾷ φλογὶ μηρίδας, εὐτρίχων τε μήλων,*
*Γυμνασίων τε νέοις αὐλῶν τε καὶ κώμων μέλει.*
*Res maximas mortalibus producit pax,*
*Nempe diuitias suauissimorum cantuum flores,*
*Hæc efficit, vt in pulchris Deorum aris boum mandentur*
*Flammis fuluis partes, & lanigerarum pecudum.*
*Hæc facit, vt gymnasia iuuenes, & tibias & conuiuia curent.*

Menand.

Menand.

Εἰρήνη γεωργὸν κἀν πέτραις τρέφει καλῶς.
Πόλεμος δ' κἀν πεδίῳ κακὸς ἔφυ.
*Pax agricolam vel inter ſaxeta bene nutrit:*
*Bellum autem etiam in campis malum eſt.*

Philemon in Pyrrho.

Οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
Περὶ τοῦ τό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλίσκεται χρόνος,
Τί ἐστιν ἀγαθόν, κ' οὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω
Τί ἐστι ἀρετὴν καὶ φρόνησιν φασὶ καὶ
Πλέκουσι ταῦτα μᾶλλον, ἢ τ' ἀγαθόν.
Ἐν ἀγρῷ διατρίβων, τήν τε γῆν σκάπτων ἐγώ.
Νῦν εὗρον εἰρήνης τίν', ὦ Ζεῦ φίλτατε,
Τῆς ἐπαφροδίτου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ
Γάμους, ἑορτάς, συγγενεῖς, παῖδας, φίλους
Πλοῦτον, ὑγίειαν, σῖτον, οἶνον, ἡδονήν.
Αὕτη δίδωσι ταῦτα πάντ' ἂν ἐκλίπῃ,
Τέθνηκε κοινῇ πᾶς, ὁ τῶν ζώντων βίος.
*Inquirunt (vt audio) philoſophi*
*Et multum in hoc abſumunt temporis:*
*Quidnam ſit bonum, nec dum vllus inuenit quid ſit*
*Alius virtutem, alius prudentiam, inquit, &*
*Hæc etiam intricant magis, quam quid bonum ſit.*
*At ruſticus ego, terramque fodiens.*
*Nunc bona quæ ſint Pacis inueni, ô Iupiter chariſſime!*
*Amabilis illius & benigniſſimæ Diuæ*
*Nuptias, feſta, cognatos, liberos, amicos,*
*Diuitias, ſanitatem, amorem, vinum, voluptatem,*
*Pax confert. Quod ſi omnia hæc defecerint,*
*Perijt omnis communiter viuentium vita.*

Euripid. tragicus poeta.

Ὅταν γὰρ ἔλθῃ πόλεμος εἰς ψῆφον λεώ
Οὐδεὶς ἔτ' οὐ θάνατον ἐκλογίζεται.
Τὸ δυστυχὲς δ' τοῦτ' εἰς ἄλλον ἐκτρέπει.
Εἰ δ' ἦν παρ' ὄμμα θάνατος ἐν ψήφου φορᾷ,
Οὐκ ἄν ποθ' Ἑλλὰς δοριμανὴς ἀπώλλυτο,
Καίτοι δυοῖν γὰρ πάντες ἄνθρωποι λόγοιν.
Τὸν κρείττον' ἴσμεν, καὶ τὰ χρηστὰ καὶ κακά.
Ὅσῳ τε πολέμου κρεῖττον εἰρήνη βροτοῖς,
Ἣ πρῶτα μὲν Μούσαις προσφιλεστάτη,
Ποινοῖσι δ' ἐχθρά, τέρπεται δ' εὐπαιδίᾳ,
Χαίρει δὲ πλούτῳ ταῦτ' ἀφέντες οἱ κακοὶ
Πολέμους ἀναιρούμεσθα καὶ τὸν ἥσσονα
Δουλούμεθ' ἄνδρες ἄνδρα, καὶ πόλις πόλιν.
*Quum de bello ſuſcipiendo ſuffragia fert populus,*
*Tum nullus mortem imminere ſibi cogitat,*
*Sed iſtud infortunium in alium conijcit.*
*Quod ſi mori ob oculos eſſet, dum feruntur ſuffragia,*
*Nunquam inſano belli amore capta periret Græcia.*
*Verum enim vere omnes homines duplici ſermone propoſito,*
*Meliorem dignoſcimus item bona & mala.*
*Et quantum bello potior ſit pax hominibus.*
*Quæ primum quidem Muſis eſt gratiſſima,*
*Aduerſa vero luctibus eſt, ſobolisque dexteritate gaudet:*
*Ac delectatur opibus: illis nos mali relictis*
*Bella præferimus, & inferiorem*
*Subijcimus viri virum, & ciuitas ciuitatem.*

Ariſtophanes ἐν ταῖς Νήσοις.

Ὦ μῶρε, ταῦτα πάντ' ἐν τῇδ' ἔνι,
Οἰκεῖν μὲν ἐν ἀγρῷ τοῦτον ἐν τῷ γηδίῳ
Ἀπαλλαγέντα τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων,
Κεκτημένον ζευγάριον οἰκεῖον βοοῖν,
Ἔπειτ' ἀκούειν προβάτων βληχωμένων,
Αἰγός τε φωνὴν εἰς λεκάνην ἀθουμένης,
Ὀψῶν δὲ χρῆσθαι, συνιδίοις τε καὶ κίχλαις,
Καὶ μὴ περιμένειν ἐν ἀγορᾷ ἰχθύδια
Τριταῖα πολυτίμητα βεβασανισμένα
Ἐπ' ἰχθυοπώλου χειρὶ παρανομωτάτῃ.
*O ſtulte, ſtulte, hæc omnia paci inſunt,*
*Vt ruri aliquis in prædio habitet.*
*Immunis à forenſibus negotijs,*
*Proprium poſſidens iugum boum,*
*Balantes & audiat oues,*
*Capræque vocem ad mulctram emulgendæ,*
*Obſonijs autem vtatur conchis & turdis,*
*Neque expectet in foro venales piſciculos*
*Triduanos, magni pretij contrectatos*
*Piſcium venditoris iniquiſſima manu.*

Tibull. 1. 10.

*Interea pax arua colat, pax candida primum*
*Duxit araturos ſub iuga curua boues.*
*Pax aluit vites & ſuccos condidit vuæ,*
*Funderet vt nato teſta paterna merum.*
*Pace bidens, vomerque vigent, at triſtia duri*
*Militis in tenebris occupat arma ſitus.*
*Ruſticus è lucoque vehit male ſobrius ipſe*
*Vxorem plauſtro progeniemque domum.*

Ouid. 2. Faſt.

*Sub iuga bos veniat, ſub terras ſemen aratas:*
*Pax Cererem nutrit pacis alumna Ceres.*

Sylius 11.

*Pax optima rerum.*
*Quas homini noviſſe datum eſt: pax vna triumphis*
*Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem:*
*Et ciues æquare potens.*

Ouid. 1. Faſt.

*Frondibus Actiacis comptos redimita capillos*
*Pax ades, & toto mitis in orbe mane.*
*Dum deſunt hoſtes, deſit quoque cauſa triumphis,*
*Tu ducibus bello gloria maior eris.*

Bapt. Mantuan. de pace.

*Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum,*
*Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli:*
*Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace.*
*Nil placidum eſt ſine pace Deo nec munus ad aram.*

Ouid Art. lib 3.

*Candida pax homines trux decet ira feras.*

Lucret. poeta lib. 5. de rerum natur.

*Nec facile eſt placidam ac pacatam degere vitam,*
*Qui violat factis communia fœdera pacis,*
*Et ſi non fallit cum genus humanumque,*
*Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet.*

Fauſtus Andrelinus in diſtichis.

*Securus placide mundus ſub pace,*
*Tranquillum eſt ſummi pax opus alma Dei,*
Pacem hic certam expectandam non eſſe.

Antholog Sacr.

*O patria! ô Diuûm tellus ſanctiſſima quiſnam*
*Donet vt æternos te fruar ipſe dies?*
*Lux tua nocte caret, luctu tua pura voluptas,*
*Pax tua non belli triſtia damna timet.*
*At contra hic cæcis horreſcunt cuncta tenebris:*
*Sæuaque cum miſero bella dolore vigent.*
*Nam neque pax cuiquam ſecum eſt, dum carne grauatur,*
*Aut ſi pax, bello pax ea deterior.*

## ¶ Sententiæ Philoſophicæ

Concordia ad amicitiam pertinere videtur: itaq; non eſt quod eadem ſententia: quandoquidem in iis etiam, qui [illegible] alteri ignotus ſit, ineſſe poteſt: nec concordes aiunt eos, qui [illegible] uis re idem ſentiunt, vt eos, qui de rebus cœleſtibus, [illegible] idem & vnum de iis rebus ſentire non ſit proprium amicitiæ [illegible] ciuitates in concordia eſſe tum dicuntur, cum de commodis [illegible] litatibus vnum idemq; ſentiunt & decernunt, quodque publice [illegible] cuerit, exequuntur. Ergo in gerendis rebus iis, quæ grauia [illegible] gua ſunt, quæque adeſſe poſſunt, vel vtriſque vel omnibus, con[illegible] dia conſiſtit: velut ciuitates concordes ſunt, quum placet [illegible] bus, magiſtratus deligendos eſſe, aut ineundam cum Lacedæmo niis ſocietatem, aut Pittacum Imperatorem eſſe, ſi etiam ipſe [illegible] at verò quum ſeipſum vterque, vt fit apud Phœniſſas, volunt [illegible] gi, tum ſeditio naſcitur. Non enim vnum idemq; intelligere [illegible] quale idcunque ſit, vnum & idem ſentire eſt, ſed idem in eodem [illegible] quum populus & optimates, & viros optimos volunt præeſſe Re publicæ. Sic enim omnes quod volunt, conſequuntur, [illegible] inter ipſos amicitia, concordia videtur, vt etiam celebratur [illegible] in commodis & vtilitatibus iis, quæ omnibus, quæ ad vitam [illegible] pertinent, qualis bonis inter bonos concordia eſt: ii enim [illegible] bus vnum idemque, & ipſi ſecum, & cum aliis ſentiunt, [illegible] cum eorum ſtent ſententiæ & voluntates, non more Euripi [illegible] ant. Recta etiam & vtilia ſibi proponunt, quorum commun[illegible] piditate ducuntur. At vero improbi vnum atq; idem, niſi ad breue & exiguum tempus, ſentire non poſſunt, ſicuti etiam amici [illegible] lent, quum in emolumentis ſua augendi cupiditate [illegible] ſint: iis enim in rebus, quæ laborem ſumptusque deſiderant, [illegible] ficio deficiunt. Quę quoniam ſibi quiſq; exoptat, proximum [illegible] que obſeruat & arcet: euertetur enim funditus Reſpublica, [illegible] mine conſeruetur, ex quo naſcuntur ſeditiones: dum alios [illegible] neceſſitatem afferunt, ipſi fungi officio nolunt. *Ariſt. in 9 Ethic.*

Nomen pacis dulce eſt, & ipſa res ſalutaris. Pax eſt tranquilla libertas.

Nam nec priuatos focos, nec publicas leges nec libertatis iu ra chara habere poteſt, quem diſcordia, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat: eumque ex numero hominum ejiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. Itaque ſiue Sylla, ſiue Marius, & ſiue quis alius ciuile bellum optauit, eum deteſtabilem ciuem Reipublicæ natum iudico. Nihil igitur hoc ciue, ni hil hoc homine tetrius, ſi aut ciuis, aut homo habendus eſt, qui

bellum concupiſcat. *Cicero in Philippicis.*

circumſpiciamus omnia, quæ populo grata ſunt, atq; iucun- tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam o periemus, *Cicero pro lege Agraria, contra Rullum Tribunum prope finem fere.*

qui ad ſapientes ſpectat quandoque bellum ſoluere, etiamſi intercesſerit offenſa. Nos vero cum vnanimiter ſentia- quid mirum, ſi pacem bello præferamus? quamvis iuſtius fuiſ- inuicem armis nunquam dimicaſſe. *Xenophon. lib. 6. rerum* [illegible]

Nihil pernicioſius ciuitati, quam diuiſio, vt nihil melius quam *Plat. de Rep.*

Noſtine igitur, omne quod eſt, tandiu manere atque erſi- quandiu ſit vnum, ſed interire atque diſſolui pariter atque eſſe deſierit. *Boetius libro quarto de philoſophica conſola-* [illegible]

pacem diligis, belli ne feceris mentionem. *Seneca lib. de mo-* [illegible]

Quietiſſimam vitam agerent homines in terra, ſi hæc duo natura omnium tollerent, Meum & Tuum. *idem de Bene-* [illegible]

pax, quæ aliis bonorum cauſa eſt, tantarum rerum, & tanti tu- nobis cauſa fuit, quid aliud id eſſe dixerit, prҫterquam quod acceptis, hi rem natura præclaram praue corruperunt. *de falſa legat. Demoſt.*

Proh Iupiter! eſtne aliquis recte ſapiens, qui ex verbis potius rebus pacem agentem, aut bellum gerentem ſecum æſtimet? profecto. *Ex orat. contra Philip.*

Nemo ita amens eſt, vt bellum quam pacem præoptet: nam in patres, in bello patres filios ſepeliunt. *Herod. l. 1.*

magis confirmatur ex bello, at ex otio non perinde periculo bello laceſſaris. *Thucyd. l. 1.*

Equidem cenſeo eam pacem quæ ſit inter cognatos & amicos eſ- tantiſſimam & honeſtiſſimam, quum omnis ira extincta & o- malis obliuioni mandatis, omnes ſibi inuicem ſine dolo, vl- roque, illatas & acceptas iniurias condonant. Minus vero ho- eam eſſe iudico in qua ipſa quidem populi multitudo cri- liberatur, ſed illi ſoli qui ſe mutuis iniuriis affecerunt co- iudicium ſubire, cauſam dicere & iure diſceptare. *Dionyſ.* [illegible]

otio foris omnia tranquilla ſunt, cura pacis concordiæ inteſtinæ cauſa eſt. *Liuius, Decad. 1. l. 3.*

pace per inteſtina arma non licet. *idem, l. 4.*

Quum exercitus Romanus, ſub P. Scipione, multis partis victo- Carthaginienſes clarus & Africæ formidabilis, de perſe- victoria & finiendo Punico bello cogitaret, Annibal qui ex ſuos protegendos reuocatus erat, quum vim, prudentiam ducis & exercitus aduerſarii metueret, Scipionem lon- ad ſtudium pacis deducere conatus eſt. Inter multa au- clara quæ ſequuntur effatus eſt, Scipionem pugnas & ab- victoriam ſperantem alloquens: Poteſt victoriam malle, pacem, animus. Noui vobis ſpiritus magnos magis quam & mihi talis aliquando fortuna affulſit. Quod ſi in ſecundis bonam quoque mentem darent dii, non ea ſolum quæ eue- ſed etiam ea quæ euenire poſſent, reputaremus. Vt omnium aliorum, ſatis ego documenti in omnes caſus ſum, modo caſtris inter Anienem atque vrbem veſtram poſitis, ac pe ſcandentem mœnia Romana videras, hic cernis duobus viris fratribus, clariſſimis imperatoribus, orbatum, ante prope obſeſſæ patriæ, quibus terrui veſtram vrbem, ea pro cantem. Maximæ cuique fortunæ minime credendum eſt. tuis rebus, noſtris dubiis, tibi ampla ac ſpecioſa danti eſt nobis petentibus magis neceſſaria quam honeſta. Melior tutior certa pax, quam ſperata victoria: hæc in tua, illa in deorum eſt. Ne tot annorum felicitatem in vnius horæ dederis diſcri- Cum tuas vires, tum vim fortunæ, martemque belli commu- propone animo. Vtrinque ferrum, corpora humana erunt, nus- minus quam in bello euentus reſpondet. Non tantum ad id, data pace iam habere potes, ſi prælio vincas, gloriæ adieceris, ademeris, ſi quid aduerſi eueniat. Simul parta ac ſperata vnius horæ fortuna euertere poteſt. Omnia in pace iungen- poteſtatis ſunt P. Corneli. tunc ea habenda fortuna erit, quam dederint. Inter pauca felicitatis virtutisque exempla, M. Attilius quondam in hac eadem terra fuiſſet, ſi victor pacem petentibus de- patribus noſtris, ſed non ſtatuendo tandem felicitati modum, cohibendo efferentem ſe fortunam, quanto altius elatus erat, eo corruit. *idem, Decad. 3. l. 10.*

Eſt eius qui dat, non qui petit conditiones dicere pacis. *ibi-* [illegible]

Multum, per quos petita ſit, ad fidem tuendæ pacis pertinet. *ibi-* [illegible]

Militares artes ſunt per otium ignotæ, induſtriosque ac ignauos in æquo tenet. *Tacitus, Annal. lib. 12.*

Pax & concordia victis vtiles, victoribus tantum pulchræ ſunt, *hiſt. l. 3.*

Quæ nimio pretio emitur, & vt potentior hoſtis reddatur, non eſt pax, ſed pactio ſeruitutis. *Zonar. in Arcad. & Hon.*

Qui imperium vrbium firmum habere ſtudet, ciues clariores alio transferet. Nam vulgus per ſe nouis rebus non ſtudebit. *Zonar. in Baſil.*

Longæ ſecuritas pacis, homines partim ad delectationem ocii, partim ad ciuilia traducit officia. *Veget. l. 1. c. 28.*

Pax colenda eſt, vbi Dei iacturam non facimus: rurſus bellum gerendum, vbi religio periclitatur. *G. Pachymer. hiſtor. libro quinto.*

Pax non fortuito, ſed ratione & oratione conciliatur. *idem, libro ſexto.*

Bonum eſſe pacem apud omnes homines in confeſſo eſt, quibus paululum rationis exiſtit: ſi quis autem ipſam turbare ſit inuentus, malorum cauſa ſibi ac proximis fuerit. *Procop. de bell. Perſ. lib 1.*

Pacis fœdera ſoluere, nihil aliud eſſe quis dixerit quam hominū cultum in ferarum vitam commutare. Nam ſi diſſidentes inter ſe nunquam conuenirent, infinitum omnino bellum eſſe: quod ſi finem non eſt habiturum, de ſtatu hominum ac naturæ eos, qui in illo occupantur, eſt decorum dimouere. *Idem. l. 2.*

Pro acquirenda plurimorum ſalute oportet potius decertare, quam ſuper incertis & inuiſibilibus locupletari. Gratius enim eſt Deo, plures potius ſaluare quam paucos. Porro damnum in pluribus pati propter medium lucrum, primæ dementiæ eſt. *P. Diacon. in Michaele.*

Nihil eſt aut omnino accepturus, aut auribus ſuauis, quam de pace & beneuolentia verba facere. Irrepit enim, neſcio quo modo, ſenſus noſtros, ac vehementer retinet, totosque bene artis permouet. Eſt enim inſitus natura mortalibus pacis & ocii amor: ſed aut mala conſuetudine, aut nimia cupiditate nonnunquam ex animis noſtris elabitur. Quæ poſtea ſi quando renouatur, multo ſit profecto dulcior atque iucundior neceſſe eſt. *B. Facius, hiſtor. libro nono.*

Pax non modo ipſa dulcis eſt, ſed etiam ipſius nomen blandum ac ſuaue: tum res ipſa, vt ſapientes dicere audio, ſalutaris. Hac enim agri, hac vrbes, hac res priuatæ, hac reſpublicæ, hac denique regna conſtituuntur & conſeruantur. Mihi quidem ita ſemper viſum eſt, ſi pacem negligerent, hos ſummam hominum felicitatem haud ſatis cognoſcere. Totius enim felicitatis fructus eſt pax. Quid enim proderat diſperſos homines eloquentia conciliaſſe, niſi conciliatos pax ipſa in ſocietate & charitate contineret? *idem, ibidem.*

Pax & ocium finis eſt qui bella gerentibus proponi ſolet. *Idem, ibidem.*

Quum ſuſpicionibus liberat, quum periculum non auget, quum quieſcendi & ſumptuum minuendorum facultatem adfert, pax expetenda ſanctaque eſt: ſed quum omnia parit contraria, ſub inſidioſo pacis nomine bellum latet, & ſalutaris medicamenti ſpecie peſtilens venenum. *Fr. Guicciard. hiſt. l. 15.*

Nihil ſanctius, nihil magis neceſſarium, nihil Deo gratius communi inter Chriſtianos principes pace futurum video, ſine hac enim religionem, pietatem, & hominum mores in apertiſſimā perniciem ruere vel manibus tangi poteſt. *Idem, l. 16.*

Equidem ita exiſtimo fugiendum quidem eſſe bellum: non tamen ita fugiendum, vt omnia, ne in id incidamus, ſuſtinere perpetique velimus. Quid enim vel æquabilitatem in republica, vel fiduciam, vel libertatis iucundiſſimum nomen laudaremus, ſi nihil omnino eſſet paci anteponendum? Sed neque Thebanos laudamus, quod tempore Medici belli, vt à communi Græciæ periculo eſſent immunes, ea per formidinem elegere, de quibus poſtea periclitati ſunt. Neque Pindaro aſſentimur, qui in poematibus ſuis ciues hortatur, vt cæteris omnibus poſtpoſitis pacem duntaxat & tranquillitatem amplectantur: ac pacem magnifice ſcrutatus definit eſſe quietis terminum, & ſplendidam lucem. Verum cum ſe perſuabiliter dixiſſe putaret, paulo poſt repertus eſt omnium turpiſſimam ac nocentiſſimam protuliſſe ſententiam. Pax enim, ſi iuſta & honeſta ſit, res eſt certe omnium rerum pulcherrima atque optima. Nihil tamen eſt aut faciendum iniuſte, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus. *Polyb. lib. 4.*

Stabilius diſſoluuntur magnæ inimicitiæ, cum æquales adhuc pacem faciunt, non quando altera pars ſe vlta eſt, & plura obtinens alteram cogit pacis conditiones petere aut accipere: ſed cum modeſte offert pacem etiam dum poteſt pugnare, & vincit moderatione atque manſuetudine præter expectationem. Nam altera pars cum agnoſcit ſe non debere pugnare, tanquam vi coactam, ſed mutuam gratiam debere, pudore mouetur, vt conſtantiam præſtet in pacto: ac magis hoc faciunt homines erga maiores aduerſarios quam minores, libentius enim cedunt vltro cedentibus: ſed contra ſuperbos ſuſtinent pericula etiam præter opinionem. *Thucyd. l. 4.*

Non conſentaneum eſt, vt pax vera exiſtimetur, quando neque redduntur, neque viciſſim accipiuntur ea quæ ſicut conuenit reddi debebant. *Idem, l. 5.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Soluunt pacem,non qui bellum primo mouent, ſed qui per inſidias fœderum tempore arma capiunt. Nam illi qui non eſt cauſa belli,retrectare licet,æquu mque ab iniuria diſcedere. *Procop. de bell. Perſ. lib. 2.*

Ne q; naturæ neq; conſuetudinis noſtræ eſt (dictum Alphonſi regis) petentibus pacem negare: idque ſemper inhumanum atque impium duxi. Quis enim tam demens eſt, qui ſi poſſit pace frui malit bello contendere? *B. Facius, hiſt. l. 8.*

Cum ad famam primi Balduini defuncti Euſtachius eius reliquus frater, Comes Bononienſis, vt in regnum fratri ſuccederet, iter in greſſus Brunduſium iam perueniſſet, inde in Orientem ſoluturus: vbi Rhenenſem virum fortiſſimum in defuncti locum ſuffectum regem accepit, authoribus amicis, vt ire pergeret, illum enim neque viribus neque cauſa parem futurum: Deus meliorem inquit, mentem mihi det, quam vt regnum cruore meorum Chriſto redditum, per me, domeſticis bellis antequam coaleſcat euertatur. *P. Æmyl. l. 5.*

Pax bello magis confirmatur, otium vero ſemper belli metum & periculum coniunctum habet. *Thucyd. l. 1.*

Nonne videtis in ſecundis & aduerſis rebus quietem vtiliorem eſſe, & ad retinendas res ſecundas, & ad medendas aduerſas: nec non in pace dignitatem aliaque bona eſſe ſine periculo: *idem, l. 4.*

Si Regum atque Imperatorum animi virtus in pace, ita vt in bello, valeret, æqualius atq; conſtantius ſeſe res humanæ haberent, neque aliud alio ferri, neq; mutari ac miſceri omnia cerneres. *Salluſt. de coniu. Catil.*

In pace & rebus ſecundis vniuerſæ ciuitates & priuati homines mentem ſaniorem gerunt. Quia non cogit neceſſitas quærere vitæ præſidia malis modis. Sed bellum copiam quotidiani victus ſubtrahens, violentus magiſter eſt, & ad præſentes occaſiones multorum impetus incitat. *Thucyd. l. 3.*

Quod aliquando bella inter homines oriantur, rurſusq; diſſoluantur, omnes nouimus. Nos vero pacis deſiderio, ſi non nunc at aliquando tenebimur. Cur igitur potius tempus illud expectandum, quo vexati belloque defeſſi pacem concupiſcamus, non iam integri & nulla oppreſſi clade eam amplectemur? Neq; enim illos laudandos cenſeo, qui in certaminibus ſæpius victoriam ac gloriam retulerunt; & tamen ita certare pergunt, vt non antea deſiſtant quam victi artem relinquant. Neq; aleatores, qui vna iactura facta de duplo periclitantur: iſtorum enim plærosq; cernimus ad extremam redigi inopiam. Quæ & nos conſiderare decet, nec vnquam eo certaminis deſcendere, vt aut cuncta capienda, aut cuncta ſint nobis amittenda: ſed potius, dum & viribus vegeti, & fortuna florentes ſumus, inter nos amicitiam contrahamus: eo enim pacto & nos per vos, & vos per nos potentiores, quam ſeculis ſuperioribus imperabimus. *Xen. de reb. geſt. Gr. l. 6.*

Pacis tractatio prudentibus atque fidis hominibus eſt committenda. Eos à legatione reuerſos audiat Princeps, ac ſolus: ne ſi minus iucunda renuncient, pauorem ea res atque metum inferat, multitudini. Sunt enim omnes cupidi rerum nouarum: & non deſunt qui quum familiariter norint legatos, audent ſibi polliceri, fore, vt omnia reſciſcant. Verum ſi iudicio ſint præditi illi, cauebunt modis omnibus, ne quid efferant, quod vel alienationem animis, vel trepidationem excitare poſſit. Hoc ideo mihi dicendum fuit, quod Principes à ſuis non raro circumueniri ſciam in eiuſmodi actionibus, illos præſertim, qui præ faſtu & arrogantia quæ ſit aliorum ſententia nõ auſcultant. Nam qui ſe demittunt, ac libenter aliorum iudicia cognoſcunt, ij minus falluntur. *Ph. Comin. l. 1.*

Eſt apud nos quotidiano ſermone tritum prouerbium, quo dicitur, in ſplendidiſſimis etiam epulis exiſtere ſemper aliquos, qui minus bene tractentur. Idem vſuuenit in principum de pace tractationibus, dum alii quod volunt adipiſcuntur, alii ſpe & expectatione decidunt. *idem, l. 2.*

### De ſpe pacis. DIAL. CV.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAVD.

Spero pacem. R. Melius eſt pacem ſeruare, quam ſperare. Stulti enim eſt faſtidire res certas, ambiguas ſpes amplecti. G. Pacem ſpero. R. Tenuiſſes eam arctius, nec abire ſineres, quam ſperares. Quid enim, ſi ad hanc ſpem impatientia te duxit tua, vt ſperando angi eligeres, quo gaudendo vti poteras. G. Pacem ſpero. R. Spes pacis multos perdidit, ſperatæque paci ſuccedens inſperata calamitas incautos obruit ſopitosque, quos expertos inueniens non læſiſſet. G. Spero pacem. R. Quid tam diu ſperas, quod mox aſſequi in tua ſitum manu eſt? Rari ſunt qui pacem non inueniant, ſi bona fide velle cœperint. Sed hi ipſi, quibus dulce nomen pacis, pax amara eſt. Pacem itaq; petentes, paci obſtant. Quatuor vobiſcum habitant pacis hoſtes; Auaritia, Inuidia, Ira, Superbia. Has in æternum exilium pellite, pax æterna erit. G. Spes pacis haud dubia eſt. R. Inter ſpem pacis & pacem multa incidunt, leue verbum, geſtus facilis compoſitam ſæpe turbauit pacem, ipſi tractatus pacificique ſermones ferro ſępe franguntur, animosq; acuit, bellumq; aſperat pacis ſpes. Sic amicitiæ mentionẽ irritam quaſi cotem dixeris odiorum. G. De pace igitur pax erit. R.
De pace crebro nequicquam agitur, nonnunquam vero [illegible]
de pace agebant, atq; egerant Gallorum & Pœnorum duces, [illegible]
do illos Camillus oppreſſit, hos Scipio. G. Poſt belli finem pa[illegible]
bitur. R. Quanto firmata eſſet vtilius ante belli principium, [illegible]
damnis, ac mortibus tempeſtiua pace eſſet occurſum. Sed vo[illegible]
contumaces ac dyſcoli ſine verberibus non ſapitis, in pace bell[illegible]
bello pacem quæritis, neq; vnquam niſi bello afflicti pacem [illegible]
ſcere incipitis, vel amare, eamq; vt perditam fletis, ſic mox [illegible]
pari leuitate contemnitis, donec vos iterum atq; iterum [illegible]
doceat bona veſtra non ſpernere, mala veſtra non cupere, [illegible]
non ineptire, non furere, quod antequam aſſequamini, [illegible]
piſſime idem vobis audiendum nec audiſſe ſat eſt: Sæpiſſime [illegible]
dum, & experiendum, dicam proprie, vt diſcatis aliquid, [illegible]
pulandum eſt. G. Bellum pax ſequetur. R. Melius præc[illegible]
iter obſtructura, nihil inſanius quam ſpe remedii vltro vulne[illegible]
offerre: auxilium non cauſam dant fomenta vulneribus, æg[illegible]
tem optare natura eſt, ſano ægritudinem ſpe ſalutis inſan[illegible]
futura eſt. R. Solet pax vrbibus mutationem rerum afferre [illegible]
ram Optima quidem ipſa, ſed peſſimis circumuoluta com[illegible]
quis legibus, fluxibus moribus, occultis odiis, aperta tyranni[illegible]
cordare, quid ciuili olim bello præſagus ille dixerit: nec fe[illegible]
*res quid prodeſt poſcere pacem? Cum domino pax iſta venit.* [illegible]
eſt autem bellicoſa libertas viris fortibus, quam pacifica ſeru[illegible]
Pacem habeo. R. Interim bellum habes.

### De pace, & iudiciis. DIAL. CVI.

GAVD.

Pacem habeo. R. Bonum ingens, ſi ſincerum eſſet, atque [illegible]
tuum, neutrum ſane eſt. Nam neque nouum eſt, ſed [illegible]
miſque cotidianum eſt, vt ſub vmbra pacis bellum lateat [illegible]
cem, quamvis puram, diuturnam ſinit amorum inſtabili[illegible]
aſſidue non minus quam cum hoſte pugnantium. G. Pax qu[illegible]
R. Sed amiſſa eſt cautio & diſciplina militaris fida [illegible]
quæſita autem lenta ſegnities, & ſemper periculoſa ſecur[illegible]
in multis nempe ſit melior bello pax, in hoc vno bellum [illegible]
quod cautius atq; experientius. Nunquam Romana [illegible]
ſi bellum Carthaginenſe manſiſſet. Pax Punica Romana [illegible]
dium fuit, vrbibusque aliis documentum ſempiternum [illegible]
populis, atq; imperiis optimam pacem eſſe, idq; vir op[illegible]
male non ſibi creditum iurabit, & vera locutum doc[illegible]
buntur. G. Pacem habeo. R. Modeſte vtere. Bello quolibet [illegible]
pax ſuperba & negligens. Sæpe armati inter gladios [illegible]
in gladios inciderunt, & ſeris votis optauere bellum. Q[illegible]
morum, atq; ipſius humanitatis interitum loquar? Q[illegible]
viri optimi pace peſſimi euaſere? quaſi tum armis om[illegible]
exuti virtutem mox cum toga vitia omnia induiſſent. S[illegible]
habitus cum exteriore mutatus eſt. Cuius quidem re, [illegible]
millia hominum in teſtimonium trahi poſſunt, tamen [illegible]
fecerint teſtes duo, Sylla & Marius, quorum primum [illegible]
bitur) neq; laudare, neque vituperare, quiſquam ſatis [illegible]
qui dum quatit victorias, Scipionem ſe populo Romano [illegible]
cet ſæuitiam, Annibalem repræſentauit. Secundus vero [illegible]
de illo itidem ſcriptum eſt, cuius ſi examinentur cum [illegible]
tia, haud facile ſit dictu, vtrum bello melior, an pace pe[illegible]
fuerit, adeo quam Rempubl. armatus ſeruauit, eam [illegible]
omni genere fraudis, poſtremo armis hoſtiliter euert[illegible]
patriæ partam lætor. R. Quid ſi pax interdum, quod [illegible]
ptimum eſt, extinguit nutritq; quod peſſimum? Norunt [illegible]
tyrici, qui cum de cauſis priſcæ illius Romanæ virtutis [illegible]
ſet, inter quas eſt & proximus vrbi Annibal, ad extremum [illegible]
*Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis. Luxuria* [illegible]
*victumq; vlciſcitur orbem.* Eſtne, ait (oro te) vlla pax [illegible]
dioſa ſit viris egregiis comitante luxuria? Certe aliis [illegible]
poſitis licet armis, pax videri nequit, vbi bello domeſtico [illegible]
inſidioſiſſimo, & carente induciis, oppugnantur animi, [illegible]
in exilium pelluntur, voluptates imperant, virtus oppr[illegible]
firma eſt. R. Et pacis comites licentia ac libido, & (vt dixi) [illegible]
nec pauciora, nec minora quam belli. Illa enim corpori[illegible]
mis peſtem ferunt, ſæpe etiam corporibus. Itaque [illegible]
cior quam toga, campusq; ſecurior quam thalamus, [illegible]
biæ, ſol quam vmbra. Sunt, quibus nil tutius bello ſit, quod [illegible]
Cæſarem prædicantem de ſe ſuiſque militibus audiſſi. Pacem [illegible]
fine vitiis veniret, & cœleſte munus, & ſecundum nulli [illegible]
teor. Raro autem ſine vitiis venit. G. Sed feci inducias. R. [illegible]
ſti ſpatium ad colligendas vires, quibus fortius te feriret. G. [illegible]
habeo. R. Cognatæ induciis inſidiæ ſunt. Multa per inſidias [illegible]
ter fieri vides, plura etiam facta legis, vt nil aliud belli [illegible]
tius agitantur, liberius contrahuntur auxilia. Quoſdam bello [illegible]
ctos induciæ confecere. G. Sunt mihi cum hoſtibus induciæ [illegible]
uum tempus, nec pace lætum, nec bellis exercitum, ſed [illegible]
vtrumq; pulſum fluctibus, vbi & tumor paci obſtat, & tumor [illegible]
neſcio an ſit grauius pendere quam tuere, reſpirandi tempus [illegible]
fatigati eſt. Miſeri autem & inſani eſt nec pacem pati poſſe, [illegible]
lum.

## ¶ Apophthegmata Sacra.

De bono pacis & diſcordiarum fontibus vide, *Prou.*15.17. & 17.1. ...22. *Item Eccl.*4.6.

...*Chriſti* Domini noſtri dicta de pace cum Deo, nobiſcum & proximis habes. *Matth.*5.9. *Ioan.*14.27. & 16.33. *Marc.*9.50.

*Paulus Apoſtolus*. Deus non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. 1 *Cor.* ... Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. 2. ... Pacem ſequimini cum omnibus, ſine qua Deum nemo videbit. *Heb.*12.14.

*Petrus Apoſtolus*. Qui diligit vitam, & vult videre dies bonos, declinet à malo & faciat bonum: inquirat pacem, & perſequatur eam, ...3.11. ex *Pſal.*34.14. ex Zacharia, *cap.* 8.19. vbi nos iubet veritatem & pacem diligere.

*Ioannis* apoſtoli epiſtola prima catholica tota fere in eo eſt, vt ...atem & pacem Chriſti membris commendet & perſuadeat.

*Gr. Nazianzenus*, epiſcopos ſui temporis ad pacem & concordiam hortatus, ſubiiciebat: Si vobis vllo modo diſſidii cauſa ſum, Ionam prophetam integritate vitæ non ſupero. Proiicite me in mare, ...tumultum tempeſtate agitari deſinetis. Quicquid vobis viſum ...tametſi à culpa immunis, libenter perpetiar: ſiquidem hac ratione concordia veſtra repræſentari ac reſarciri poſſit. Throno ex... vrbe eiicite. Tantum veritatem & pacem, vt cum Zacharia ...amate. Valete ſacri paſtores, meorumque laborum memoriam perpetuam conſeruate. His dictis è concilio Canſtantinopoli... receſſit, in Cappadociam (vbi diem extremum clauſit, porre... ...*Gr. presbyter in vita Gr. Nazianzeni*.

*...* Ego tum demum, inquit obtinere debere nos & nomen ...ipſum pacis cenſeo, cum ſanctorum ſententiis non aduerſa... ...que illorum decretis repugnamus. *Niceph. hiſt. eccl. lib.* 14. ...

*...anus imp.* Ego, inquit, contentionem odio proſequor: eos qui ...colunt & quærunt complector amore, veneror que. *Socrat.* ...*l.*3.*c.*21.

*...ardus Clar. Abbas.* Ægrotans ad mortem ſuis inter multa ...: Tria vobis imitanda commendo quæ in ſtadio quo cucurri pro poſſibilitate mea memini obſeruaſſe. 1. Minus ſenſui ...quam alterius credidi. 2. Læſus de lædente vindictam non ex... 3. Nemini ſcandalum facere volui: & ſi quando incidit, ſe... ...potui. Quidam diſticho hæc exprimere voluiſſe videtur ...

*Nullum turbaui, diſcordes pacificaui.*
*Læſus ſuſtinui, nec mihi complacui.*

## ¶ Apophthegmata.

*...* à Cyro captus, hoc argumento pacem bello prætulit, ...pacis tempore filii ſepelirent patres, in bello contra patres ſe... ...liberos. *Eraſ. l.*6. *apoph.*

*...minondas.* Meneclides inuidens Epaminondæ gloriæ ſuaſit ...vt pacem haberent bello potiorem. Cui Epaminondas: Fal... ...ciues tuos, qui otii nomine eos ad ſeruitutem vocas. Pax ...bello paratur: nec eam tueri licet, niſi ciues ſint ad bellum in... ...*Plut.*

*...ponius Atticus* in funere matris, quam extulit nonagenariã, ...annos ſexaginta ſeptem, gloriatus eſt, quod nunquam ...matre in gratiam rediiſſet, nunquam cum ſorore fuiſſet in ſi... ...quam prope æqualem habuit. Hanc vocem ſe ab ipſo au... ...ſcripſit Cornelius Nepos. Plus autem eſt: non ſed ſic in gratiã, ...non fuiſſe in ſimultate. Matrem nunquam offenderat: inter ...& ſororem, etiam ſi quid incidit offenſarum, nunquam exie... ...ſimultatem: quæ tamen inter fratres & ſorores frequenter ...ſolent exiſtere. *Eraſ. l.*6. *apoph.*

*Probus Imper.* dixiſſe fertur; breui milites neceſſarios non habebi... Sperabat tantam pacem, vt nihil opus eſſet exercitu. Hanc ...vtinam Deus immittat omnibus noſtri ſeculi principibus. *...Vopiſcus.*

*...ilo.* De pace, huius ſcite dicta ſunt hæc: Pax vel cum magno da... coniuncta vtilior bello. Ex recta perfectorum adminiſtratio... ...mum bonum eſt, & diuinum: quod nullus mortalium præ... ...poteſt. *Aut ſer. de Charitate & Pace.*

*Antoninus Pius* adamabat illam Scipionis celebratiſſimam ſen... ...iam, ſubinde dicens; Se malle vnum ſeruare ciuem quam mille ...ſes occidere: Pacem videlicet bello præferens: & in ipſo bello ten... ...hanc oportere primam eſſe ducis curam, vt quam minima ci... ...ſtura pareretur victoria *Iulius Capitolinus.*

*Otho Imperator*, quum videret aut deponendum imperium, aut ...ciuium ſtrage tuendum, ſtatuerat ſponte mori, & amicis ac ...bus hortantibus, ne tam cito de belli euentu deſperaret: nega... ...ſibi ſuam vitam eſſe tanti, vt hac de cauſa bellum ciuile naſcere... ...Quis non miretur hunc animum in principe ethnico, eoq; tri... ...tres annos nato? *Eraſ. l.*6. *apoph.*

*Alphonſus*, Ludouico Podio (quo propter eius ſingularem ...gentiam ac fidem, perpetuo fere oratore in Italia vſus eſt) re... ...ante, pro pace, quam Venetis & Florentinis daturus eſſe. plus quam ducenta millia aureorum extorqueri poſſe, reſpondit; Pacem dare ſe, non vendere ſolitum eſſe. *Panorm. lib* 3 *de rebus geſtis Alphonſi.*

*Idem*, quum eſſet Valentiæ, appulerunt eo loci Caroli Francorum regis legati, magnopere eum rogantes, ne per id tempus quo rex eorum bello Britannico implicitus eſſet, contra ſe bellum aliquod ſuſcitaret (quam maxime enim verebatur Carolus, ne Alphonſus captato tempore & occaſione, eum armis laceſſeret, propterea quod ius aut titulum prætenderet in eam partem Galliæ Narbonenſis, quam incolæ ſua lingua Occitanam vocant) reſpondit rex; Etſi certe ſcio, plures Narbonenſis Galliæ ciuitates ad Aragoniæ regnum pertinere, quas Carolus rex iampridem occupatas detineat: nihilominus tamen hoc tempore, quo illum intelligo bello ſuperatum, & à Britannis protritum eſſe, nequaquam me arma contra profligatum regem ſumpturum eſſe vobis affirmo: neq; eo animo eſſe, vt quod maiores mei in Caroli proſperitate non petierunt, ego in eius repetam calamitate. *Ant. Panor. de reb. geſtis Alphonſi, & Æneas Syluius de eius dictis.*

## ¶ Similitvdines.

*Gregorij Nyſſeni*. Quemadmodum bona valetudine reuerſa morbus euaneſcit, & lumine apparente non relinquuntur tenebræ: Sic & pace præſente & ſe prodente omnes aduerſarii perturbationes diſſoluuntur. *Apud Anton.*

*Senecæ.* Quemadmodum Neptuno plus debere ſe iudicat ex his, qui eadem tranquillitate vſi ſunt, qui plura & pretioſiora illo mari vexit: animoſius à mercatore quam à vectore ſoluitur votum: & ex ipſis mercatoribus effuſus gratus eſt, qui odores & purpuras, & auro penſanda portabat, quam qui viliſſima quæque & ſaburræ loco futura congeſſerat: Sic huius pacis beneficium ad omnes pertinens, altius ad eos peruenit, qui illa bene vtuntur *lib.*2. *epiſt* 74.

*Roterodami.* Quædam remedia triſtiora ſunt ipſo morbo, vt ſatius ſit oppetere mortem, quam his aucupari ſalutem: velut ſugere ſanguinem è vulnere recenti gladiatorum morientium: Ita quandoque ſatius eſt ferre iniuriam, quam maiore incommodo vlciſci: ferre pacem, etiamſi parum commodam aut æquam, quam bellum cum immenſis malis ſuſcipere. *in ſimil.*

## ¶ Exempla Biblica.

Pacis fœdere initæ *exempla:* Iſaac & Abimelech, *Gen.* 26. 25. Ioſua & Gabaonitæ, *Ioſ* 9.15 Iſraelitæ, 22. 30. Azor & Haber, *Iudic.* 4. 17. Iſrael & Amorrhæus, 1. *Sam.*7.14. Syri & Iſraelitæ, 2. *Sam.* 10. & 10. Salomon & Hiram, 1. *Reg.*4. 24. & 5. 12. Ioſaphath & Rex Iſrael, 22. 45. 2. *Paral.*20 30. Bethuſura cum Antiocho, &c. 1. *Macch* 6. 49. 58. 61 &c. Simon dux, 11. *v.*50. & 14. 11. Pacis redemptæ *exempla:* Aſa, 1. *Reg.* 15. & 16. 17. 18. &c. Ioas Rex Iuda. 2. *Reg.*12. 18. pacis fructus, 2. *Cor.* 13. *v.*11. *Vide Concordia.* Pacis à Deo datæ *Exempla*, Salomon, 1. *Reg* 5. 3. & 8. 56. Dauid, 1. *Chron* 22. 17. 18. Aſa, 2. *Chron.*14. 8.

Pacta ſunt ſeruanda, *exempla*: Ioſuah, *Ioſ.*6. 25. Dauid, 1. *Sam.*24. 22. 23. 1. *Reg.*2. 8. Michæas, 2. *Paral.*18. 13.

## ¶ Historica Exempla.

*Scylurus Scytha* octoginta liberos maſculos habens, quum eſſet moriturus, faſciculum iaculorum ſingulis porrexit, iuſſitq; rumpere. Id cum recuſaſſent, eo quod videretur impoſſibile, ipſe ſingula iacula exemit, atque ita facile confregit omnia, filios admonens his verbis Si concordes eritis, validi inuictique manebitis: contra, ſi diſſidiis & ſeditione diſtrahemini, imbecilles eritis, & expugnatu faciles. Non potuit Scytha magis ſcite rem ob oculos ponere. *Eraſm. l.*5. *apoph.*

*Leo Byzantius*, auditor Platonis, ſophiſta nobilis Philippo Macedonum Regi contra Byzantium venienti occurrens; Dic age, inquit, Philippe, quæ te cauſa trahit oppugnatum mœnia noſtra? At ille; Amor, inquit, patriæ tuæ, qua vt potiar, veni. Leo excipiens; Atqui, reſpondit, non inſtrumento bellico, ſed muſico amantibus eſt opus: Quo dicto ducem à bello Byzantino auertit.

Quum *Demoſthenes* multa ſuper bello ad Athenienſes, Leo vero pauca apud Philippum verba feciſſet. Poſt hæc cum Athenas legatus miſſus eſſet, agitatamque videret inter eos longa contentione ſeditionem, in concionem aſcendens riſum populo excitauit, obeſus admodum ventricoſuſque apparens. At ille nihilo magis perturbatus; Quid ridetis, inquit, Athenienſes, quod vobis videor pinguis? Scitote mihi vxorem longe pinguiſſimam eſſe, taleſq; ac tantos, cum ſumus concordes, breuis admodum lectus capit: diſcordes ne tota quidem domus. Quod ſane verbum tempeſtiue loco accommodatum populum paci reſtituit. *Philoſtratus hæc, quæ inde Volaterranus ſe vertiſſe refert lib.*16. *anthropologiæ.*

## ¶ Hieroglyphicvm.

In Æthiopia tantam aiunt Anguium vim conuenire, conuoluique in gyrum inuicem, vt montis ſpeciem procul aſpicientibus reddant: cuiuſmodi quidem complexus Anguium, & frugiferarum concordia cauſa, vt Plinius inquit, videtur eſſe quare exteræ gentes *Caduceum in Pacis argumentum circumdata effigie an-*

*guium* fecerint: neque enim criſtatos eſſe in caducco mos eſt. *Pier. Val.lib.*15.*pag.*145.C.

### ¶ Emblemata.

Ex bello pax.

Andreæ Alciati. Emblema clxxvii.

*En galea, intrepidus quam miles geſſerat, & quæ*
*Sæpius hoſtili ſparſa cruore fuit:*
*Parta pace apibus tenuis conceſſit in vſum*
*Alueoli, atq; fauos, grataq; mella gerit.*
*Arma procul iaceant: fas ſic tunc ſumere bellum,*
*Quando aliter pacis non poteſ arte frui.*

Pax.

Emblema clxxvi.

*Turrigeris humeris, dentis quoque barrus eburni,*
*Qui ſuperare ferox Martia bella ſolet:*
*Suppoſuit nunc colla iugo, ſtimulisq; ſub[illegible]*
*Cæſareos currus ad pia templa vehit.*
*Vel fera cognoſcit concordes vndiq; gentes,*
*Proiectisq; armis munia pacis obit.*

Ex pace vbertas.

Emblema clxxviii.

*Grandibus ex ſpicis tenues contexe corollas,*
*Quas circum alterno palmite vitis eat.*
*His compta Alcyones tranquilli in marmoris vnda*
*Nidificant, pullos inuolucresq; fouent.*
*Lætus erit Cereri, Baccho quoq; fertilis annus,*
*Æquorei ſi rex alitis inſtar erit.*

### ¶ Fabula.

Vulpes & Anguis.

Famelica vulpes, cibum quærens ſibi, diſcurrebat per ſyluas & campos, ac forte calcauit anguem, à quo icta cum eſſet, magno dolore & indignatione concitata, morſu illum ſauciat, atque ita læſi ambo, tum quidem diſcedunt, medicinam quæſituri vulneribus ſuis. Poſt annos aliquot obuiam factus anguis vulpi, animo memori & cupido vindictæ, callide vulpem verbis aggreditur, & quantam, inquit, triſtitiam cepi de diſſidio noſtro, neque quicquam ex illo tempore, quo ſimultas inter nos extitit, maiori mihi curæ fuit, quam vt gratia noſtra reconciliaretur, ac poſt illa, te quidem nunc video primum. Quare ſi videtur, obliuiſcamur priorum, & amicitiam recolamus, interque nos amanter complectamur, qui pridem hoſtiliter appetimus. Quid enim magis omnibus mortalibus, cuiuſcunque generis ac conditionis, expetendum, quam pax & concordia? Quæ alia res melior, vtilior, iucundior eſſe poſſit: Hæc omnia & conſeruat, præſtatq; incolumia ac ſalua, & auget atque bonis multiplicibus complet. Hæc vere illa eſt, quæ opes, diuitias, vitam denique ipſam, & parat, & nutrit atque educat. Et quid multis opus? Nullum eſt bonum in terris pacis bono præſtantius, neque optabilius. Atque hæc locutus ad oſculum ſe erigere anguis & vulpi oculis adblandiri. Illa vero angui non credidit, quem ſciret natura eſſe implacabilem, & cum ſæuum tum etiam malitioſum. Itaq; tum auerſata: Sic, vt loquere, eſt, inquit. Sed vt pace vera nihil melius, ita ficta deterrima res eſt rerum omnium. Hoc enim venenum quadam dulcedine opinionis pacificæ conditum: & non vitatur, & hauſtum ſubito necat. Neque vllæ poſſunt inimicitiæ & bellum tam nocere, quam ſimulata beneuolentia & pax. Hæc publicas & priuatas res, hæc ſalutem, dignitatem, vitam, fortunaſque euertit ac peſſundat, nihil metuentium & ſecurorum. Nam inimico & hoſti nemo credit: ideoque ab his non fallitur, neque decipitur quiſquam. Sed illa fucata verba, & ſpecies honeſtiſſima bonitatis, ea in fraudem imperitiores impellunt, ea ſimplices inducunt in errorem atque miſeriam. Ac tibi quidem laudatori pacis tantum eſſe reſponſum volo. Ad reconciliationem autem gratiæ & amicitiæ noſtræ quod attinet, ita habeto, neque me poſtea, quæ accidere memini, tibi vnquam ex animo credituram eſſe, neque arbitrari, te mihi vt fidem habeas, facere poſſe.

Fabula manet, incertam, & dubiam eſſe voluntatem horum, inter quos magnæ inimicitiæ & graues ſimultates interceſſerint, maxime ſi vnus etiam ab altero læſus, & damnis affectus fuerit.

*Vide Amicitia, Concordia.*

---

# Peccatum.

### ¶ Definitio et etymolog.

Peccatum, Græce ἁμαρτία, ας, ἡ, vel ἁμάρτημα, ατος, τὸ, & ἁμαρτωλὸς, ὁ, ἡ, peccator & peccatrix: & ἁμαρτάνω, pecco dicitur. Eſt autem peccare, voluntate auerti à Deo, *ſecun. B. Thom.* 1. *part. q.* 24. *art.* 1.

Peccator proprie eſt, qui ex habitu peccat, vel ex propoſito [illegible] *B. Thom. ſup. Pſal.* 17. *col.* 3.

Peccatum eſt actus deuians ab ordine debiti finis, contra regulam naturæ, rationis, vel legis æternæ. *ſecund. B. Thom.* 1. *part.* [illegible] 63. *art.* 1. *& ſecunda Secund. quæſt.* 163. *artic.* 1. *& prima Secund.* [illegible] *artic.* 1.

Peccatum nihil aliud eſt, ſecundum Auguſtinum, quam neglectis rebus æternis temporalia ſectari. *ex B. Thoma prima Secundæ, quæſtion.* 71. *articulo ſexto, & ſecunda Secundæ, quæſtion.* [illegible] *articul.* 3.

Peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. *ſecun. Auguſt. ex B. Thom. prima Secund. q.* 71. *artic.* [illegible] 76. *art.* 1.

Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtium inobedientia præceptorum. *ſecund. Ambroſ. ex B. Thom. prima Secund. q.* 109. *art.* 4.

Peccatum eſt omne, quod eſt contra naturalem inclinationem, quia contrariatur legi naturæ. *ex B. Thom. ſecunda Secund. q.* [illegible] *artic* 1.

Peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat. *ſecund. Auguſt. de duabus animabus. ex B. Thom. prima Sec. q.* 71. *art.* 6.

Peccatum eſt auerſio ab incommutabili bono, & conuerſio indebita ad commutabile bonum. *ſecundum Auguſtin. lib. de lib. arbitr.*

Peccatum eſt affectio mala voluntaria. *idem.*

Peccatum originale eſt habitus, ſcilicet languor naturæ, [illegible] eſt, inordinata diſpoſitio, ex diſſolutione harmoniæ originalis iuſtitiæ. *ſecundum Beat. Thomam prima Secund. quæſtion.* [illegible] *articul.* 3.

Peccatum veniale eſt quaſi diſpoſitio ad mortale, & contingit ſemper, vel propter imperfectionem actus, vel propter inordinationem circa ea, quæ ſunt ad finem, & vtrumque propter defectum ordinis contingit. *ex B. Thom. prima Secund. q.* 88. *art.* 1. [illegible]

Peccatum, Hebr. *Cheti, Chete, Chataa, Chatath*: Peccatum, *Chattaim*: peccatores: *Chattaim*: Peccata, *Chattoth*; à verbo *Chata* [illegible] peccauit, deſciuit à via recta, deflexit, aberrauit à recto [illegible] gnationem habet cum *Natah*, declinauit, & cum nomine [illegible] lum: ſignificat enim filum non ſequi, ſed aberrare. Hinc [illegible] *ταίνω*, erro: ἄτη, nocumentum, culpa, noxa, Ch. pronunciatur [illegible]

*Peccatum* eſt malum quod legi Dei repugnat, à voluntate naturæ rationalis ortum. Vocatur etiam malum delicti, item malum morale, bono morali contrarium. Formalis ratio peccati eſt aberratio à lege diuina. Non eſt mera priuatio, ſed etiam qualitas animæ inhærens contraria bonæ qualitati conformi cum [illegible] Dei. Vnde vitia virtutibus non opponuntur tantum priuatiue, [illegible] contrariæ qualitates ſunt.

Cauſa efficiens peccati neque Deus eſt vllo modo, neque [illegible] nam cauſæ bonæ per ſe bonus eſt effectus. Nemo bonus, niſi [illegible] & nihil bonum: niſi à Deo ſumme bono, quid natura [illegible] dum Deum? Cauſa illa efficiens peccati eſt diabolus, aut homo. [illegible] *catum diaboli* eſt in quod diabolus incidat à ſe & per ſe, [illegible] terno motu ſuo. Eſtque duplex, nempe lapſus eius, & malitia [illegible] ſequuta.

Lapſus diaboli eſt eius à Deo defectio, dum in veritate non perſtitit, ſed propriam ſtationem in cœlis ad miniſterium [illegible] reliquit, *Ioan.* 8.44. *Iud. v* 6. Malitia lapſum aperte ſequuta [illegible] in perpetuum hoſtis Dei factus, & odio irreconciabili in Deum [illegible] flammatus, tum multos admodum angelos ſibi adiunxit; [illegible] bellandum contra filium Dei induxit: vnde & ipſi peccauerunt, [illegible] non conſeruarunt ſuam originem, ſed domicilium ſuum [illegible] runt. 2. *Pet.* 2.4. *Iud. v.* 6.

Deinde hominem mendaciis ſuis ſeduxit, vt à filio Dei [illegible] deficeret, & in mortem æternam ſe præcipitaret, *Gen.* 3. *cap.* [illegible] 44. 2. *Cor.* 11.3. atque inde à lapſu ſuo nihil aliud cogitat, [illegible] loquitur, conatur & agit, adiutus à malis angelis, qui cum ipſo [illegible] fecerunt, quam quod Deo diſplicet, decipiens homines, 1. *Reg.* [illegible] 23. Impellens eos ad peccandum, 1. *Sam.* 18.9.10. *&* 2. *Sam.* [illegible] uiens in eos crudeliter, *Iob.* 1. *&* 2. *cap. Matth.* 8.28 *&* 9.32. [illegible] piens ſecum totum genus humanum in perditionem æternam [illegible] here, 1. *Ioan* 3. *v* 8.9. 1. *Pet.* 5.8. *Epheſ.* 6.12.

Peccatum *hominum* eſt in quod homines inciderunt, [illegible] motu voluntatis ſuæ promerens & afferens mortem æternam, [illegible] fiet remiſſio propter Chriſtum Seruatorem & mediatorem. [illegible] 18. 20. 6. 23. Peccatum *Adami & Euæ*, primorum noſtrorum parentum, duplex eſt: naturale & perſonale. Naturale, quod [illegible] humanæ naturæ, & ideo omnium hominum commune eſt. [illegible] mum perſona infecit naturam, ſed poſt natura infecit perſonam. Peccatum Adami naturæ ipſius peccatum fuit, cæterorum [illegible] ta perſonalia ſunt: ideo illius cum natura transfuſum eſt, non [illegible] rum.

Peccatum illud naturale eſt tum lapſus, tum corruptio lapſum ſequuta, lapſus primorum parentum eſt, inobedientia & defectio à Deo, qua ſe ſuoſque poſteros in mortem ſempiternam præcipitarunt.

... 2. & 3. capit. Roman. 19. cap. Inobedientia autem hæc Ada- ... fuit ſolummodo illa externa comeſtio vetiti fructus, ſed ... eſſio ſeu violatio legis, vt dicitur, 1. *Tim.* 2. 14. in qua multa ... peccata interna concurrerunt: nimirum, infidelitas ſeu ... litas, idololatria, ſuperbia, contemptus Dei, prophanatio di- ... nominis, homicidium auaritia, furtum, & concupiſcentia ...

... ſionem & impulſum diaboli ſequuti ſunt primi parentes no- ... inclinante eo proprio arbitrio quo præditi erant, & quidem ... quod cogi non poterat, proprioque motu voluntatis ipſo- ... Adam quidem à ſerpente ſeductus non fuit: ſed mulier ſedu- ... deinde ſeduxit, & cauſa fuit transgreſſionis, 1. *Tim* 2. 14. ... in Adamo & Eua fuit ſine vlla neceſſitate ipſam impellen- ... que factum eſt, vt obiecta ſpecie boni, videlicet diuinitatis con- ... dæ, laberentur ac peccarent, mente obiectum illud appro- ... & voluntate ad idem obiectum amplectendum ſeſe inclinan- ... De contingentia & neceſſitate huius lapſus diſputationes Scho- ... doct. relinquimus.

Corruptio lapſum ſequuta eſt obſcuratio imaginis Dei, per ... deſiit in mente vera & integra Dei cognitio, in voluntate li- ... arbitrii ad bonum, in corde vera dilectio & timor Dei ac ſtu- ... obediendi Deo. Succeſſit in mente ignorantia & dubitatio, ... voluntate contumacia aduerſus Deum; in corde praua inclina- ... perpetua perturbatio, cura & anxietas. Hæc corruptio la- ... ſequuta eſt originalis iniquitas quam Adamus ex actu trans- ... ſionis contraxit atque ad poſteros transmiſit: eſt etiam effe- ... actualis illius primi peccati quod Adam commiſit. Perſonale ... Adami & Euæ, eſt vnicuique verum perſona proprium, ... fuerunt poſt lapſum omnia ipſorum cætera peccata actua- ...

... poſterorum peccatum, eſt in quod omnes poſteri Adami & ... naturaliter ex iis deſcendentes inciderunt. Eſtque duplex, O- ... nale & Actuale. Peccatum *Originale*, eſt peccatum quod in o- ... homines ſecundum naturalem modum generatione carna- ... Adamo per Adamum propagatos deriuatur. Nominatur ab ... peccatum, *Rom.* 7. 8. quia eſt ſcaturigo & fons peccatorum ... : item peccatum peccans, *Roman.* 7. 13 malum adiacens, ... 7. 17. peccatum inhabitans, *Rom.* 7. 20. peccatum vndique ... *Hebr.* 12. 1. & originale dicitur termino διακριτικῶ, ... tanquam differentia ſpecifica diſcernatur à peccato a- ...

... hic perſequenda eſſent de originali peccato, quo ſenſu ... origo ſit omnium peccatorum aliorum, quomodo ab Ada- ... deriuatum ſit, qui natura filii iræ nominamur & contu- ... *Ephes.* 2. 3. *Coloſſ.* 3. 6 quando deponatur: quæ ſunt eius partes, ... conſideretur. Hæc omnia ne prolixiores ſimus, vt reſpon- ... ad hoſtium gratiæ Dei obiecta, tractatum item de peccati ori- ... effectis Theologiæ ſtudioſis excipienda relinquimus, vt quę ... peccato actuali, quod originalis eſt effectum poſtremum ... expendenda nunc efferantur.

... *Actuale* eſt quod nos ipſi committimus: ſeu, eſt trans- ... legis ſiue naturalis, id eſt naturæ inſitæ & natura notæ; ſiue ... latæ, à nobis ipſis actu facta *Rom.* 2. 12. 14. 15. Actuale dici- ... quod fit in actione; cui tunc adhæret defectus bonitatis moralis ... atque ille defectus cum prauitate eſt proprie peccatum, ... ab homine non à Deo.

... ſiones peccati Actualis plures ſunt. I. eſt proprium, vel alie- ... *Proprium*, quod nos ipſi committimus, *Alienum* quod alius ..., ſed non ſine nobis aut probantibus, aut conſulentibus, ... bus, aut conniuentibus & non impedientibus, ac proin- ... nobis imputatur. *Tim.* 5. c. 22. *verſi.*

... ſe, vel per accidens: peccata *per ſe* ſunt omnia illa quæ lege ... prohibentur. *Per accidens* ſunt, aut actiones non renatorum, ... præceptæ quidem ſunt à Deo: ſed tamen Deo diſplicent, quia ... ex fide, nec fiunt ad hunc finem, vt Deus gloria afficiatur; ... defectus ac vitia in impiis concurrentia: aut actiones adia- ... quæ fiunt cum ſcandalo; aut alioqui non ex fide, ad gloriam ...

... Affectatum vel Inaffectatum, *Affectatum*, quod libera volun- ... commiſſum eſt, ſiue ex mera malitia & contumacia, ſiue alio- ... conſentiente voluntate: cuiusmodi peccatum eſt voluntarium ... dium, adulterium in ciuitate perpetratum, peccatum cla- ... *Inaffectatum* quum vel per coactionem irreſiſtibilem, vel ex ... ignorantia aut infirmitate factum eſt malum, vel per negligen- ... bonum non factum.

4. Contra conſcientiam, aut ignorantiæ Peccatum *Contra con-* ... *tiam*, eſt quum quis ſciens Dei voluntatem contra eam facit. ... *rantia*, quando quid bene fieri poteſt, quod male fit: quale fuit ... multorum qui Chriſtum crucifixerunt, & Stephanum la- ... runt: eorum item de quibus loquitur Chriſtus, Ioan. 16. 2. & ... apoſtoli ante conuerſionem, vt ipſemet, 1. Timoth. 1. 13. teſta- ...

5. Internum, vel externum. *Internum*, eſt mentis, voluntatis & affectuum, videlicet quævis cogitatio mala, dubitatio de Deo, de voluntate eius, incredulitas, contemptus diuinæ veritatis, &c. *Externum* eſt cuiusvis dicti, vel facti, vel geſtus defectus vel prauitas, repugnans legi & voluntati Dei. Peccatum illud eſt *occultum*, vel *manifeſtum*, quod ſpeciatim dicitur ſcandalum, De ſcandalo autem titulus ſuo loco repoſitus eſt.

6. Spirituale, vel carnale, *Spirituale*, quo proprie inficitur ſpiritus, vt hæreſis, atheiſmus, deſperatio, &c. *Carnale*, quo corpus etiam contaminatur, aut corpore etiam perficitur, vt ebrietas, ſcortatio, adulterium, &c.

7. Peccatum actuale vel *extra corpus* eſt, vel in corpus proprium committitur. De hoc prolixe Apoſtolus, 1. Cor, 6. 18. grauiter diſſerit.

8. Commiſſionis vel omiſſionis. *Commiſſionis*, quando malum à Deo prohibitum perpetratur. *Omiſſionis*, quando bonum à Deo mandatum non perficitur. Peccatum nullum actuale ſine omiſſione eſt: ſine commiſſione exiſtunt multa.

9. Ex adiunctis peccatum actuale *Grauius* eſt, vel *Leuius*. Nec enim omnia peccata ſunt paria, ſed alia aliis grauiora: ideo etiam alia aliis grauius punientur. *Matth.* 11. *Verſicul.* 21. &c. grauius autem vel leuius peccatum cenſetur, vel à cauſa efficiente à qua committitur, vel à modo, vel ab effectis, vel à loco, vel ab obiecto, vel à tempore, quo committitur, vel à gradibus & aliis circumſtantiis.

10. Peccatum regnans & non regnans. *Regnans* eſt, cui homo non repugnat per gratiam ſpiritus ſancti, ſed obedit peccato in cupiditatibus corporis, & peccati velut artem factitat, ideoque fit obnoxius morti æternæ, niſi reſipiſcat, & veniam, per Chriſtum conſequatur *Rom.* 6. 12. Peccatum *non regnans* eſt cui homo renatus reluctatur per gratiam Spiritus ſancti regenerātis eum ad vitam æternam, nec fertur ad illud perpetrandum toto impetu, ideoque non reddit eum obnoxium morti æternæ, quia reſipiſcit, & veniam per Chriſtum conſequitur.

11. Superior diſtinctio quid de peccato veniali & mortali ſentiendum ſit demonſtrat. *Veniale* quodvis peccatum eſt, quod per & propter ſeruatoris noſtri ſatisfactionem & obedientiam numeris omnibus abſolutam remittitur coram Deo, *Mortale* autem, quodvis peccatum non remiſſum: vt propheta, Pſal. 32. teſtatur. Quid ſit autem remiſſio peccatorum, à quo, quomodo, quando, vbi, per & propter quem impetretur, docent Theologi.

12. Peccatum mortuum vel viuens. *Mortuum* quod in nobis quidem eſt, ſed non cognoſcimus eſſe, aut non agnoſcimus pro peccato, neque ita furit, vt ſolet poſt legis cognitionem. *Viuens* eſt, quod per legem cognoſcimus eſſe in nobis, & eſſe peccatum, vnde in nobis poſt legis cognitionem furit. *Rom* 7. 9.

13. Diſtinctio poſtrema eſt, peccati remiſſibilis & irremiſſibilis. *Remiſſibile* eſt, quod remittitur reſipiſcenti propter Chriſtum, in hac vita & via: qualia peccata omnia, excepto peccato in Spiritum S. *Irremiſſibile* eſt peccatum quod nunquam, & nusquam remittitur, non propter difficultatem remiſſionis obtinendæ, nec etiam quod ſit potentius gratia Dei: ſed ob ſimul ſemelque reiectum deſtinata malitia Ieſu Chriſti ſacrificium, quo ſolo expiari peccata Sp. S. teſtatur, & conſcientias conuincit, & ob impoſſibilitatem reſipiſcendi, cum illo ſuperbe contemnatur Spiritus ſanctus, qui reſipiſcentiæ eſt autor. *Matth.* 12. 31. *Marc.* 3. 28. 29. *Luc.* 10. 12. *Hebr.* 6. 4. &c. & 10. 26.

*Peccatum* ſeu blaſphemia *in Spiritum ſanctum*, eſt quum abnegatur vel oppugnatur veritas Dei, deſtinato conſilio, poſtquam de illa veritati ſalutari mens edocta & conuicta eſt: quod peccatum qui committunt, cæcitate à Deo puniuntur, ita vt nunquam reſipiſcant: ac proinde nec remiſſionem peccatorum conſequuntur. *Matth.* 12. 31. *Hebr.* 6. & 10. *cap.*

Dicitur peccatum in Spiritum ſanctum, non reſpectu eſſentiæ diuinæ qua Spiritus ſanctus eſt Deus: nec reſpectu perſonæ Spiritus ſancti. Nec enim maior eſt dignitas perſonæ ipſius, quam Patris & filii: nec offendi vna perſona Deitatis poteſt, quin iniuria in cæteras quoque perſonas redundet: ſed reſpectu beneficii, quod immediate Spiritus ſanctus præſtat, veritatem docens & patefaciens in cordibus hominum, eosque conuincens in conſcientia ipſorum Ieſum eſſe Chriſtum illum & vnicum ſeruatorem & mediatorem per quem nos oporteat ſeruari. *Actor.* 4. 12. dicitur etiam *peccatum ad mortem*, quia ſine vlla veniæ ſpe mors æterna illud conſequatur, 1. Ioan. 5. 16.

Non cadit illud peccatum in viua filii Dei membra, nempe Dei electos ad vitam æternam, libro vitæ adſcriptos, fide ſaluifica præditos: ſed committitur tantum à reprobis, non omnibus, ſed tantum illis qui Chriſtum & veritatem eius cognouerunt, id eſt, qui Apoſtolo teſte, Heb. 6. & 10. c. ſemel fuerunt illuſtrati, guſtaueruntq; donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaueruntque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri ſeculi: qui vltro peccant poſt acceptam cognitionem veritatis, filium Dei conculcant, ſanguinem fœderis per quem fuerant ſanctificati profanum ducunt, & ſpiritum gratiæ contumelia afficiunt.

Peccatum hoc diſtingui debet ab abnegatione Chriſti veritatis-

que eius ex infirmitate orta, non ex animo abiiciendi Chriſtum & veritatem eius; vt lapſorum reſipiſcentium conuerſio teſtatur. 2. Diſtinguitur à peccato contra conſcientiam. Equidem blaſphemia in Spiritum ſanctum eſt peccatum contra conſcientiam: ſed non omne peccatum contra conſcientiam eſt blaſphemia in Spiritum ſanctũ: vt abnegatio Petri fuit peccatum contra conſcientiam, non autem in Spiritum ſanctum: qui enim peccant, toti de toto, in totum decidunt. 3. diſtingui etiam debet à blaſphemia in Chriſtum ex ignorantia, qua Paulus Apoſtolus fatetur ſe peccaſſe ante conuerſionem. 1. *Tim.* 1. 13. *v.* 4. Inſuper diſtinguendum eſt, à peccato mortali. Nam irremiſſibile peccatum eſt quidem mortale, ſed non omne mortale eſt irremiſſibile: quia fit veniale membris viuis Ieſu Chriſti, qui ad vitam æternam ordinati ſunt. Et hæc quidem paulo prolixius de peccato dicta ſunt, vt lector ſtudioſus de re tota humili mente cogitare dignetur.

Peccare proprie eſt adulterium committere: dictum quaſi pellicare, hoc eſt, cum pellice coire: & peccatus, ipſum adulterium quaſi pellicatus. Veteres enim non peccatum neutro genere, & ſecunda declinatione, ſed peccatus maſculino genere, & quarta declinatione proferebant. Quod vſque ad Ciceronis ætatem durauit. Poſtea vſus obtinuit, vt peccatum, neutro tantum genere proferatur, & tam peccatum quam pecco, de omnibus delictis atque erroribus dicantur. A pecco fit peccator & peccatrix.

Peccatum & crimen differunt, ſicut genus & ſpecies. Nam omne crimen eſt peccatum, non autem è conuerſo. Eſt enim crimen graue peccatum, accuſatione & damnatione digniſſimum. *ſecun. Aug ſuper Ioan. & hab. diſt.* 81 *can. Apoſtolus.*

## ❡ Loci Biblici.

Peccatores, pro omnino vitioſis & peccato addictis: & eorum miſera conditio. *Pſal.* 1. *v.* 15. & 3. 8. & 7. 10. & 9. 17. 18. & 10. 3 4. 18. & 37. *v.* 20. 34. *Ioan.* 9. 31. 1. *Tim.* 1. 9. 1. *Petr.* 4. 18. Peccatores, pro iis, in quibus peccatum regnat, *Rom.* 5. 8. pro iis, qui à fœdere alieni ſunt, *Gal.* 2. 15.

Peccatores, in bonam partem, *Matth.* 9. *Verſi.* 13. pro iis, qui ſenſu peccatorum ſaucii, miſericordiam Dei amplectuntur. Peccatores mortui cenſentur, *Oſeæ* 13. 1. peccatores ſpeciatim dicti publicani, *Matth.* 9. 10. peccatores quomodo tractandi, 2. *Corinth.* 7. 12. *Gal.* 6. 1. 1. *Theſſal.* 5. 14. 2. *Theſſal.* 3. *verſic.* 6. 15. 1. *Tim.* 5. 20. *Tit.* 1. 13. & 2. 13. *Iudæ v.* 20.

Peccare dicitur is, 1. *Ioan.* 3. *verſicul.* 4. non quisquis labitur, ſed quisquis ſanctitati non ſtudet. Quod ita eſſe liquet, cum ex antitheſi, *ibidem*, tum ex *Ioan.* 1. 8. & 2. 1. Non peccare contra dicuntur, non ii, qui non labuntur, nam etiam iuſtus ſepties cadit. *Prouerbiorum* 24. 16. ſed qui peccato repugnando puritati ſtudent, ſeu purificant ſe. Peccare in cœlum dicitur prodigus ille filius, *Luc.* 15. 18. peccare ſine lege, per ſe lethale, *Roman.* 2. 11. peccare in lege lethale, *Verſicul.* 12.

Peccatum, pro hæreditario illo morbo quem peccatum originale vocant, *Iob.* 14. 4. & 15. 14. *Pſalm.* 51. 7. *Roman* 3. 9. 23. & 5. *v.* 12. omnibus hominibus ingenitum eſt, 5. 12. & 6. 12. *Epheſ.* 2. 3. ab Adamo traduce in omnes deriuatum, *Rom.* 5. 12. effectus eius, *Geneſ.* 8. 24. *Eccleſ.* 17. *v.* 30. *Rom.* 3. 12. 17. & 6. 23. & 7. 8. 11. 13. 17. *Galat.* 5. 17. *Epheſ.* 2. *v.* 3. mortem in mundum inuexit, *Gen.* 2. 17. & 3. 19. *Rom.* 5. 12. 15. 1. *Cor.* 15. 56. *Epheſ.* 2. 1. reatus eius, ſeu formale, vt vocant, tollitur per Chriſtum, *Ioan.* 1. 29. *Rom.* 3. 23. 24. & 5. 9. 15. 17. 18. 19. & 6. 3. & 7. 24. & 8. 1. 2. *Gal.* 3. *Epheſ.* 2. 5. pro corruptione quæ manat à peccato originali, *Roman* 6. 1. pro peccato actuali, *Iac.* 1. 15. peccatum ſine lege mortuum eſt. *Roman.* 7. *v.* 8. piis non dominabitur, *Rom.* 6. 14. peccatum, pro peccati originalis fructibus, deſcribitur, 1. *Ioan* 3. 4. & 5. 17. *Rom.* 4. 24. *Heb.* 6. 1, ex concupiſcentia eſt, *Iac.* 1. 15. cauſa diluuii eſt, *Gen.* 6. 7. 17.

Peccatum pro punitione, ſeu pœna pro peccato inflicta, 19, 15. Sic accipiunt nonnulli *Geneſis* 4. 13. pro victima expiatrice, (per metonymiam) & ſacrificio pro peccato, *Exod.* 29. 14. & 30. 10. *Deuteron.* 9. 21. *Pſalm.* 40. 7. *Thren.* 3. 39. & 5. *Verſicul.* 7. *Ezech.* 45. *Oſe.* 4. 8. 2. *Cor.* 5. 12. *Hebr.* 7. 28. *in poſtrema verſus parte.* peccatum ignorantiæ, *Pſ.* 19. 13. peccatum ignorantia commiſſum quomodo expiandum, *Leuit.* 5. 17. 28. *Num.* 15. *v.* 20. 22. peccatum ſuperbia commiſſum quomodo expiandum, 15. 28. peccatum vltroneum quomodo expiandum, *Leu.* 6. 2. 6. peccatum homines miſeros reddit, *Prouerbior.* 14. 34. *Matth* 12. 31. *Marc.* 3. 29. *Luc.* 12, 10. *Heb* 6. 4. 6. & 10. 26. 1. *Ioan.* 5. 15. peccatum vindictam clamans, *Gen.* 4. 10. & 18. 20. *Exod.* 22. 23. 27. *Eccleſ.* 35. 18. *Iac.* 5. 4. peccatum contra naturam, quod eſt commixtio cum maſculis, *Gen.* 19. 5. *Iudith* 19. 22. &c. *Leu.* 20. *v.* 13. *Rom.* 1. *v.* 27. 1. *Cor.* 6. 9. 1. *Tim.* 1. 10. peccatum in Spiritum ſanctum, *Matth.* 12. 31. *Marc.* 3. 28. *Luc.* 11. 15. & 12. 10. *Hebr.* 6. 6. & 10. 26. 1. *Ioan.* 5. 16. peccati & eius effectuum, *exempla*, in Adamo & Eua, *Gen.* 3. 6. 7. 10. 6. Caino, 4. 10. 11. Sodomitis, 8. 20. 21. & 19. 24. Pharaone, *Exod.* 10. 16. Iſraelitis, *Iudic.* 2. 11. 14. Rechabitis, 2. *Samuel* 4. 10. 11. Dauide, 24. 3. &c. 2. [illegible] 17. 16. Iudæis *Ierem.* 44. 2. 21. paralytico, *Matth.* 9. 2. Languido, *Io.* [illegible] 5. 14. Adultera, 8. 11. peccati cognitio neceſſaria, *Ierem.* 3. 2. peccati [illegible]tio per legem, *Roman.* 7. 7. peccati finis, mors, 6. 21. peccati [illegible] *Geneſ.* 2. 17. & 3. 6. *Rom.* 5. 12. 1. *Corinth.* 15. 21. peccati ſeruitus [illegible] riculoſa, *Ioan.* 8. 34. *Rom.* 6. 20. peccati ſtipendia mors. 6. 23. [illegible] renunciandum eſt, *Ioan.* 8. *verſ.* 11. *Rom.* 6. 4. 12. *Ebr.* 12. *v.* 1. [illegible] *Ioan.* 3. 6.

Peccatorum remiſſio in Eccleſia, *Eſa.* 33. *v.* 24. *Ier.* 33. 8. [illegible] peccatorum remiſſio hominem beatum efficit, *Pſal.* 32. 1. 2. [illegible] 8. *Eſa.* 30. *v.* 26. peccatorum remiſſio nunquam eſt ſine reſipiſcentia [illegible] *vt patet ex Marc.* 14.

Peccatis alienis non communicandum, *Prou.* 29. 24. *Epheſ.* [illegible] *moth.* 5. 22. in peccatis eſſe, 1. *Cor.* 15. 17. eſt ſanctificatum non [illegible] peccatorum remiſſionem conſecutum eſſe.

## ❡ Sententiae Biblicae.

### *Peccatum originale. Vnde oriatur.*

Ecce enim iniquitatibus conceptus ſum. *Pſal.* 51.

Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. *Rom.* 5.

### *Malum operatur.*

Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines: [illegible] ſenſus cogitatio humani cordis in malum prona ſint ab adoleſcentia ſua. *Gen.* 8.

Semen enim erat maledictum ab initio. *Sap.* 12.

Aut quid nequius, quam quod excogitauit caro & ſanguis? *Eccleſ.* 17.

Et facti ſumus & immundi omnes nos: & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ. *Eſa.* 64.

Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. *Rom.* 7.

Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum? Spiritus autem aduerſus carnem, *Gal.* 5.

### *Gratia curatur.*

Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. *Ioan.* 1.

Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia [illegible] & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures [illegible] *Rom.* 5.

Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel.

Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio [illegible] Ieſu Chriſti daretur credentibus. *Gal.* 5.

### *Peccatum actuale multipliciter perpetratur. Infirmitate.*

Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum [illegible] cordatus eſt, quia caro ſunt. *Pſal.* 18.

Quomodo miſeretur pater filiorum. Recordatus [illegible] quia puluis ſumus. 103.

Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat ani[illegible] *Sap.*

Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt: qui [illegible] tant in malis, conſeneſcunt in mala, *Eccl.* 11.

Eſt qui vetatur peccare præ inopia. 20.

Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt [illegible] Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala. *Eſa.* 3.

Væ! qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri, peccatum. Væ! qui dicitis bonum malum. [illegible]

Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt. 1. *Ioan.* 3.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ. *Pſal.* 38.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. [illegible] *dem.*

Vir peccator adiiciet ad peccandum. *Eccl.* 3.

Non eſt enim ei bene, qui aſſiduus eſt in malis. 12.

Duo genera abundant in peccatis: Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat: & homo [illegible] qui corpore carnis ſuæ non conquieſcit, donec ignem [illegible] rit. 23.

Et qui in vno peccauerit, multa bona perdit. *Eccl.* 9.

Quid proderit libatio idolo? Nec enim manducabit, nec [illegible] bitur. Sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis [illegible] Videns oculis, & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem [illegible] ſuſpirans. *Eccl.* 30.

Ecce non eſt abbreuiata manus Domini: vt ſaluare nequeat [illegible] iniquitates & peccata veſtra abſconderunt vultum eius à vobis, [illegible] exaudiat. *Eſa.* 59.

Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua; omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur. *Ezech.* 18.

Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit. Et iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua, in quacunque [illegible] pecca[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…Etiam ſi dixero iuſto, quòd vita viuat, & confiſus in iu… feceritiniquitatem, omnes iuſtitiæ eius obliuioni traden… iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa morietur. 33. …enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua, feceritque iniquitates, …in eis. *ibid.*

…qui peccat, non videt eum. 1. *Ioan.* 3.

*Habitat ſed non regnat in Chriſti membris.*

…eſt enim homo, qui non peccet. 1. *Reg.* 8.

…eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non pec… *Eccl.* 7.

…peccaſti, ne adijcias iterum, ſed & de priſtinis deprecare, vt di… tibi. Tanquam à conſpectu ſerpentis fuge peccatum: …acceſſeris, mordebit te. Dentes leonini ſunt dentes ipſius, in… animas hominum. Quaſi rhomphæa bis acuta hominis …plagæ illius non eſt ſanitas. *Eccl.* 21.

…ſua apprehendetur peccator. 23.

…quidem promptus eſt, caro autem infirma. *Matth.* 26.

…ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obedia… concupiſcentiis eius. Peccatum enim vobis non dominabitur. …

…dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeduci… & veritas in nobis non eſt. 1. *Ioan.* 1.

…qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit. 3.

*Grauiter punitur.*

Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem …, nullumque innoxium derelinquens; qui viſitat peccata …in tertiam & quartam generationem. *Num.* 14.

…elevat gentem, miſeros autem facit populos peccatum. …

…Domini ſuper facientes mala. *Pſal.* 34.

…hic puſillum, & non erit peccator. 37.

…quæ quis peccat, per hæc & punietur. *Sap.* 11.

…genti peccatrici! populo graui iniquitate! ſemini nequam! …ſceleratis! Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt San… Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Super quo percutiam vos …addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & om… mœrens. Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: …veſtram coram vobis alieni deuorant. *Eſa.* 1.

Quis dedit in direptionem Iacob & Iſrael vaſtantibus? Nonne …ipſe eſt, cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambu… Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bel… 42.

…autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, re… & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Metuamus Do… Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & …in tempore ſuo, plenitudinem annuæ meſſis cuſtodien… Iniquitates veſtræ declinauerunt hæc, & peccata veſtra …erunt bonum à vobis. *Ierem.* 5.

…eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea: folium de… dedi eis, quæ prætergreſſa ſunt. Conuenite, & ingrediamur …munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſi… fecit, & potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim Domino. 8.

…multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt verecundio… polluta ſunt plantæ tuæ. 13.

*Æternaliter.*

…ſuper peccatores laqueos. *Pſal.* 10.

…impium ſuæ ipſius iniquitates capiunt, funibus peccatorum ſuo… …tur. *Prou.* 5.

…iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? *Ibi…*

…peccantem virum iniquum inuoluet laqueus. 29.

Malorum amatores digni ſunt morte. *Sap.* 15.

Leo venationi inſidiatur ſemper: ſic peccata operantibus iniqui… *Eccl.* 27.

Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. *Matth.* 25.

*Miſericorditer remittitur immediate per Deum propter Chriſti iuſtitiam & ſatisfactionem,*

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: Propter no… tuum Domine propitiaberis peccato meo. *Pſal* 24. 25.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Beatus vir, cui non im… putauit Dominus peccatum. 32.

Miſerere mei Deus. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum. 51.

Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit? Sed apud …propitiatio eſt. 130.

Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. *Eſa.* 27.

Ego ſum, ego ſum ipſe, qui doleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul. 43.

Deleui vt nubem iniquitates tuas. 44.

Poſuit Dominus ſuper eum iniquitatem omnium noſtrum. *Eſa. cap.* 53.

Ecce ego obducam eis cicatricem & ſanitatem. Et conuertam conuerſionem Iuda. *Ier.* 33.

Deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. *Mich.* 7.

Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. *Matthæi* 1.

Vt autem ſciatis, quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. 9.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Ioan.* 1.

In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum. *Epheſ.* 1.

Notum igitur ſit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur, ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. *Act.* 13.

Et ſanguis Ieſu Chriſti Filii eius emundat nos ab omni peccato. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis. 1. *Ioan.* 1.

Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. 2.

Et ſcitis, quia ille apparuit, vt peccata tolleret, & peccatum in eo non eſt. 3.

*Mediate per Eccleſiæ miniſtros.*

Et dixi, væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego ſum. *Eſa. cap.* 6.

Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum & dixit. Ecce tetigi hoc labia tua, & auferretur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. *ibid.*

Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Ioan.* 20.

Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non imputando eis peccata ipſorum, poſuitque in nobis ſermonem hunc reconciliationis. Itaque nomine Chriſti legatione fungimur, velut Deo vos præeunte per nos: Oramus Chriſti nomine, reconciliamini Deo. 2. *Cor.* 5.

## § PATRVM SENTENTIÆ.

Nemo renaſcitur in Chriſti corpore niſi prius naſcatur in peccati corruptione. *Aug. de bapt. paruul.*

Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus, vel ſanctus, cum affectu teneat ſanctitatem. *De eccleſ. dogm.*

Nullum ſcelus coram Deo tam abominabile eſt, quam præterita peccata vnicuique noſtrum dimiſſa reminiſcendo, gaudere, & inde exultare. *In epiſt. ad quendam comitem.*

Qui pectus ſuum tundit, & ſe non corrigit, peccata ſolidat, non tollit. *Lib.* 5. *de lib. arbitr.*

Ex quo incipit homo præcepti eſſe capax, ex illo incipit poſſe peccare. Duobus modis peccat, antequam ſit ſapiens: ſi aut ſe non accommodet ad accipiendum præceptum: aut quum acceperit, non obſeruet. Sapiens autem peccat, ſi ſe auertit à ſapientia.

Peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi, quod iuſtitia vetatur. *De duabus animab.*

Sane quum ſola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens eſſe facienda: tenens tamen & volens libenter quæ ſtatim vt attigerunt animum, reſpui debent: non negandum eſſe peccatum: ſed longe minus, quam ſi & opere ſtatuatur implendum, & ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda eſt, pectusque percutiendum, atque dicendum: Dimitte nobis debita noſtra; faciendum quoque, quod ſequitur, atque in oratione iungendum; Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. 12. *de Trin.*

Neque enim ſicut illis duobus primis hominibus perſonam ſuam quiſque portabat, & ideo ſi ſolum mulier cibum ediſſet illicitum, ſola vtique mortis ſupplicio plecteretur: ita dici poteſt in homine vno, ſi delectationibus illicitis, à quibus ſe auertere deberet continuo: cogitatione ſola libenter paſcatur, nec facienda decernantur mala, ſed tamen ſuauiter in recordatione teneantur, quaſi mulierem ſine viro poſſe damnari, abſit hoc credere: hic quippe vna perſona eſt: vnus homo eſt, totusque damnatur: niſi hæc, quæ ſine voluntate operandi, ſed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi ſolius cogitationis ſentiuntur eſſe peccata, per Mediatoris gratiam remittuntur. *ibid.*

Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Non dicit, non ſit, ſed non regnet. Ineſt peccatum, quum delectaris, regnat, cum delectaris. *In Pſalm.* 5.

Nolite contemnere venialia, quia minima ſunt, ſed timete, quia plura: plerunque enim beſtiæ minutæ multæ necant: nunquid minutiſſima ſunt grana arenæ, ſed ſi arena amplius in naui mittatur, mergit illam, vt pereat? quam minutæ guttæ pluuiæ, nonne flumina implent, & domos deijciunt? Timenda eſt ergo ruina multitudinis, etſi non magnitudinis. *De decem chordis.*

Tribus gradibus ad peccatum peruenitur: Suggeſtione, Delectatione, Conſenſione. Itaque ipſius peccati tres ſunt differentiæ; in Corde, in Facto, & in Conſuetudine, tanquam tres mortes. Vna quaſi in domo, quum corde conſentitur libidini: altera quaſi prolata iam extra portam, quum in factum procedit aſſenſio: tertia, quum in conſuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulchro iam putrens: quæ tria genera mortuorum Dominum ſuſcitaſſe, quiſquis Euangelium legit, agnoſcit. *Auguſt. in lib. di ſer. in monte, & ponitur de pœnitent. diſtin. 2.*

Primum peccatum eſt, cogitaſſe, quæ mala ſunt: ſecundum, cogitationibus acquieuiſſe peruerſis: tertium, quod eſt deterius, opere compleſſe: quartum eſt peccatum, non facere pœnitentiam, & in ſuo complacere ſibi delicto. *Hieron. lib. 1. in Amos.*

Cui Deus venter eſt, ei Deus recens eſt. Quæcunque vitia habemus, & quotcunque peccata, tot recentes habemus Deos. Iratus ſum, ira mihi Deus eſt. Vidi mulierem, & concupiui, libido mihi Deus eſt. Vnuſquiſque enim, quod cupit & veneratur, hoc illi Deus eſt. *In Pſal. 80.*

Sicut nonnunquam grauius eſt peccatum diligere, quam perpetrare: Ita nequius eſt odiſſe iuſtitiam, quam non feciſſe. *In quadam epiſt.*

Prioris peccati merito peccatorum ſubſequentium fouea regitur: vt qui malum ſciens perpetrat, deinceps iuſtè in alia etiam neſciens cadat. Hoc quippe agitur, vt culpis culpa feriatur, quatenus ſupplicia fiant peccantium ipſa incrementa vitiorum. *Gregor. libr. Moral.*

Nonnunquam in paruis deterius, quam in maiori peccatur. Maior enim quo citius quieſcit culpa cognoſcitur: eo etiam celerius emendatur: minor verò, dum quaſi nulla creditur, eo peius quo & ſecurius in vſu retinetur. *Hom. 52.*

Hoc inter peccatum & delictum diſtat, quod peccatum eſt malum facere: delictum verò bona derelinquere, quæ ſunt in opere tenenda. Vel peccatum in opere eſt. Delictum in cogitatione. *In Ezech.*

Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor conſummatur in opere. In corde namque ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, & defenſionis audacia perpetratur. Fit enim ſuggeſtio per Diabolum: delectatio per carnem: conſenſus per ſpiritum: defenſionis audacia per elationem. Quatuor modis peccatum conſummatur in opere: Prius namque latens culpa agitur: poſtmodum etiam ante oculos hominum ſine confuſione reatus aperitur: deinde in conſuetudinem ducitur. Ad extremum quoque vel falſæ ſpei ſeductionibus, vel obſtinatione miſeræ deſperationis enutritur. *Iſidor. de ſummo bono.*

Peccatum, quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, ſed & peccatum eſt, & pœna peccati: quia iuſto iudicio Omnipotens Deus cor peccantis obnubilat: vt præcedentis peccati merito etiam in alia cadat: vt qui malum ſciens perpetrat, deinceps iuſtè in alia etiam nolens cadat. *Gregorius libro vigeſimo quarto Moral.*

Vſitata culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem: conatur & labitur: quia vbi ſponte diu perſiſtit, ibi & cum noluerit, cadit. *In hom.*

Peccatum tribus modis admittitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio perpetratur: & grauius eſt quidem infirmitate, quam ignorantia, ſed multo grauius ſtudio quam infirmitate peccatur. *ibid.*

Poſſe peccare, datum eſt primo homini, non vt proinde peccaret, ſed vt glorioſior appareret, ſi non peccaret, quum peccare poſſet. *Bernh. de lib. arb.*

Peccantis lapſus non dono adſcribendus eſt poteſtatis, ſed vitio voluntatis, etſi datum fuit voluntati, poſſe ſtare, ne caderet, non tamen reſurgere, ſi caderet. Non enim tam facile quis valeret exire de fouea, ſicut in eam labi. *ibid.*

Quare peccas? quia neſcis quid facias? abſit: quia cogeris, vt facias? abſit, ſed quia placet, vt ſic facias. *in quodam ſerm.*

Tanto magis peccatum eſſe cognoſcitur, quanto maior, qui peccat, habetur. Creſcit enim delicti cumulus, iuxta ordinem meritorum, & ſæpe quod minoribus ignoſcitur, maioribus imputatur. *Iſidor. de ſummo bono. lib. 2.*

Maior eſt culpa manifeſte, quam occulte peccare: dupliciter enim reus eſt, qui aperte delinquit, quia & agit & docet. *ibid.*

Iſtis fomitibus quaſi quibuſdam gradibus coaleſcit omne peccatum; cogitatio namque praua delectationem parit; delectatio conſenſionem, conſenſio actionem, actio conſuetudinem, conſuetudo neceſſitatem, neceſſitas mortem; ſicque in his vinculis homo implicatus quadam catena vitiorum tenetur adſtrictus. *Ibid.*

Diabolus nulla præcedentis peccati vindicta ſuperbiens peccauit: ego viſa eius pœna non continens ad peccatum properaui: ille in innocentia conſtitutus, ego verò reſtitutus: ille perſtitit in malitia Deo reprobante, ego vero Deo reuocante: ille verò ... ad punientem, ego verò ad blandientem: & ſic vterq; ... ille contra non requirentem ſe: ego verò contra ... me. Ecce cuius imaginem horrebam, horrorem ... me horribiliorem. *Anshelmus in lib. de caſu Diaboli.*

Mortale peccatum, quantum mihi videtur, triplici ... diſtinguitur. Mortale eſt, quod à quouis non poteſt ... grandi corruptione ſui, ſine graui læſione proximi, & ... contemptu Dei. Cætera verò omnia videntur mihi ... le peccatum, eſt reatus, cui, quantum eſt in ſe, ſolum ... nunquam debetur pœna æternæ damnationis: mortale ... reatus, cui, quantum in ſe ſolum, ſemper debetur æterna ... *Richard. de differ. mortalis & venialis.*

Hoc dicimus, quod tantum vnuſquiſque à diuinitate ... quantum eius peccata cumulantur. Quantitas enim ... ra eſt repudii, quia tantum à Deo reus longior redditur ... numeroſo crimine dilatatur. *Caſſiodorus in Pſalm.*

Tribus modis omne peccatum contrahitur: Primum ... ctorum eſt, non reddere bona pro bonis. Secundus, ... pro malis. Tertius eſt, tribuere mala pro bonis. Contra ... tria laudabilia: Primum, impendere bona pro bonis ... malum pro malo non reddere. Tertium, perfectiſſimum ... genus eſt, bonum pro malo tribuere. *ibid.*

Qui enim virtutis eſt expers, qui cupiditate ac libidini ... vincitur, non cupidini, ſed morti ſubiectus ſempiternæ ...

Qui peccant, ſæpe felices ſunt, & qui piè viuunt, ... & fugitiui, & abdicati libere viuunt. *Lactant. Firman. ... inſtit.*

Quod malum aſcribes creatori, ſi delictum eſt hominis? ... rit Dei quod eſt hominis: nec idem eſt habendus ... inuenitur interdictor, imò & condemnator. *Tertul. ... cion. lib. 2. cap. 9.*

Deteſtanda & abominanda opinio eſt, quæ Deum ... malæ voluntatis aut malæ actionis credit autorem. *... art. ſibi falſo impoſ. art. 10.*

Si à iuſtitia & pietate quis deficit, ſuo in præceps ... ſua concupiſcentia trahitur, ſua perſuaſione decipitur. ... ter, nihil filius, nihil Spiritus ſanctus: nec in tali nego... diuinæ voluntatis intercedit, cuius ope ſcimus multos ... tur detentos, nullos autem vt laberenturr impulſos. *ibid.*

Dimittitur concupiſcentia carnis in baptiſmo, non ... vt in peccatum non imputetur. Quamuis reatu ſuo iam ... net tamen, donec ſanetur omnis infirmitas noſtra, proficiente ... uatione veteris hominis de die in diem, cum exterior ... corruptionem, non enim ſubſtantialiter manet, ſicut ... pus, aut ſpiritus: ſed affectio eſt quædam malæ qualitatis ... guor. *Idem lib. 1. de nuptijs & concupiſc. cap. 25.*

Quemlibet valde iuſtum diſcutias in hac vita, ... dignus iuſti vocabulo, non eſt tamen ſine peccato. *Idem, ... Ioan.*

Quicquid peccatum eſt à nobis, antea deletum eſt ... nunquid quia deleta eſt tota infirmitas, nulla remanſit ... Si non remanſiſſet, ſine peccato hic viueremus. Quis autem ... hoc dicere, niſi ſuperbus? niſi miſericordia liberatoris ... gnus? niſi qui ſeipſum vult decipere, & in quo veritas ... *ibid.*

Ego tanquam valetudinem malam, ex origine ... tum eſſe dico homini vitium quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. *Idem lib. 6. adu. Iulian. cap. 7.*

Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira Dei, ... liter filii ſunt, qui etiam ſi per ætatem non habent propria, ... hunt tamen originale peccatum, non liberat niſi agnus qui ... peccata mundi, non niſi medicus, qui non venit propter ... propter ægrotos: non niſi Saluator, de quo dictum eſt ... mano, Natus eſt vobis hodie ſaluator, non niſi redemptor, ... ſanguine deletur debitum noſtrum. Nam quis audeat dicere, ... eſſe Chriſtum infantum ſaluatorem, nec redemptorem? ... tem ſaluos facit, ſi nulla eſt in eis originalis ægritudo peccati? *Idem, libro primo de peccatorum meritis & remiſſione, capite ... tertio.*

Agnoſce homo, quam grauia ſint vulnera (tua) pro quibus neceſſe eſt Dominum Chriſtum vulnerari. Si non eſſent hæc ad mortem, & mortem ſempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei filius moreretur. *Bernhardus ſermone tertio in natiuitatem Domini.*

Sine generalis confuſionis velamine nemo filiorum hominum intrauit in hanc vitam, vno ſane excepto qui ingreditur ſine macula, Emanuel is eſt. *Idem, ſermone ſeptuageſimo octauo, in can... tic.*

Natus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…hominis Chriſti, noſtræ naturæ diſſimilis non fuit, ſed …ro diſſimilis fuit. Ille quippe ſine vitio natus eſt homo, …num nemo. *Auguſt. lib. 5. cont. Iulian. cap. 9.*

…eſt peccatum ad Domini miſericordiam? Tela araneæ, …ſtante nuſquam apparet. *Chryſoſt. in Pſal. 50. hom. 2.*

…ta firmaque infirmis ſecuritas & requies, niſi in vulneri…toris? tanto illic ſecurius habito, quanto ille potentior eſt …dum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus inſidiatur: …: fundatus enim ſupra firmam petram. Peccaui pecca…de, turbatur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam …Domini recordabor. *Bernh. ſerm. 91. ſup. Cantica.*

…peccatum grande, & multorum delictorum ſum mihi …, nec ſic deſpero: quoniam vbi abundauerunt delicta, ſu…dauit & gratia. Qui de peccatorum venia deſperat, negat …ſe miſericordem. Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius …rdia diffidit. Quantum in ſe eſt, negat Deum habere cha…, veritatem & poteſtatem: in quibus tota ſpes mea conſiſtit: …charitate adoptionis, in veritat promiſſionis, & in poteſtate …ptionis. *Auguſtin. in Enchirid. cap. 23.*

## § Poetarum Dicta.

Terent. Adel. 4. 3.

*Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere*
*Hegio.*
*Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum eſt*
*corrigo.*

Mart. 3.

*Quod tegitur, maius creditur eſſe malum.*

Iuuen. 8.

*Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.*

Sen. Herc. Oet.

*Haud eſt nocens, quicunq; non ſponte eſt nocens.*

Idem Hipp. act. 3.

*Recipe iam ſenſus hera.*
*Quid teipſa lacerans omnium aſpectus fugis?*
*Mens impudicam facere, non caſus ſolet.*

Ouid. 1. Pont. 1.

*Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt,*
*Cum bene peccati pœnituiſſe vident.*

Sen. Agam.

*Quem pœnitet peccaſſe pene eſt innocens.*

Ouid. 2. Remed.

*Gloria peccati nulla petenda tui eſt.*

Idem 3. Amor. 13.

*Quis furor eſt, quæ nocte latent, in luce fateri,*
*Et quæ clam facias, facta referre palam?*
*Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti,*
*Oppoſita populum ſubmouet ante ſera.*

Sen. Hipp.

*Obſtare primum eſt, velle nec labi via:*
*Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.*

Hor. 1. Serm. 3.

*Quis paria eſſe fore placuit peccata, laborant,*
*Cum ventum ad verum eſt: ſenſus moresq; repugnant,*
*Atque ipſa vtilitas iuſti prope mater, & æqui.*

Ibid.

*Nec vincet ratio hoc tantundem, vt peccet idemq;*
*Qui teneros caules alieni fregerit horti,*
*Et qui nocturnus Diuûm ſacra legerit.*

Sen. Hipp. act. 1.

*Credamus tamen,*
*Aſtu, doloq; tegere nos tantum nefas.*
*Quid ille rebus lumen infundens ſuum*
*Matris parens? quid ille qui mundum quatit,*
*Vibrans coruſcat fulmen Ætnæum manu*
*Sator Deorum? credis hoc poſſe effici*
*Inter videntes omnia, vt lateas auos?*

Thales per Auſon.

*Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.*

Ouid. 2. Faſt.

*Omne nefas, omnemq; mali purgamine cauſam*
*Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.*
*Græcia principium moris fuit, illa nocentes*
*Impia luſtratos ponere facta putat.*
*Actoridem Peleus, ipſum quoque Pelea Phoci*
*Cæde per Æmonias ſoluit Acaſtus aquas:*
*Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus*
*Credulus immerita Phaſida fouit ope, &c.*
*Ah! nimium faciles, qui triſtia crimina cædis*
*Fulminea tolli poſſe putatis aqua.*

Cleob. per Auſon.

*Felix criminibus non erit diu.*

Iuuen. 3.

*Nam quis*
*Peccandi finem poſuit ſibi, quando recepit*
*Eiectum ſemel attrita de fronte ruborem?*
*Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum videris vno*
*Flagitio?*

Ouid. 1. Amor.

*Multa miſer timeo, quia feci multa proterue,*
*Exemploq; metu torqueor ipſe mei.*

Lucret. 3.

*At mens ſibi conſcia facti*
*Præmetuens, adhibet ſtimulos, terretq; flagellis:*
*Nec videt interea, qui terminus eſſe malorum*
*Poſſit, nec qui ſit pœnarum denique finis.*
*Atque eadem metuit magis hæc ne in morte graueſcant.*

Iuuenal. 13.

*Nocte breuem ſi forte indulſit cura ſoporem,*
*Et toto verſata toro iam membra quieſcunt:*
*Continuo templum & violati Numinis aras,*
*Et quod præcipuis mentem ſudoribus vrget,*
*Te videt in ſomnis tua ſacra, & maior imago*
*Humana turbat pauidum cogitq; fateri.*
*Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,*
*Cum tonat: exanimes primo quoque murmure cœli:*
*Non quaſi fortuito, nec ventorum rabie ſed*
*Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.*
*Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur*
*Proxima tempeſtas: velut hoc dilata ſereno.*

Peccata venialia, & opera bona,
Antholog. Sacr. Iacob. Bill.

*Vt quædam tenues macula in ſplendore piorum,*
*Maior virtutum, quas vacuat numerus.*
*Æterna donis nequeunt obſiſtere fœta,*
*Nec ſancta obſcurat gaudia culpa leuis:*
*Sic aliquid plerumque boni pars impia geſtat,*
*Magni mole mali quod facile obruitur,*
*Nec prodeſt quidquam recte ſapuiſſe malignis,*
*Si verum & ſanctum non coluere Deum.*
*Vna fides igitur, ſpes vna eſt, atque amor vnus,*
*Quo fiat iuſtus ſitq; beatus homo.*
*Nam bona quæ prauis natura ex dote ſuperſunt,*
*Augent peccati pondera, non minuunt.*

Peccantium infelicitas.

*Qui ſe peccatis gaudet feliciter vti,*
*Infelix nimis eſt proſperitate ſua:*
*Dumq; capit miſeros effectus praua voluntas,*
*De vera ſemper luce fit exterior.*
*Sumens peſtifera de conſuetudine robur,*
*Et ſua complectens vincula mortis amor.*
*Deficiant potius vana oblectamina mundi,*
*Subdanturq; pie colla domanda iugo.*
*Inq; putres fibras deſcendat cura medentis,*
*Vt blandum morbum pellat amica ſalus.*

Peccatores non latent.

*Gaudet tranſgreſſor peccato impune potitus,*
*Si non infertur debita pœna reo:*
*Ceu nulla offendant hominum commiſſa Tonantem:*
*Aut aliqua excelſi notitiam lateant.*
*Sed vetitorum auidis grauior tunc ira timenda eſt,*
*Cum ſeſe remouens verbera iuſtitia.*
*Nam quid erit morbi, quod non dominabitur illi,*
*Cui ſuperâ auxilium iam medicina negat?*

Ex Græcis Comicis.

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.
*Peccare idem bis, haud viri ſapientis eſt.*
Ἁμαρτάνει δὲ καὶ ἀνὴρ σοφώτερος.
*Aliquando peccat vir etiam ſapientior.*
Ὁ μηδὲν εἰδὼς, οὐδὲν ἐξαμαρτάνει.
*Quicunque nihil ſcit, ille vir peccat nihil.*
Αἰσχρὸν δὲ μηδὲν πρᾶττε, μηδὲ μάνθανε.
*Nihil facito diſcitoue turpe quod ſiet.*
Ἔργων πονηρῶν χεῖρ' ἐλευθέραν ἔχε.
*Noli occupare in improbis factis manum.*
Οὐδεὶς ἐφ' αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε·
Σαφῶς ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται.
*Haud vllus in ſe vitia cernit Pamphile:*
*At indecore quod agit alius perſpicit.*
Χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν,
Ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν αὐτοὶ πεπραχότες.
*Eſt permoleſtum tale quid delinquere:*
*Vt nominare metuat, & qui fecerit.*

Homerus in ν. Odyſſeæ.

Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅς τε καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἐφορᾷ, καὶ τίνυται, ὅστις ἁμάρτῃ.

*Iupiter*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Iupiter illos puniet, ſupplicium exauditor, qui & alios*
*Homines inſpicit, & punit quicunque peccat.*

Idem in φ. Odyſſeæ.

Επειὴ πολὺ φέρτερον ἐςὶν
Τεθνάμεν, καὶ ζώοντας ἁμαρτεῖν.
*Multo melius eſt*
*Mori, quam viuentes peccare.*

Verinus.

*Qui prohibere poteſt, cauſam tribuiſſe videtur*
*Peccandi, quicquid non vetat illicitum.*
*Peccatum eſt difforme malum, tranſgreſsio legis*
*Diuinæ: & citius dixeris eſſe nihil.*
*Aſpiciat lucem qui vult damnare tenebras:*
*Qui carpit mores, labe carere decet.*

Lucianus.

Ανθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσεις δὲ θεοὺς, οὐδὲ λογιζόμενος.
*Homines quidem fortaſſe latebis, abſurdum quid cum feceris;*
*Non latebis autem Deos neque ratiocinans.*

## ¶ Sententiæ Philosophicæ

Hoc igitur modo quicquid à Bono deficit, eſſe deſiſtit: quo fit, vt mali deſinant eſſe, quod fuerant. Sed fuiſſe homines, adhuc ipſa humana corporis relicta ſpecies oſtentat. Quare verſi in malitiam, humanam quoque amiſere Naturam. Sed cum vltra hominem quemque prouehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt, vt quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur, vt quem transformatum vitiis videas, hominem æſtimare nō poſſis. Auaritia feruet alienarum opum violentus ereptor? ſimilem lupi dixeris. Ferox atque inquietus, linguam litigiis exercet? cani comparabis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudib⁹ gaudet? vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit? leonis animum geſtare credatur. Pauidus ac fugax non metuenda formidat, cerui ſimilis habeatur. Segnis ac ſtupidus torpet? aſinum viuit. Leuis atq; inconſtans ſtudia permutat? nihil ab auibus differt. Fœdis immundisque libidinibus immergitur? ſordidæ ſuis voluptate detinetur. Ita fit, vt qui probitate deſerta, Homo eſſe deſierit, cum in diuinam conditionem tranſire non poſſit, vertatur in beluam. *Boëtius libr.* 4. *proſa*.3.

Nec iniuria dici video vitioſos, tametſi humani corporis ſpeciem ſeruent, in beluas tamen animorum qualitate mutari. *Idem libr.* 4. *proſa*.4.

Nulla eſt lex, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri velit. Omnia ſupplicia, quæ à legibus proficiſcuntur; culpæ aut malitiæ vlciſcendæ conſtituta ſunt. *Idem lib.* 2. *Rhet. nouor.*

Voluntario facinori nulla eſt excuſatio: imprudentiæ eſt iuſta deprecatio parata. *Idem Rhet. nouorum. lib.* 2.

Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat. *Seneca ad Lucil epiſt.* 11.

Initium ſalutis eſt, notitia peccati. *Seneca epiſt.* 28.

Tunc autem conſummata infelicitas, vbi non ſolum turpia delectant, ſed & placent. *Idem epiſt.* 58.

Nullum conſcium peccatorum tuorum, magis timueris, quam temetipſum. Alium enim potes effugere, te autem nunquam. Nequitia autem ipſa, eſt ſui pœna. *lib. de Moral.*

Ignorantia excuſat peccatum.

In naturalibus deſideriis, pauci non peccant. *Ariſt. lib.* 3. *Ethic.*

Prauus, honore non eſt dignus. *idem lib.* 4 *Ethic.*

Peſſimus eſt, qui non ſolum vtitur malitia ad ſe; ſed ad alium. *Idem lib.* 4. *Ethic.*

Homo prauus, deterior eſt beſtia. *idem lib.* 7. *Ethic.*

Peccare, eſt tanquam tranſilire lineas. *Cic. Paradox.* 3.

Peccare certe licet nemini. *Idem ibid.*

Peccati dolor & maximus & æternus eſt. *Cic Att.* 11.

Quæ parua videntur eſſe delicta, neq; à multis intelligi poſſunt, ab iis etiam diligentius eſt declinandum. 1. *Offic.*

Ideo peccamus, quia de partibus vitæ omnes deliberamus: de toto nemo deliberat. *Senec. in epiſt.*

Bonus vir eſt, qui eo vſq; perducit affectu animum: vt non tantum peccare non velit, ſed etiam non poſſit. *idem in lib. de morib.*

Plerique metu peccare ceſſant, non innocentia: profecto tales timidi, non innocentes dicendi ſunt. *idem in Prouerb.*

Bis peccas, quum peccato obſequium accommodas; nihil peccant oculi, ſi non oculis animus imperet. *ibid.*

## ¶ Similitudines.

*D. Auguſtin.* Vnde illo magno peccato primi hominis, natura ibi noſtra in deterius commutata non ſolum facta eſt peccatrix, verum etiam genuit peccatores. Et tum ipſe languor quo bene viuendi virtus periit, non eſt vtique Natura, ſed vitium. Sicut certe mala in corpore valetudo, non eſt vlla ſubſtantia, vel natura, ſed vitium. Et licet non ſemper, tamen plerunque malæ valetudines parentum [illegible] rantur quodammodo, & apparent in corporibus filiorum. *De* [illegible] *ptijs ac concupiſcentia ad Valerium, cap.* 34.

*Quomodo* præputium per circumciſionem aufertur, [illegible] men in eo quem genuerunt circumciſi: quomodo etiam [illegible] opere humano tanta diligentia ſeparatur, manet tamen [illegible] qui de purgato naſcitur tritico: Ita peccatum quod [illegible] per baptiſmum eſt ablatum, manet in eis quos genuerunt. [illegible] *Bapt. paruulorum.*

*Baſilius*: Quemadmodum vmbræ corpora, ſic peccata [illegible] tur animas & manifeſtas facinorum repræſentant imagines. [illegible] *& Max. ſerm.* 171

*Quemadmodum* inciſionis aut cauterii, medicus non eſt [illegible] morbus: ſic & ciuitatum diſſipationes ex peccantium [illegible] ortum habentes Deum omni accuſatione liberant. *ibid.*

*Petri Alliaci Epiſcopi ac Cardinalis.* Sicut ſagittæ [illegible] ac deinde infiguntur: ita vindictæ Dei intenſæ fuerunt [illegible] propter eius inobedientiam, ac deinde in nobis infixæ [illegible] originalem culpam, ac multiplicem pœnam. Ipſe enim [illegible] miſeriæ fuit origo, nos propago. *In* 3. *Pſalmum pœnitentiæ* [illegible] *interpretatur hæc verba Dauidis: Et ſagitta tua* [illegible] *hi, &c.*

*Theophylacti*: Neq; ſimplici aliquo & vnico loco [illegible] mus, vt quicquam ſit de futura gloria hæſitandum: ſed [illegible] dantia bona nobis impertit: qui aut ſecus habendi [illegible] quiſpiam qui æris alieni ſit obſtrictus magnitudine, [illegible] & vxore in carcerem truditur, non ſolum carcere & [illegible] liberetur, ſed donetur etiam talentis mille, inuectusque [illegible] aulam, dignetur honore ampliſſimo, ſicq; demum [illegible] filium adoptetur. Vt itaq; ſenſum concludat, ſicut [illegible] per vnius delictum omnes homines pereunt, ſic per [illegible] in omnes homines diffunditur gratia: hisque & [illegible] pro peccato condonat, & vitam pro morte. *ad Rom.* 5.

*Theodoreti*: Vt ampla vulnera æque amplis remediis [illegible] & qui difficili morbo laborant: ſic qui magnis pecca[illegible] eſt, maiore benignitate opus habet. *apud Anton. in Meliſſa* [illegible] *part.* 1.

*Chryſoſtomi.* Vt ignis in materia deliteſcens, & [illegible] mam claram emittat, ſcintillis tamen quibuſdam [illegible] fumo è profundo emergenti indicatur: ſicut fontes [illegible] quaſdam ſpiritus ſub terra ferunt: poſtea nec [illegible] exitum habent liberum, ſæpius terram inflant, impetu [illegible] ritus expulſi, ſed vi ſuperna cohibiti & interciſi: [illegible] impietatis ob temporis gratiam abſcondit peccator, [illegible] tutum ſit impie agere. *homil.* 3. *de diuerſis.*

Voluptas cani ſimilis eſt: ſi perſequaris fugit: ſi [illegible] *Idem, apud Ant & Max. ſerm.* 171.

Scintilla, ſi quid vel exiguum apprehenderit & accenderit, [illegible] reliquum depaſcitur: ſi peccati natura, poſtquam anim[illegible] nes nacta fuerit, nemoque ſit qui exſtinguat, grauior [illegible] ſuperatu difficilior fit per ſecundorum acceſſionem, [illegible] maiorem contemptum peccator effertur. *ibid.*

Qui nocte illuni ambulant, tremunt, etiam ſi nihil ſit quod [illegible] reat: ſic & qui peccant, non poſſunt eſſe confidenti animo, [illegible] nemo ſit qui redarguat. *ibid.*

Si quis vulnus habeat, quid timere dignum eſt, ſaniemne an [illegible] ſectionem: ferrum, an vlceris depopulationem? Peccatum [illegible] pœna ferrum eſt medicinale. Sicut igitur ſaniem habens, & [illegible] ſecetur, male habet, & ergo non ſecatur, tunc peius habet in [illegible] bus malis eſt: Ita peccans & ſi non puniatur, omnium miſer[illegible] tunc maxime miſer, cum non punitur, & graue nil patitur. [illegible] ſplene & intercute laborantes, cum larga fruuntur menſa & [illegible] potione, & delicatis ferculis & ſaporibus, tunc maxime [illegible] ſunt miſerrimi, delitiis morbum augentes: ſi vero ſiti & fame, [illegible] cundum medicorum leges crucientur, aliquam ſalutis ſpem [illegible] Sic in iniquitate viuentes, ſi puniantur quidem, bonam ſpem [illegible] bent: ſi vero cum iniquitate, licentia & deliciis fruantur, & [illegible] laborantibus & crapulantibus ſunt multo miſeriores, & tanto [illegible] gis, quanto corpore melior anima *Hom.* 7. *de diuerſis.*

*D. Auguſtini.* Homo peccator beſtiis ſimillimus efficitur. [illegible] *Geneſi ad literam, l.* 7. *c.* 10.

*Chryſoſtomi.* ſicut ebrius quando multum vini ingurgitat [illegible] ſentit a vino damnum, poſtea autem ſentit quantum ſit damnum: [illegible] Ita & peccatum, donec conſummatur, obtenebrat mentem, & [illegible] denſa nubes, ita mentem corrumpit. Deinde conſcientia [illegible] quovis accuſatore mentem grauius arrodit, monſtrans [illegible] tem facti. *Hom.* 62. *in Geneſ.*

*Quemadmodum* præclara corpora etiam in aduerſa [illegible] ne magis nobis formæ veſtigia oſtendunt. Sic & ſanctorum [illegible] in ipſis etiam erratis ſuæ virtutis ſigna præ ſe ferunt. *Homil.* [illegible] *Eſaiam.*

*Quemadmodum* ſi laterem aqua laues, nunquam mundatur, [illegible] potius commoto luto, amplius ſordidatur: ita fieri non poteſt [illegible] poſitis ſordibus emundetur, qui totus eſt ſordidus. *in cap.* 1. *Matth.* [illegible] *hom.* 3.

Sic

…in loco mundo & ſpecioſo, ſi modica ſordes fuerit, de longe …ſi autem ipſe locus ſordiduş fuerit, quantumuis ſtercoris …non apparet, nec enim poteſt requiri ſi eſt aliquid ſterco… …nim eſt ſtercus. *In cap.6. Matth.*

…les ſi toto corpore fuerit armis veſtitus, & vnam partem …dam, nihil ei prodeſt, quod totus fuerit ferro veſtitus, ſi …vnam partem eum ſagitta percuſſerit, ſed ſic cadit, quem… …ſi totus fuiſſet nudus: Sic & Chriſtianus, ſi iuſtitiam fe… …in vno peccauerit, ſimiliter peccator ſtatuitur, quemad… …ſi ſemper peccaſſet. *in Matth.20. homil.35.*

…admodum columna in templo, ſi ſteterit recta, accepto …amplius confirmatur: ſi autem modice obliqua fuerit, …pondere non ſolum non confirmatur, ſed amplius vadit ad … & cor hominis ſi rectum fuerit, videns opera alicuius viri …audiens, per doctrinam ſapientiæ eius amplius confirma… …autem fuerit peruerſum cor, videns opera alicuius viri iuſti, …, non ſolum non confirmatur, ſed magis ad inuidiam …& magis peruertitur. *in Matth.21. hom.38.*

*…madmodum* qui ſub mille pædagogis degunt, quique à le… …tinentur: ſic non audent oculos extollere, nec libere …dicere de virtute, qui peccatis ſeruiunt. *Homilia 59. in …*

*…admodum* ſolaribus radiis nemo clauſis oculis frui poteſt: …huius claritatis particeps, abunde nunquam fuerit, niſi à… …lum ad eam & dirigat, & intendat: tunc enim quocunque … facilis ei proſpectus patebit: quod eueniet, cum omnibus …fectibus animum purgauerit. Peccatum enim tenebræ, vt …quædam profunda, quod vel inde planiſſime conſtat, quod …arbitris peccata committuntur.

*…cunque* enim in facinora ſceleraque prolabitur, odio habet …neque luci ſe credit: & quæ occulte & in abſcondito fiunt, …dictu turpia. Sicut enim in tenebris neq; amicus neque …agnoſcitur, ſed omnia penitus ignorantur: Itidem & in …venit, quippe qui lucro inhiat, nullam amici inimicique …differentiam, & inuidus familiariſſimum non ſecus quam …conſpicatur, & latrones ſimiliter in omnes bellum ge… …nibus inſidiantur, & omnino qui ſe vitiorum ſordibus co… …nihil ad rerum differentias dignoſcendas ebriis inſanien… …differunt. *Homil.0. in Ioan.*

*…admodum* noctu amoto lumine lignum, plumbum, fer… …gentum, lapides pretioſos, & alia omnia eodem modo & vi… …dicamus: Ita quoque qui ſordide & vitioſe vitam vi… …modeſtiæ vim, neq; ſapientiæ diſcernit pulchritudinem. …enim pretioſi etiam lapides nullam ſpeciem, nullum præ… …fulgorem, non ſua, ſed caligantium oculorum culpa. Neq; …at nobis dum ſub impia vitiorum tyrannide viuimus …eſt, verum etiam illud quod formidine propterea angi… …veluti qui per obſcuram noctem iter faciunt, etſi nihil me… …fit, metu tamen concutiuntur: Sic qui ſcelus aliquod ad… …etſi nemo id videat, nemo reprehendat, nihilo tamen me… …fidunt, ſed omnia formidant, omnia ſuſpicantur: quippe …perpetuis conſcientiæ ſtimulis agitantur, omnia formidoloſe …piciunt. Propulſemus igitur tam grauem, tam moleſtam …angorem mors ſequitur: mors inquam immortalis & …cui nullus ſupplicii finis eſt. *Hom.4 in Ioan.*

*…ima* quæ ſemel peccatum guſtauit & neq; dolore neque pœ… …eius tangitur, negligentia ſua facit, vt ſemper morbi cre… …ceſſio. Et quemadmodum in materiam recentem cadens ſcin… …tactam accendit, neq; ſubſiſtit, donec quod reliquum eſt …: & quanto plura comprehendit flamma, tanto maiores vi… …conſumenda alia concipit, capiturq; edacitate lignorum, quæ …muntur, ſi quid reliquum, quod & ipſum conſumendum, & …alia conſumit ſemper fortius ſe armante incendio: Sic & na… …peccati, vbi cogitationes animi inuaſerit: & nemo eſt qui ma… …tinguat, procedens vlterius, peior ſemper fit, magiſq; ac ma… …domita. Et ideo poſteriora peccata ferme prioribus ſunt gra… … Accedit ad hæc, quod anima poſterioribus peccatis ad maio… …ſemper deſipientiam & inconſiderantiam vergit, viribuſq; de… … In hunc modum plurimi, quia priorem flammam non …erunt, in omne peccatorum genus incidere. *Aduerſus genti… … in Babylam martyrem.*

*…lius eſt* luto pollui: quam peccatis: Qui enim illic polluitur, …tempore delauatur, & efficitur ſimilis ei, qui illic non cecidit: …vero in barathrum ceciderit peccatorum, talem pollutionem …pit, quæ aquis non poſſit, ſed quæ multo tempore opus habeat, …pœnitentia diligenti, & lachrymis. Iſtæ quidem ſordes extrinſe… …nobis adueniunt, propterea & citius eas amittimus: illæ autem …inſecus generantur, ideo vix delauantur & expurgantur. *hom.12. … Hebr.*

*Quemadmodum* auis etſi non toto corpore, ſed vno tantum pe… …capta teneatur, in poteſtate eius eſt, qui laqueum tetendit: Ita & …cum vitæ & fidei peruerſitate capi valeamus, ſi vita ſolum ob-erramus, in ius diabolicum labimur. *in ſecunda epiſtol. ad Timoth. hom.6.*

*Quemadmodum* qui grauitate capitis, ebrietateq; tenentur ſtulte ſimpliciterque feruntur, quamuis præcipitium, & aliud quid ſimile ſubſit, infra concidunt incaute: ſic qui corruunt in peccatum, veluti praua ebrietate, actionis deſiderio detenti, neſciunt quid faciunt, non præſentia, non futura præuidentes: veluti ſeruus fidelis, & prudens, conſeruum inueniens fugientem, quaſi quid ex domini bonis ſurripuerit, nuſquam ab eo recedit milleq; impedimenta ingerit recipientibus illum, quoad ipſum vendicans reducit, Sic & mare conſeruum inueniens ſuum, nimirum Ionam, & cognoſcens, mille impedimenta excitat, turbans, clamans, non in iudicium trahens, ſed comminans nauem ipſius demergere cum nautis, niſi conſeruum ſibi prodiderit. *ſerm.1. de pœnit.*

Vt corpus vmbra: Ita animas peccata ſequuntur, euidenter res geſtas effigientia. *ſerm. contra diuites.*

*Quemadmodum* inciſionis, aut cauterii, medicus non eſt cauſa, ſed morbus: Sic & ciuitatum diſſipationes ex peccantium immodeſtia ortum habentes, Deum omni accuſatione liberant. *apud Maxim ſerm.26.*

*Vt fumus apes,* & fœtor columbas fugat: Sic miſerabile & putidum peccatum repellit vitæ noſtræ cuſtodem angelum. *apud Anton. Meliſſa part.1. ſerm.16.*

*Iuſtini martyris:* Quemadmodum authore Apoſtolo, fidelis qui ſuæ rei non proſpicit, Deum negauit, eſſetque deterior in fidelibus, qui non cum cognitione & fide & baptiſmate, etiam mores aſciſcat qui Chriſti doctrinam exprimant, ſed habet ſpeciem, eius autem virtute abnegata, deterior fit infidelibus: Ita tanto deterius eſt cum cognitione peccare, quam ſine cognitione, quanto inexcuſabile peccatum deterius eſt eo quod habet excuſationem. *In reſponſionibus ad Orthodoxos, in reſponſione ad quæſtionem tertiam, fol.271.*

*Quemadmodum* qui videt meretricem, & ſcit eſſe mer t icem, non eſt ſcortator propter hanc cognitionem, ac ne quidem ſi cognitio excitauerit cupidinis affectum, ne ſic quidem ſcortator eſt: ſed ſi conſenſerit cum affectione propoſitum, tunc eſt ſcortator aut actione aut affectione: Sic & bonorum & malorum hominum cognitio, non eſt in cauſa vt boni ſint aut mali, ſed propoſitum, quod elegit id quod ei viſum eſt: id eſt, præferens alteri. *In reſponſionibus ad Orthodoxos, reſponſione ad quæſtionem octauam, folio ducenteſimo ſeptuageſimo tertio.*

*Origenis:* Neque aliquid amarius poteſt eſſe peccato, etiamſi dulcia quædam videantur in primis, ſicut Salomon ſcribit: Sed in nouiſſimis (inquit) amarius felle inuenies, quod dulce in initiis videbatur, & acutius acie gladii. Iuſtitiæ vero natura contraria: in vitiis videtur amarior, in nouiſſimis vero melle dulcior inuenitur, cum virtus fructus attulerit. *Hom.14 in Ie. Naue.*

*Accipiam medicum* oſtendens eum vni membro non parcere, vt membris omnibus parcat. Accipiam ergo exemplum iudicis boni, pro vtilitate communi quibuſdam non miſerentis, vt perſpicere poſſimus, quomodo multis parcens, vni non parcat Deus, verbi gratia dictum ſit. Habeat iudex propoſitum, quietem ciuitati & pacem genti, cui præſidet, præuidere: huic ſi offeratur latro honeſta forma, ætate ſatis integer: ex alio latere mater expanſis crinibus deprecetur, vt ſenectutis ſuæ miſereatur: ex alio vxor ne virum ſuum interficiat, lachrymabili voce deploret: circumſtent & paruuli liberi cito orbi futuri. Quid hic faciet iudex: miſerebi ur latronis, an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si miſertus fuit, reuertitur homicida ad priſtinum ſcelus: ſin vero in iudicaria ſeueritate permanſerit? vnus homo interibit, & vniuerſo populo prouidebitur: Sic Deus ſi pepercerit peccatori, & miſerens eius noluerit eum proijcere pro ſcelere, quis non accipiat licentiam? Quis malorum qui nunc ſaltem propter ſupplicia terrentur, non inuadet tempus, vt expleat quæcunque voluerit, & præceps feratur in vitia? *Homilia 9. in Hieremiam.*

*Epiphanij:* Sicut qui virginitatem amiſit, corporaliter ipſam recuperare non poteſt, quum id naturæ impoſſibile ſit: Si etiam qui à lauacro in magna delicta collapſus eſt. Et quemadmodum qui à virginitate lapſus eſt, ſecundum honorem continentiam habet, ita & à lauacro in maiore delicto conſtitutus, ſecundam medelam habet, non eam virtuoſam, velut primam, verum non reiectam à vita habet ſecundam quam acquiſiuit. *lib.2. tom.1.*

*Marci eremitæ:* Quemadmodum pœnitentiam agente alienum eſt elato animo ſuperbire: Sic ſua ſponte peccantem humilem eſſe impoſſibile eſt. *De lege ſpirituali.*

*Diui Auguſtini:* Quomodo vt reſtis fiat additur ſpartum ſparto, non autem id rectum fit, ſed torquetur: Sic omnia peccata facta, quæ ſunt peccata, cum adduntur ſibi, & addendo peccatum peccato, & peccatum ad peccatum annectitur, fit reſtis longa. Quorum ſemitæ prauæ, & flexuoſi greſſus eorum. Quo autem valet iſta reſtis, niſi vt inde ligentur ei manus & pedes, & proijciatur

quiſq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quiſque in tenebras exteriores ? Funiculis enim peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Væ eis ! qui trahunt peccata velut veſtem longam. *in Pſal.*130.

*Sic eſt* in animo beatitudo, vt in corpore ſanitas. Quemadmodum in ipſo corpore alia præcipitur medicina, ne bona valetudo amittatur, alia verò vt amiſſa recuperetur : Sic in toto ſtatu hominis, alia tunc præcepta data ſunt, ne amitteret immortalitatem : alia nunc præcipiuntur, vt eam recipiat. Et ſicut in valetudine corporis, ſi quis præceptis medici, quibus eadem bona valetudo cuſtodienda eſt, non obtemperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta vt ſanari poſſit, quæ ſæpe non ſufficiunt, ſi talis eſt morbus, niſi adhibeantur à medico quædam adiutoria plerunque aſpera, & dolores importantia, quæ tamen valent ad recipiendam ſalutem. Vnde fit, vt homo quamuis obtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non ſolum de ipſo morbo nondum ſanato, verum etiam de adiutorio medicinæ : Ita homo per peccatum lapſus in huius vitæ morbidam & calamitoſam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo ſempiternam cuſtodiret ac teneret ſalutem, ſecunda præcepta æger accipit : quibus obtemperans iam quidem non abſurde dicitur iuſtè viuere, ſed tamen moleſtias quas patitur, vel de ipſo morbo nondum ſanato patitur : vel de adiumento medicinæ, *lib.*11.*quæſt.*82.

*Defectus iſte,* qui peccatum vocatur, ſi tanquam febris inuitum occuparet, rectè iniuſta pœna videretur, quæ peccantem conſequitur, & quæ damnatio nuncupatur. Nunc verò vſque adeò peccatum voluntarium malum eſt : vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium. Et hoc quidem ita manifeſtum, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. *De vera religione.*

*Illa dimitti* volumus nobis peccata, quæ humanæ fragilitati quamuis parua tamen crebra ſubrepunt. Quæ ſi collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & opprimẽt, ſicut vnum aliquod grande peccatum : Quid enim intereſt ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur : an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta, impleat nauem, atque ſubmergat ? *epiſtola centeſima octaua, ad Seleucianam.*

*D.Hieronymi.* Quod iuxta Hebraicum, & omnes alios interpretes, appellantur funiculi vanitatis, hoc ſignificat, quod facientibus peccatum facile texitur ; & tam inane & futile eſt, vt aranearum fila texuntur, ſed cum inde voluerimus exire, ſolidiſſimis vinculis nectimur. *lib.*2.*c.*5.*in Eſaiam.*

*D.Cypriani :* Hoc ſunt peccata lapſis, quod grando frugibus, quod turbidum ſitus arboribus, quod armentis peſtilens vaſtitas, quod nauigiis ſæua tempeſtas. *ſerm.* 5. *de lapſis.*

*Hilarij :* Mos eorum eſt, quæ nequaquam longis atque aſſiduis præliis præualent, vt victorem exercitum, & firmis agminibus incidentem, à tergo adeant, & dorſo, ſicubi viam prætereat, inſidias machinentur. Illic dolos fabricantur, illic omnia inſidiarum artificia exercent : Ita & peccatores tentatos incaſſum fideles viros euntes iam in veritatis via, dorſo inſidiantur, dorſo dolos concinnant. *In Pſal.*127.

*Salonij :* Sicut bonus filius timet, ne vel in modico offendat oculos amantiſſimi patris : Sic & qui perfecti ſunt in eccleſia, timent ne peccando offendant oculos Dei. *in Parab. Sol fol.*217.

*Martialis Epiſcopi :* Spinas cordis euellite, vt in ſuauitate Dei requieſcatis. Hæ ſunt enim ſpinæ, quæ per multas amaritudines & inuidias & doloſitates non ſinunt gaudium & oleum Spiritus ſancti in vobis dominari. *In Epiſtola ad Burdegalenſes.*

*D Gregorij :* Eſſe ſub ſentibus delicias computabant, quia qui peccatorum delectationibus preſſi ex affectu vitæ præſentis quam ſint aſpera quæ patiuntur, ignorant, lætantur ſub ſentibus : quia rebus quidem temporalibus gaudent, ea cura punguntur miſeri, qua premuntur. Manent ſub ſentibus, & hoc ipſum delicias putant : quia & dura quidem ex præſentis vitæ amore, tolerant, & tamen ex affectu nimiæ cupiditatis obligant, laborem eiuſdem tolerantiæ voluptatem putant. *in Moralib. lib.*30.*cap.*15.

*Ebrius* quiſque quod patitur, neſcit : qui vero abſynthio inebriatur & hic quod ſumpſit, amarum eſt, & tamen non intelligit eandem amaritudinem qua repletur : Ita omnis peccator per voluptates ſpontaneas tribulationibus traditus, abſynthio eſt ebrius, quia amara ſunt quæ pro vitæ huius amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem, cœcitate cupiditatis, quaſi ſenſibilitate ebrietatis, & diſcernere nequit quod amarum eſt, quia ebrius abſynthio eſt. *In Moral. lib.*30.*cap.*15.

*Vua acerba* eſt peccatum, vua acerba eſt fructus ante tempus : quiſquis præſentis vitæ delectationibus ſatiari deſiderat, quaſi fructus ante tempus edere feſtinat. Vt qui vuam acerbam comederit, dentes eius obſtupeſcunt : Ita qui præſentis mundi delectatione paſcitur, interim eius ſenſus ligantur, vt iam ſpiritualia mandere, id eſt, intelligere nequeat, quia in exterioribus delectati ſunt, inde in intimis obſtupeſcunt. Et dum peccato anima paſcitur, panem iuſtitiæ edere non valet : quin ligati dentes, id eſt, ſenſus interim, ex peccati conſuetudine, iuſtum quod intus ſapit, edere nequaquam poſſunt. *lib.*11.*in Iob cap.*18.

*Homo peccator* folium eſt, quod in paradiſo ab arbore cecidit, qui tentationis vento rapitur, deſideriorum flatibus leuatur ... hominis quot tentationes patitur, quaſi tot flatibus mouetur ... ira perturbat, cum recedit ira, ſuccedit inepta lætitia, ſuperbia ... inordinatus timor in infirmis deponit. *lib.*11. *in Iob. cap.* ...

*D.Bernhardi :* Si vidiſti hominem ſcalpere manus, & ... ſanguinem confricare : euidentem habes in eo ſimilitudinem ... mæ peccantis expreſſam. Cedit ſiquidem voluptas illa ... cedit pruritui cruciatus. Neque id ignorabat, ſed diſſimulabat, dum ſcalperet. Sic laceramus, ſic exulceramus proprias ... nimas infelices : niſi quod tanto grauius, quanto ... ſpiritualis creatura, & cui difficilius medeatur. *ſerm. ad* ... *pit.*4.

*Saluiani Epiſcopi :* Sicut illi ſolent, qui muniti ſſimas ... dent, aut firmiſſimas arces vrbium capere & ſubruere ... mnibus abſq; dubio eas & telorum, & machinarum genere ... pugnant : Ita nos ad expugnandam miſericordiam Dei ... catorum immanium ſcelere, quaſi omni telorum genere ... imus, & iniurioſum nobis Deum exiſtimamus, cum ipſi ... mi Deo ſimus. Omnis ſiquidem, Chriſtianorum omnium ... uinitatis iniuria eſt. Nam cum illa quæ facere à Deo ... mittimus, vetantis iuſſa calcamus, ac per hoc impie ... bus noſtris ſeueritatem diuinam accuſamus. *De vero iudicio & pro-uidentia Dei, libr,*4.

*Domoſthen.* Corporis morbus non tectus, nec laudandus ... & animus malo cuſtoditus non curatur. *Anton. & Max.* ... *ne* 171.

Fugitiui, etſi nullo perſequente, ſibi metuunt : inſipientes ... licet nihil aduerſetur ipſis fortuna, perturbantur. ... *ne* 4.

Neque nauigantes præter loci commoditatem ... eſt : neque viuentes præter legem, vitam agere periculo ... *dem.*

Nec ignem veſtimento occulere poſſibile eſt, nec ... tum tempore. *Stob. ſerm.*6.

*Iſocratis :* Quemadmodum ex ciuitate bonis legibus ... hominem ſeditioſum : Sic ex anima cogitationem ... nantem fugare oportet. *apud Antonium in Meliſſa, parte* ... *ſerm.*64.

*Antonij monachi :* Quemadmodum ignis ſi tunica ... ri quidem poteſt, ſed ad tempus tantum : Sic turpe ... quidem poteſt, tempore autem ſuo detegitur. *parte prima* ... *Meliſſa.*

*Thriueri :* Vt nemo mellitis venenis abſtinuerit, niſi ... perniciem præſciuerit : Ita nemo peccatum odio habebit ... ius turpitudinem, iniquitatem, periculumque perſpexerit. *In apoph.*19.

*Quemadmodum* infamius multò eſt, corpus habere ... quam decoloratum : Sic animum dedecorat minus ... peccatum. *in apoph.*44.

*Quemadmodum* multi ideo morbos contemnunt, quod ... la ignorent : Ita multi euidenter peccant, quia turpitudinem ... ti perſpectam non habent. *in apoph.*46.

*Quemadmodum* vbi cibus aliquis malus ſua dulcedine ... fere condimentis malitia eius corrigitur, & fit minus ... minus peccat, qui cum quadam religione, quam ... rum peccato fruitur. *in apoph.*123.

*Vt fere acuti morbi* ſunt, qui homines interimunt, ... ex iis in perpetuum ſecuriorem ac firmiorem ſanitatem ... Ita eſt vbi inſignium quorundam peccatorum exceſſus ... am adfert, ſed ſæpe ſuffocat. *in apoph.*168.

*Quemadmodum* natura morbos quoſdam obiter ... excludit, illis autem premitur, qui in habitum transferunt ... peccatum dominatur, quod in conſuetudinem venit. *in apoph.* 169.

*Vt nullum medicamentum* abſtergit, quod non habeat ... tentem acrimoniam : Ita neq; noſtra, neq; aliena peccata poſſunt ... purgari, citra corporis, vel (quod maius eſt) animi amaritudinem. *ibid.*

*Homo homini* iniuriam quidem remittit, ſed iure ... in hæreditate relicta proſequitur : Ita ſubinde Deus quidem ... tum condonat : ſed mulctam à poſteris, in quartam ſobolem ... ctat. *in apoph.*52.

*Parentes* priores filios amant, veruntamen ingratos ... abdicant : Ita & Deus gratis nos iuſtificauit, ſed fornicatores, ... ros, comeſſatores ſuo regno excludit. *in apoph.*53.

*Æger facile* cuiuis cauſæ, vel etiam leuiſſimæ ſuccumbit : ... eſt obnoxius vni peccato, facillime à ſingulis inuaditur. *in apo-thegm.*75.

*Nemo feret* odorem allii, niſi qui & ipſe lubenter allio veſcitur. Et veriſimiliter peccato obnoxius eſt, qui non vitat peccati ... nem. *in apoph.*85.

*Qui dolorem* corporis negligit, animo laborat : Et qui ... ſuorum peccatorum ignorat, huic mens ſtupet. *in apoph.*92.

*Sæpe morbus* qui dolore vacat, eſt periculoſiſſimus : Ac ſæpe ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ſſima peccata, de quibus parum anxia conſcientia. *in apo-* ...*m.*119.

...na radix, non euulſa de terra perpetuo germinat: & pecca- ...quis indulget, quotidie nouas vires acquirit, & maximus ...rum cumulus efficitur. *Anonym. lib. 5. collect. hieroglyphic.*

¶ Exempla Biblica.

...ata punit Deus. *Exempla:* Salomon. 1, *Reg.* 11, v, 14, 23, Achab ...bel, 2. *Reg.* 9, v, 7, 25, 26, 2, *Paral* 22, 7, Manaſſes, 2, *Reg.* 24. v, 2, 3, ...ias, 2, *Paral.* 25, 20, Iſraelitæ, 4, *Eſdr.* 3, v, 26, 27, 28, & 15, v, 5, 6, ...22, & 30, 15, *Ezech.* 14, 13, & 33, v, 25, 27, *Malach* 22, Tobias, *Tob.* 13, ...iani, *Iudith.* 7, 17, & 8, v, 26, 27, Eſther, *Eſth.* 14, 6, Patres, *Pſal.* ...Iudæi, *Eſa.* 3, v, 8, 9, & 5, v, 24, 25, Etiam in Sanctis caſtigat illa ...*Exempla.* In Moſe & Aarone, *Num.* 20, v, 12, 53, Moſe, 27, v, 12, 13, ...Sacerdote, 1, *Sam.* 2, v, 27, 28, &c. Dauide, 2, *Sam.* 12, v, 10, 11, Salo- ...1, *Reg.* 11, v, 11, 12, Roboamo, 2, *Paral.* 12, v, 7, 8, Ioramo, 21, 16. Iu- ...4, v, 24, 25, Iudith, 5, 18, iuſtis à iuſtitia ſe auertentibus, *Ezech.* ...Iona, *Ioan.* 1, v, 3, 4.

¶ Emblema.

Alius peccat, alius plectitur.

Emblema CLXXIV. Andr. Alciat.

*Arripit vt lapidem catulus, morſuq; fatigat,*
*Nec percuſſori mutua damna facit:*
*Sic plerią; ſinunt veros elabier hoſteis,*
*Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.*

# Peculatus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

...atus, furtum eſt rerum publicarum. Hinc apud Iureconſul- ...lib. ff. tit. eſt, ad leg. Iul. pecul. *Nebriſſ.* Peculator eſt, qui fur- ...pecuniæ publicæ. *Autor. Aſcon. Iacob. Spiegel. in Lexico*

...lium dicitur quicquid alicuius vel multorum labore & in- ...partum eſt. Peculator, qui quod à multis in Republicę com- ...collectum & ſepoſitum eſt, furatur.

¶ Apophthegmata.

*...genes Cynicus* cum vidiſſet magiſtratus, qui Hieronnemones ..., quendam deprehenſum, quod ex ærario phialam fura- ...adducentes: Magni, inquit, fures paruum ducunt. *Laert.* ...*Cato* dicebat, priuatarum rerum fures in compedibus vitam ...publicarum in auro & purpura conſpicuos incedere: Olim ...furtum non puniebatur capite, ſed victi compedibus, præ ...operam. At longe grauius crimen eſt peculatus, quam fur- ...tamen qui fiſcum principis, qui Rempub. compilant, ma- ...*Plut.*

...Septumeleio Anagnino cui pro capite C. Gracchi aurum ...penſum, rogante vt ſe in Aſiam præfectum duceret: Quid tibi ...inſanacitanta malorum eſt multitudo ciuium, vt tibi hoc ...ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias ...turum. Notauit auaritiam hominis præfecturam non ...ambientis, niſi vt ſpoliaret prouinciales, ac ludens finxit, id ...ſecuturum Romæ. Hoc dictum Fannius in annalibus a- ...Africano Æmiliano, qui dictus fuerit Iron, *Eraſ. l. 6, apoph.* ...*Modeſtus*, L. Quintium in morbo ſibi dicentem manus ...gidas, hoc commate taxauit: Atqui calidas, inquit, è prouin- ..., notans eum, quod procul adminiſtrans prouinciam, ...furatus eſſet. *Meminit Plut. in Sympoſiacis lib. 2. c.* 40.

*...dius Cæſ.* Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem, à rationibus ..., vt eos non ſolum ampliſſimis præmiis, verum etiam ...ris prætoriisque ornamentis decreto ſenatus ornari libenter ...ſit, ad hæc, tantum rapere & acquirere, vt illi querenti de fiſci ...quidam non abſurde dixerit. Abundaturum fiſcum, ſi à ...libertis in conſortium reciperetur. Hos Plinius fatetur Craſ- ...ditiores.

*...anus Imp.* Initio procuratores habebat rapaces, qui prouin- ...calumniis expilabant. Quorum vnus fertur, vnumquemque ...ſic conuenire ſolitus: Quid habes? Vnde habes? Hæc vbi di- ...addebat tertium, Pone quod habes. Sed admonitus à Pom- ...Plotina vxore, cohibuit eiusmodi vexationes prouinciarum, ...vocem optimo iure laudatam, Fiſcum eſſe lienem, quod eo ...ſcente, reliqui artus contabeſcant. Senſit optimus princeps, ini- ...eſſe, ſic explere fiſcum vnum vt nihil habeant ſubditi: præſer- ...quum boni principis ſit quicquid habet populus, *Eraſm. libr.* 8. ...

*...giſmund. Imp.* interrogatus, cur apud liberas ciuitates pecula- ...men adeo frequens inueniretur? Idcirco reſpondit, quod nu- ...honores ciuibus commendant, populus autem ad lucrum in- .... Indicat autem, magiſtratum ipſum in cauſa eſſe, quod pecula- ...crimine tam multi hodie inſimulentur. Cum enim tam varia Reipublicæ ſint officia, ſingulis certa & ſufficientia ſtipendia deberent aſſignata eſſe, quo hi qui ad huiusmodi honores & officia vocantur, haberent vnde viuerent, ſine vlla vel furti vel peculatus ſuſpicione. Verum cum deſunt hæc ſtipendia, vel nimis ſunt tenuia, fit vt plerique ex publico theſauro ſibi per nefas proſpiciant, & pauperes primum ad ampliſſimas opes veniant. *Æneas Sylu. li. 2. comm. de reb. geſt. Alphonſi.*

*Vide Furtum.*

# Pecunia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Pecunia, Græce χρῆμα, ατος, τὸ, & χρηματικὸς, ῆ, ὸ, pecuniarius: χρηματώδης, εος, pecunioſus dicitur. De peculio autem, pecunia variisque pecuniis apud Hebræos, Chaldæos, Syros, Græcos, à quibus nominibus, multa obſeruatu digna leguntur in Etymologico trilingui, Lugduni edito, anno 1607. *p.* 582. 583. 584. 585. 586, 587, quæ cum prolixiora ſint, deſcribere non libuit.

Eſt autem pecunia totum, quicquid homines habent in terra, omnia quorum domini ſunt, ſeruus, vas, ager, arbor, pecus. Quicquid id horum eſt, pecunia dicitur, *ſecundum Aug. de doctrina Chriſtiana, & habetur in decretis* 1, *q.* 3, *c. totum.* Pecunia: cuius diminutiuum eſt peculiola, à pecu dicitur, quod olim diuitię omnes in agris, atque pecoribus eſſe exiſtimabantur. Vnde locupletes, & pecunioſi, appellati ſunt diuites, quaſi locorum & pecorum pleni. Et licet pecuniæ appellatione, non modo nummi, hoc eſt, numerata pecunia, ſed omnes res, tam ſoli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura contineantur, vt etiam Hermogenianus Iuriſconſultus affirmat, frequenter tamen pecunia, pro ea, quæ numerata eſt, ab auctoribus vſurpatur. A pecu, pariter fit peculium, quod proprie ſignificat rem, quæ in pecunia numerata conſiſtit, vel in ſolo, vel in corporibus, vel in ſupellectile, noſtro labore, & induſtria paratum, & à nobis ipſis lucrifactum. Virg. *Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.* Hinc peculium Caſtrenſe dicitur, vt ait Pomponius, quod à parentibus, & agnatis in militia degenti donatum eſt: vel quod filius in militia acquiſiuit, quod, niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet. Nam quod fuiſſet ſine militia acquiſiturus, id peculium eius caſtrenſe non dicitur. Peculium nonnunquam pro paruo patrimonio capitur: *ſec. Vlpian.* Hinc deriuatur peculiaris, quod proprie ſignificat rem, ad peculium pertinentem. Sed vſu iam receptum eſt vt pro proprio, ſiue ſpeciali, ſeu præcipuo ponatur, vnde peculiariter aduerbium, hoc eſt ſpecialiter, præcipue.

Pecunia dicta, *teſte Plin. l.* 33. *c.* 3. Quod olim nummi pecudis effigie notari ſolebant.

Pecunia dicta eſt à peculio, quod eſt ſeruorum: & peculium dicimus, licet abuſiue, pro patrimonio.

Pecuniam antiqui à pecore deduxerunt, quod vniuerſa eorum pecunia in pecorum fructu eſſet, qua ratione & peculium dictum, quod quis ſua induſtria acquirit. *Alciatus de verborum ſignificatione, in l. pecuniæ, & vbi Vlpianus.*

¶ Loci Biblici.

Pecunia non danda eſt ad vſuram, *Deut.* 23. 19.
Pecunia depoſita apud amicum, *Exod.* 22. 7.
Data mutuo pauperibus, *Exod.* 22, 25.
Pecunia non computatur Spiritus ſancti donum, *Act.* 8. 20.
Pecuniis confidentes, *Pſal.* 49. *Marc.* 10. 24. 1. *Tim.* 6.
Pecuniis conſtituti ſacerdotes, 1. *Reg.* 15. 33.
Pecudis nomen, pro pecuniis ſeu nummis, quibus pecudis imago fuit impreſſa, *Gen* 33. 19. *Ioſ.* 24. 32. *Ioſ.* 42. 11. Iuxta nonnullorum ſententiam.

¶ Sententiae Patrum.

Pecunia facile conſumitur, conſilia exhauriri neſciunt, hæc vſu augentur, pecunia minuitur, & cito deficit: conſilium autem collatum, quo in plures diffunditur, eo redundantius manat, & in ſuum fontem recurrit. *Ambr. l. de Offic.*

Hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus, vt pecunia honori ſit, & animi hominum diuitiarum admiratione capiantur. *Ambr. Offic. l.* 2. *c.* 21.

Vbique pecunia vincit, omnes mendicitatem ſpernunt. *Iſidorus Soliloq. l.* 1. *c.* 1.

Pulchrum eſt, neglexiſſe fœda lucra pecuniæ. *Caſſ. l.* 5. *epiſt.* 13.

Pecunia cum labore acquiritur, acquiſita cum timore ſeruatur, & tandem cum dolore grauiſſimo amittitur. *Caſſ. de dilectione Dei, c.* 5.

¶ Sententiae Poeticae.

Sophocles.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.
*Pecuniæ hominibus amicos conciliant.*

Menander in Menagyrta.

Μακάριος, ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει;
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.
Οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα καὶ πλοῦτον φέρει.

*Ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ᾽ ἐνίοις αἰτίας.*
*Felix, qui ſimul opes ac mentem habet.*
*Hic enim opibus vbi conuenit recte vtitur.*
*Sic diſcenda ſunt omnia, & diuitiæ ferendæ.*
*Nonnullis enim fiunt cauſa indecentium facinorum.*

Euripides in Erechtheo.

*Τὰς οὐσίας, γὰρ μᾶλλον ἢ τὰς ἁρπαγὰς*
*Τιμᾶν δίκαιον· οὔτε γὰρ πλοῦτός ποτε*
*Βέβαιος ἄδικος.*
*Opes (legitimas) magis quam rapinas*
*Colere decet, neq; enim diuitiæ iniuſtæ*
*Vnquam conſtantes ſunt.*

Ex Antholog. pecuniis cumulandis omnes nunc ſtudent.

*Diuerſas hominum videam cum ſparſa per arteis*
*Ingenia, eſt cunctis ars tamen vna viris.*
*Omnibus idem animus gratos ſibi quærere nummos.*
*Omnis inexhauſtas vndiq; poſcit opes.*
*Nullus adeſt priſcæ virtutis cognitor, vlla*
*Religio ſuperos vix putat eſſe Deos.*
*Nimirum ingenti congeſta pecunia cura*
*Eſt Deus, humanas nunc regit ipſe vices.*

Ex epiſt. Horatii.

*O ciues, ciues, quærenda pecunia primum.*
*Virtus poſt nummos hæc Ianus ſummus ab imo*
*Prædocet, &c.*

Propert. lib. 3.

*Ergo ſollicitæ tu cauſa pecunia vitæ es.*
*Per te immaturum mortis adimus iter.*
*Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,*
*Semina curarum de capite orta tuo.*

Iuuen. 2. Satyra,

*Prima peregrinos obſcœna pecunia mores*
*Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu.*

Horat. lib. 10. Epiſt. 2.

*Diuitiæ molles.*
*Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuiq;,*
*Tortum digna ſequi potius quam ducere funem.*

Iuuen. Saty. 13.

*Et maiore domus gemitu maiore tumultu*
*Planguntur nummi quam funera.*
*Ploratur lachrymis, amiſſa pecunia veris.*
*Interea pleno cum turget ſacculus ore,*
*Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.*
*Et minus hanc optat, qui non habet.*

Euripides in Phœniſſis.

*Τὰ χρήματ᾽ ἀνθρώποισι τιμιώτατα,*
*Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.*
*Mortalibus nihil eſt carius pecunia,*
*Atq; inter homines, vna plurimum valet.*

Item Ariſtophanes in Pluto.

*Ὡς οὐδὲν ἀτέχνως ὑγιές ἐστιν οὐδενός.*
*Ἀλλ᾽ εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες.*
*Proh! vt nihil ſanum reperias vſpiam.*
*Sed pariter omnes ſeruiunt victi lucro.*

Terent. in Adelphis.

*Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.*

Idem in Hecyra.

*Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, animi ſublati ſunt.*

Idem in Phormione.

*Abi ſic inſciens, cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, vereri ei verba credere, vbi quid lucri eſt te mihi fallere?*

Plaut. in Curculione.

*Qui homo mature quæſiuit pecuniam, Niſi eam mature parſit, mature eſurit.*

Hor. pecuniam reginam vocat.

*Vxorem cum dote fidemq; & amicos,*
*Et genus & formam regina pecunia donat.*

Verſus ex Bellerophonte Euripidis.

*Sine me vocari peſſimum, vt diues vocer.*
*Nemo an bonus, an diues? omnes quærimus:*
*Non quare, & vnde? quid habeas tantum rogant.*
*Vbiq; tanti quiſq; quantum habuit fuit,*
*Quid habere nobis turpe ſit quæris? Nihil.*
*An diues quærimus omnes, nemo an bonus.*
*Aut diues opto viuere, aut pauper mori.*
*Bene moritur, quiſquis moritur dum lucrum facit.*
*Pecunia ingens generis humani bonum.*

## ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Nimia pecuniarum collectio pro liberis, vt multi loquuntur, prętextus eſt auaritiæ, proprium ingenium arguens ac detegens. *Democritus, apud Stob. ſer. 10.*

Pecuniæ grandior aceruus & priuatim & in ciuitatibus inimicitias ſeditionesque, parit: deficiens autem, vt plurimum ſeruitutem. Nemo igitur liberorum gratia pecuniis cumulandis incumbat, vt eos relinquat ditiſſimos. Nemo enim id ipſis, neq; ciuitati conducit. Sed cenſus iuuenum tum adulatione vacuus, tum rerum [...] riarum non indigens, omnium decentiſſimus & optimus [...] hic nobis ad omnia conſonans accommodatuſque vitam [...] bus tutam reddit. Liberis ergo non auri, ſed pudoris multum [...] tet relinquere. *Plato lib. 5. de legibus.*

Qui pecuniam iniuſtè cupit, aut iniuſtè poſſidens non [...] neribus animum ſuum non exornat, ſed ab hoc abeſt [...] Quod enim venerabile pulchrumque in animo eſt, [...] aceruo prodit: quum quicquid ſuper terram iacet, quodve [...] latet aurum, compenſari virtuti digne non poſſit. *idem, ibid.*

Propter pecuniarum poſſeſſionem omnia prælia nobis [...] *Plato in Phædone.*

Male enim res ſe habet, cum quod virtute effici debet, id [...] pecunia.

Sed vt pecuniæ quærendæ non ſolum ratio eſt, verum etiam [...] locandæ, quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolum neceſſ[...] ſed etiam liberales: ſic gloria & quærenda & collocanda [...] Quanquam præclare Socrates, ad gloriam hanc viam [...] quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, vt qualis [...] vellet talis eſſet. *Cic. lib. 2. Offic. 2.*

Nihil eorum, quæ virtuti debentur, emere pecunia licet. *[...] Max. lib. 4.*

Vnicæ filiæ pater Themiſtoclem conſulebat, vtrum eam [...] ri, ſed ornato: an locupleti, parum probato collocaret: Cui [...] Malo virum pecunia, quam pecuniam viro indigentem. [...] ſtultum monuit, vt generum potius, quam diuitias gener[...] *idem lib. 7. tit. Sapienter dicta aut facta.*

Primum omnium pecuniæ admiratio detrahatur, [...] luxus, incitetur ſobrietatis ſtudium, accendatur mutua [...] per peccata quæſtum fieri, ſed virtutem eſſe vnicam [...] *in epiſt. ad Henricum Angliæ Regem VIII.*

Pecunię eſt fugienda cupiditas: nihil eſt enim tam [...] tamq; parui, quam amare diuitias, nihil honeſtius, magnifi[...] que, quam pecuniam contemnere, ſi non habeas: ſi habeas [...] ficentiam liberalitatemque conferre. *Cic. in Offic.*

Multos ſæpe magnis incommodis afficit pecuniæ cupid[...] *Vet. Rhetor.*

Cauſa multorum bellorum eſt, quod reges non regant [...] ſed ipſi à pecunia regantur. *Ludou. Viu.*

Ex pecuniæ cupiditatibus factiones, diſſenſioneſque [...] ſæpe maximæ: prædæ etiam cupiditas multos nonnun[...] gius euocat. *Iulius Celſus lib. 6. de rebus geſtis Cæſaris.*

Similiter pecuniarum prædiorumque, & cenſus poſſ[...] bet: excedens enim & priuatim, & in ciuitatibus inimici[...] neſque parit: deficiens autem, vt plurimum, ſeruitutem.

Pecuniarum cura vltimum honoris locum teneat. [...] niarum, in quibus homines omne ſtudium ponunt, vltim[...] tium eſt, ſi recte habeatur pecuniæ ſtudium, medium [...] mi primum. *Item lib. 4. de legib.*

Pecunia effectrix multarum & magnarum voluptatum [...] voluptates pariuntur. *Cic. 2. de Finib.*

Omnia pecunia effici poſſunt. *5. Act. in Verrem.*

Pecuniæ vſus duplex eſt: alius ad ſumptus neceſſarios, [...] ſumptus liberales. *idem.*

Pecunias comparare non inutile: iniuſtæ autem id facere [...] peſſimum eſt. *Ariſtoteles.*

In bello non ſolum armis, ſed etiam pecunia opus eſt, [...] arma vtilia. *Thucyd. l. 1.*

Propter inopiam pecuniæ, res veterum fuerunt imbecill[...] *Idem, ibid.*

Ad virtutem vna & ardua via eſt: ad pecuniam qua [...] nititur, & malis & bonis rebus ea creatur. *Saluſt. in fragm.*

Pecunia, maxima hominum pernicies. *idem, ibid.*

Pecunia inter ciuiles diſcordias ferro validior. *Tacit. [...] bro 2.*

Pecuniis acerbè conquirendis principis plus inuidiæ [...] virium addunt. *idem, hiſt. l. 3.*

Qui primus pecuniam eſſe neruos rerum dixit, is pr[...] lum reſpexiſſe videtur. *Plut. in Cleomene.*

Pecuniam neruos eſſe principatus, Veſpaſianus imperator [...] ſolebat. *Xiphilin. in Veſpaſiano.*

Pecunia, & orbitas bonis maliſque temporibus iuxta val[...] *hiſt. lib. 1.*

Pecuniæ belli ciuilis nerui. *Idem, l. 2. hiſt.*

Quiſquis admodum pecuniis delectatur, cum certò ſcias [...] menter angi, quum ſumptus facit. *Xenoph. de inſt. Cyri. l. 8.*

Præclarius eſt pecunia quàm armis bene vti. *Plutarch. in [...] lano.*

Pecunias qui non ad neceſſitatem ſit conſecutus, bellum [...] gerere nunquam ſatis commodè poterit. *Procop. de bello [...] bro 3.*

Quidam ex antiquis pecuniam rerum neruos rectiſſimè [...] uit. *Nicetas in Manuele Comneno, lib. 1.*

Rerum vires neruuſque pecunia eſt. *P. Æmyl. l. 8.*

Multo commodius atque facilius auro arcentur hoſtes, [...] ferro ac viribus in ipſo belli diſcrimine ſuſtinentur: & [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…rãque accidit, vt quæ pecuniæ parcendo remota pericula
…re contemnereque ſolent, incumbentibus demum malis, de-
…ſæpe remedio grauiora detrimenta ſentire conſueuerunt, P.
…hiſt. l. 2.
…niæ bellorum nerui pacisque ſubſidia, *Idem, l.* 13.
…mo virtute vel fortuna maximus Imperator res præclaras vn-
…bello geſſerit, ſi eum optimis artibus, abunde inſtructum pe-
…propria bellorum inſtrumenta, defecerint. *idem, l.* 18.
…quam pecunias ciuitati alendo & ſuſtinendo bello defectu-
…ſiderim, ſi ſit firmum apud ciues, quod recte optare facilius
…ſperare poſſumus, communis concordiæ ſtudium, *idem, li-*
…
…mioſus oſtentator lib. 4. rhetoricorum ad Herennium ele-
…penicillo depingitur.

De amiſſa pecunia. DIAL. XIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

…cuniam amiſi. R. Et cum illa curas multas, periculumque per-
…m. D. Perdidi pecuniam. R. Et laborem cuſtodiæ, & perdendi
…m Sic perdendo pecuniam, duo bona, vnumquodque & præ-
…amiſſo, ſecuritatem, & requiem inueniſti. D. Pecuniam per-
… R. Bene, ſi te illa non perdidit, quod ius multis poſſeſſoribus
…it. Noxia enim pecuniæ forma eſt, Venenoſus fulgor, ac pe-
… Itaque velut ſerpens ſquamis aureis placens mulcendo ocu-
…mam ferit. Proinde ſi hinc ſaluus es, gaude tibi ablatum vnde
…poſſes, teque illæſum inter pericula tranſiuiſſe, lætus ſtupens-
…cogita. Sin infectus, extirpatam mali cauſam ſcito, quo faci-
…ſalutem reditus ſit. D. Amiſi aurum atque argentum. R. Quid
…animo, cum terreſtribus purgamentis, qui virilius philoſo-
…t, argentum atque aurum inter bona non numerant, qui
…bona dicunt, ſed non animi, horum quicquid elegeris ſiue
…tuum ſiue non tuum fuit, æque nulla tibi eſt materia quere-
… Nam vt omnino bonum dici velis quod multi magnique
…non tuum certe, ſed fortunæ bonum, vel inuitus dices.
…de tuo aliquid, nec de ſuo illa quidem perdidit, ſed tran-
… D. Amiſi pecuniam. R. Vt non amiſiſſes ſi tua eſſet, ſic ſi tua
…amittere nequiuiſti, vere autem non tua, ſed illius erat,
…eſt, imo ne illius quidem, ſed fortunæ (vt dixit) quæ
…ſum fuerit, breuem ad vſum magno ſub fœnore mutuat.
…tandem à propriis aliena ſecernere. D. Pecuniam amiſi.
…adeo non tuæ quoque cruciant iacturæ, tibique vel alienum
…demi doles. Diſce illa conquirere quæ tua ſint propria, at-
…petua, quorum & acquiſitio facilior, & poſſeſſio nobilior,
…que. Virtutem ſi quæſieris non amittes: Vos autem ſapienti
…ptores, cultoresque & amatores pecuniæ, facti eſtis. Ob-
… videmini ſalubribus conſiliis, ac monitis, quæcunque per
…, atque eruditos viros contra hanc præſertim humanæ par-
…niæ dicta ſunt. Audiſtis Satyricum veſtrum proteſtantem.
…es qui fieri vult, & cito vult fieri: atque his dictis adden-
… quæ reuerentia legum? Quis metus aut pudor eſt vnquam
…antis auari? Hanc ſententiam Hebræorum ſapiens quam
…abſoluerat. Qui feſtinat ditari, inquit, non erit innocens. Au-
…um ex veſtris ſeu Satyricus ſit ille, ſeu Lyricus, dicentem.
… domus aut fundus non eris aceruus & auri Ægroto domini
…corpore febres. Non animo curas, dixerat hoc externus ſa-
…ille breuiſſime. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, & addi-
… quid prodeſſet. Iuſtitia enim, inquit, liberabit à morte. Cum
…pecunia, quam amiſſam luges, in neceſſitatibus ſummis nec
…poſſit opem ferre, nec animo, mirum cur tantopere vel o-
…ſens valeat, vel amari præſens. His atque aliis motus orator
…: Nihil eſt, inquit, tam anguſti animi, tamque parui quam a-
… diuitias. At orator eccleſiaſticus, Auaro, inquit, nihil eſt ſcele-
…nihil eſt iniquus, quam amare pecuniam. Et quam multorum
… vnum conſentit, immo quam nullius diſſentit authoritas.
…a quidem præualuit Sapientum ſententiis, vulgi fulgor. Ita-
…nullum ardentius votum, quam pecuniæ eſt, vt ex qua pen-
…omnia, quæ optantur perſuaſum ſit, clamant ab aduerſo do-
…orum voces hominum, clamat experientia & veritas, clamat
… & recens exemplorum turba. Magnam pecuniam nulli vti-
…, multis fuiſſe peſtiferam, cum peccato ac labore quærendam,
…tudine ac pauore ſeruandam. Dicant pecuniæ amatores, quid
… his verbis falſi, vel in ſuis opibus boni ſit. Et vt vera ſit æſtima-
…m laudatæ rei, quid de hoc quisque viderit aut legerit, inte-
…m, ac ſincerum, ſpretis vulgi clamoribus ſepoſitisque fulgori-
…metallorum ad memoriam reuertatur. Quia vero non omni-
…videndi experiendique ſors eadem fuit, illa animum ſubeant,
… famoſis ab authoribus ſcripta nulli vnquam docto legendi, au-
…dique defuit facultas. Nonne ergo pecuniam peregrinos mores
…iſſe, & molles diuitias turpi luxu ſæcula prius integerrima fre-
…e? Nonne ipſas quoque diuitias auaritiam & abundantes volu-
…s, deſiderium per luxum, atque libidinem pereundi, perdendi-
que omnia inuexiſſe, & ſcriptum & re ipſa ſæpe compertum eſt?
Nonne auarum ſemper egere? Nonne nocens ferrum ferroque no-
centius aurum, ſacramque auri famem nil non mortalia pectora
cogere, pecuniæque aſpectu debilitatos ſpiritus? Nonne aurum per
medios ire ſatellites, & perrumpere ſaxa potentius ictu fulmineo, at-
que hinc pudicitiæ ſimul ac vitæ inſidias prouenire? Imbre aureo
Danaes expugnata virginitas, & vatis Amphiarai Argolici caſus
probat, auaræque ſimul coniugis: vna ſiquidem ruinæ duplicis
cauſa fuit, aurum fatale, quod bene ſpretum Argiæ, Eriphilæ male
optatum, male partum, illius penates irrupit, ſcelerumque ingentia
ſemina mouit? Nonne opes falſas & caducas, neque præſtare poſſe
quod ſpondeant, neque lenire animi ſitim, ſed accendere: neque cu-
ras fugare, ſed acceſſere, neque neceſſitates tollere ſed augere, ve-
riſſimeque & proprie dictum: Creſcit amor nummi, quantum ipſa
pecunia creſcit: Et illud: Neminem pecunia diuitem facit: immò
contra: Nulli non maiorem ſui cupidinem incuſſit. Neque illud
minus, Creſcentem ſequitur cura pecuniam, maiorque fames. Atq;
illud, Multa petentibus deſunt multa. Et permultis eos indigere,
qui permulta poſſideant, denique quicquid ſint non eſſe perpe-
tuum, nec longæuum quidem, vt quod poſitum ſit in manibus for-
tunæ ſine intermiſſione volubilibus ſubiectum caſibus, & ſaltem
morte perdendum. Diues enim cum dormierit nihil ſecum aufe-
ret. Aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet, neque id ipſum ſuum nihil
in quem volet transferet, quia in imagine pertranſit homo, ſed &
fruſtra conturbatus theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. His
ac mille ſimilibus circumquaque ſonantibus doctorum vocibus
hominum obſtruxit aures infinita cupiditas, vt iam fruſtra diuiti-
bus huius ſæculi præcipiatur, non ſublime ſapere, nec ſperare in in-
certo diuitiarum, ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde
ad fruendum bene agere, diuites fieri in operibus bonis. Nam qui
volunt diuites fieri harum, ſcilicet quæ vulgo optantur diuitiarum,
incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa &
inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditio-
nem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas. Non magis hunc
audiunt conſultorem quam qui ait, Nolite ſperare in iniquitate, &
rapinas nolite concupiſcere, diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.
Neque hunc magis quam ipſius filium dicentem: Qui confidit in
diuitiis ſuis, corruet, neque rurſus his omnibus magis illum, qui ſu-
per omnes eſt, cuius doctrina cœleſtis, niſi ab inſanis planeque fu-
rentibus contemni nequit, qui profecto diuitias, & diuitiarum co-
mites voluptates, atque ſolicitudines ſpinas dixit ſemen verborum
ſalubrium ſuffocantes: dixit hoc cuius in ore non eſt inuentum
mendacium, viua inquam hoc dixit veritas. Veruntamen putas in-
uenerit fidem in terra? nullum prorſus aut raram. Quas igitur ille
ſpinas ſuauitatem vnicam, atque dulcedinem mundi vocat. Et quod
ait quidam, gemmas & lapides aurum & inutile ſummi materiam
mali, ſummi omnis materiam boni putant, certatimque omnes, vt
ſummum bonum, præque omnibus appetunt. Iamque in vrbium
plateis haud ironice proclamatur: *O ciues ciues! quærenda pecunia
primum eſt. Virtus poſt nummos.* Atq; illud alterius. Vende animam
lucro mercâre, atque excute ſolers, omne latus mundi. Sic nondum
intellectum Dei munus ſed magnum Dei pauperies opprobrium
iubet quidvis & facere & pati. Verumque cotidie cernitur quod ab
alio dictum eſt. Pars viliſſima rerum certamen mœſtis opes. Quis
enim quæſo non hodie ſceleris, inſigni præmio, & occaſione propo-
ſita fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro vi potitur?
pone fidos fratres, pone inanimes amicos in conſilio, in conuiuio,
in chorea, dehinc modicum inter illos non dicam pomum aureum,
ſed pomi fruſtum iacta, diſcordia his olim armis vti ſolita, gladiis
ſeria, iocique frangentur. Sicut autem auro nihil ſceleſtius quæritur,
ſic vt ad rem redeam, nil mœſtius perditur. Peccatum nempe in-
gens animæ iactura contemnitur, proximumq; illi famæ damnum
ſpernitur & amiſſum tempus inter leuia numeratur. Lente flentur
fratres perditi, Lentius parentes. Lentiſſime coniuges, ſæpe vero læ-
tiſſime. Solæ opes flentur acriter. Veriſſimumque eſt illud, *Ploratur
lachrymis amiſſa pecunia veris.* Sed multa iam diximus, de quo
nunquam ſatis, nunquam parum, ſemper minus dicitur: quia pecu-
niæ ad amorem obſtinatis animis, nil dicendo aliud quæritur niſi
odium, aut contemptus, quicquid vulgaris obſtat erroribus vel ſi-
mulatum creditur vel inſanum. D. perdidi pecuniam. R. Experre-
ctus es, te diuitem ſomniabas. D. Pecunia, quam amabam periit. R.
Pecuniæ neque amorem, neque odium, ſed frugalitatis ſtudium, a-
uaritiæque fugam laudo, vt amare enim puſilli animi, ſic pati non
poſſe aurum infirmi eſt parumque ſibi fidentis atque auro ſuccum-
bere metuentis: Magnus ille eſt inquit Annæus, qui fictilibus ſic
vtitur quemadmodum argento: nec ille minor eſt, qui ſic argento
vtitur, quemadmodum fictilibus, vt intelligas ſeu vitium ſeu virtu-
tem, non in rebus eſſe, ſed in animis. Nec amatorem pecuniæ nec o-
ſorem, ſed abſentis contemptoremque præſentisque diſpenſatorem
egregium, magnum putes. Hanc ſententiam me dictante ſcripſit
Cicero. Cum amorem enim diuitiarum anguſti, paruique animi
dixiſſet, adiunxit: Et nihil inquit honeſtius, magnificentiusque
quam pecuniam contemnere, ſi non habeas, & ſi habeas ad benefi-
centiam liberalitatemque conferre. Vtor in re certa claris teſtibus.
Et ô vtinam mihi, ſimulque illis omnibus fides eſſet! Nuſquam

OOOO 2 enim

enim humanum genus tam incredulum,ſeu tam ſurdum eſſet. Inexhauſtus labor hominum,quærendiq́ue ardor, terrasq́ue & maria verſans probat auaritia,atque amore,cultuque diuitiarum non modo virtutibus,ſed vitæ odium inductum. D. Pecuniam magnam amiſi. R. Magnum pondus, & durum & graue ſimul cuſtodis officium vt incipiens dixi. Nam de dominis vos cuſtodes imperioſa cupiditas fecit omnia facere, atque omnia pati iubens, ſola vt pecunia cumuletur, ac ſeruetur: Ita quæ in opportunitates vſusq́ue hominum inuenta erat, in metum, ac ſolicitudinem verſa eſt. Timere & angi & circumſpicere,domorum incendia,furum inſidias,& ſeruorum fugam,neque aliis prodeſſe neque ſibi, ſed examine tantum & inutile aurum incubare: hæ diuitiæ veſtræ ſunt.D. Pecuniam domi dimiſſam abſtulit, neſcio quis. R. Vile & caducum eſt,& certe non proprium, quod furto, vel vi eripi poteſt. D. Pecuniam in loculis conſignatam,non inuenio. R. Dicam tibi,non antiquam rem. Fuit nuper apud Italicos nobilis, & egregius quidam vir poſſeſſionum antiquarum diues ſatis,ditior virtutum,ſed pecuniæ non ita, vt cuius non cuſtos ſed diſpenſator,ac dominus eſſe didiciſſet. Erat illi filius primogenitus fori negotiis apprime induſtrius, qui vigili cura, & parſimonia ingenti magnas opes multumq́ue auri quæſierat, & erat (mirum viſu) in patre ſene,iuuenilis largitas, in iuuene filio ſenilis tenacitas,ſæpe illum pater hortabatur ne ſuum genium fraudaret, ne pietatis obliuiſceretur, ac famæ,neue in comparationem auri,& decus & debitum,& naturalia ſibi iura vileſcerent. Denique vt ſibimet, & annoſæ matri,& fratribus paruis, & conſanguineis & amicis,& egentibus prodeſſe aliquando diuitias ſuas vellet. In hos enim vſus,non in cuſtodiam tantum ac ſupplicium partas eſſe dicebat,hoc pater,ſed fruſtra vel ſurdo capitur, vel auaro. Contigit tandem pro repub.filium abeſſe & cum electis viris ad Romanum Pōtificem proficiſci,quo digreſſo ſtatim pater,occaſione arrepta, nouis thalami arculæque clauibus introgreſſus,theſaurum nulli vtilem è latebris eruit,ſeque & coniugem & filios,familiamq́ue omnem exquiſitiſſime induit,emit equos ornatiſſimos,vaſa argentea, ſupellectilem ſpecioſam:vltimo domum amplam,ſed minime cultam,nouis auxit ædificiis,& picturis inſignibus adornauit,muniuitq́ue rebus omnibus quas liberalis & lauta, & abundans vita exigit: multa præterea pauperibus dedit.Sacculos vero in quibus aurum illud filii fuerat,arena,lapillisq́ue fluminei plenos, obſtructosq́ue, & obſerata omnia, quoque prius in ſtatu fuerant dimiſit. Quæ cuncta breuiſſimo tempore geſta ſunt,quod & voluntas egregii ſenis,& pecunia prompta eſſet.Redeunti dehinc filio,fratres obuii fuere.Quorum ille occurſu hæſit,indumenta atque habitum miratus, qualem antea non vidiſſet quæſiuitque cuius eſſent equi? vnde illæ veſtes? læti atq; omniū ignari ſimplicitate puerili domini patris eſſe, multosque alios domi in ſtabulo ſubſtitiſſe dixerunt, vtrumq́ue etiam parentem multiplici ac regio eſſe veſtitu. Magis ille magisq́ue ſingula mirari,Inde vbi paternæ domus limen attigit, vix parentes recognoſcens,nec admiratione iam ſimplici ſed ſtupore plenus, atque eſtaſi thalamum,atque arculam feſtinus adiit, vbi cum exterius nil mutatum cerneret,parumper animo conquieuit.Et quoniam collegarum præſentia ac feſtinatio amplius non ſinebant, raptim arculam aperuit ſacculisq́ue conſpectis ſolito more turgentibus, atque obſtruſis iam ſecurus abiit,mox negocio publico expedito domum rediens in thalamo ſe incluſit, arculam aperuit, ſacculosq́ue introſpexit,aurumq́ue in arenam verſum reperiens exclamauit. Accurrit pater,& quid inquit rei eſt fili,quid quereris aut quid fles? Amiſi inquit ille pecuniam quam multis quæſitam vigiliis,multisque laboribus, in his ſacculis dimiſeram: ſpoliatus tua ſum in domo pater: Ad hæc genitor, quomodo ais ſpoliatus es, nonne ſacculos omnes plenos video? Ille autem gemens,Arena,inquit,pater, non pecunia eſt. Simul hæc dicens apertos patri ſacculos oſtendebat. Tum ſenex fronte nihil mota. Quid hinc refert fili?apud te arena, an pecunia pleni ſint?Memorabiles dictu præclaræq; ſententiæ, ſiquidem apud multos ocioſa pecunia eſt,nilque agit aliud, niſi quod locum occupat atque animum;apud plures male,atque improbe operoſa, apud paucos demum fructuoſa eſt. D. Amiſi pecuniam, quam amabam. R.Turpi amore relaxatus es.Nam amor pecuniæ auaritia eſt. Minus hanc amabis, minus hanc optabis. Nam & illud Satyricum experimento cognitum,quod minus hanc optat,qui non habet. Optanda autem amiſſio eſt magni & boni, cui inſeparabiliter malum maius adiunctum ſit. D. Amiſi dulce vitæ præſidium. R. Qui ſcis an amarum potius excidium?Plures multo propter opes, quam propter inopiam periere.

### ¶ Apophthegmata.

*Pelopidas* in præfectura rei militaris,cum amici dicerent illi rei neceſſariæ, videlicet pecunias colligendi nullam eſſe curam, ita per Iouem! inquit, neceſſariæ,ſed huic Nicomedi,oſtendens hominem claudum & mancum. Senſit fortibus viris non opus eſſe pecunia.

*Timotheus*, pecunias ſanguinem animamque mortalibus eſſe dicebat: quibus qui careat,mortuus inter viuos viuit. *Bruſ. libro 5. cap.* 10.

*Democritus*,nimiam pecuniarum collectionem pro liberis, prætextum auaritiæ eſſe dicebat, proprium ingenium arguens & detegens.*Stob.ſer.de iuſtitia.*

*Demades*. Suadentibus Demadi Athenienſibus & iubentibus deductas triremes nautis militibusque compleret, cum pecunias nullas haberent:Omnino,inquit Demades, primum pecunia est.*Bruſ.ibid.*

*Iul.Cæſar.* Potentiam duabus rebus, pecunia ſcilicet & militibus parari,conſeruari atque augeri,eaque ſe mutuo conſeruare ſolebat.Exercitum commeatu retineri, rurſum commeatus armis comparari,non tantum dicebat,ſed ſentiebat etiam. *Xiphilinus in Cæſare.*

Liberius. Quum Euſebius eunuchus auri ſummam magnam Liberio epiſcopo Romano, à Conſtantio Cæſare in exilium miſſo, Cæſaris iuſſu,commeatus cauſa attuliſſet, recuſauit Liberius, Tu eccleſias orbis terræ expilaſti, & iam mihi vt damnato tu affers eleemoſynam? Abi primùm & Chriſtianus ipſe fias. *Theod. Eccleſ.hiſt.l.2.c.*16.

In finibus Biturigum *Euſichius* eremita, Childeberto regi quinquaginta aureos offerenti dixit,Dato eos pauperibus: Ego pecunia non indigeo.*Greg.Turon.cap.*28.

Fuerant Sigiſmundo Cæſari ex Hungaria allata quadraginta millia ducatorum. Quæ vbi nocte aduentante,in quos conuerteret vſus ſollicitè cogitaret per cubicularios ocius conſiliarios omnes militum duces ad ſe vocauit,& aperta cura. Ecce(ait) vim auri oſtendens crudeliſſimi hi hoſtes ac carnifices ſomnium mihi eripuerunt:accipite & inter vos diuidite, vt mihi tranquillè dormire liceat. Diſtributa itaque pecunia inter eos, poſtquam abiiſſent, ſubdidit, Iam receſſit à me carnifex illa, quæ me flagellauit: nunc ... quieſcam.*Æn.Syluius,l.4.Comment.in Alfonſum.*

### ¶ Similitudines.

Sudor prouocatus exercitiis,decentior eſt.Sic etiam diuitiæ propriis laboribus acquiſitæ. *Socrates.*

Vt ægrotum lectus aureus nihil iuuat,ſic neque ſtolidum ... fortunæ fœlicitas.*Socrates.*

### ¶ Adagia.

Pecuniæ omnia obediunt.

*Tam omnibus nationibus in ore fuiſſe videtur hæc ſententia ... nunc etiam omnibus eſt in vſu: Pecuniæ obediunt omnia ... in Prouerbiis Hebræorum apud Eccleſ.cap.* 10. *Nec eo ſecius ... pariter & Latinis authoribus celebratur.*

Pecuniæ vir. χρήματα ἀνήρ.

*Hoc eſt: tanti quisq; ſit, quantum poſſidet.*

### ¶ Exempla Profana.

*Archilochus* tradit nummos ſæpe cum minutiis hinc inde ... ſis nec ſine ſudore comparatos, πολλάκις εἰς πόρνης ... τείειν, id eſt,in proſtitutarum delabi interranea frequenter.

Pecuniæ ſignatores *tribuni* extiterunt: quod vel in decemvirorum legibus ita lectum probatur. Tribuni ſunto, ... cuſtodiunto,vincula ſontium ſeruato, capitalia vindicanto, argentum,aurumve publice ſignanto.

*Vide loc.de Auro, Diuitiis, Opibus, Paupertate.*

---

# Peregrinus

### ¶ Loci Biblici.

PEregrinis benefaciendum *Gen.*18.2. *Exod.*22.21.& 23.9. *Leuit.*19.32.& 23.21.*Num.*15.14.*Deut.*10.18.& 14.21.& 24.... 11.*Ezech.*22.29.& 47.21.*Zach.*7.10. ſuſcipiendi ſunt, ... & alendi,*Deut.*14.29. peregrini ſumus & aduenæ in hac vita, *Gen.* 15.13.& 23.4.& 47.9. 1.*Paral.*29.15.*Pſal.*39.13.& 119.... *Philip.*3.20.*Heb.*11.13.1.*Pet.* 2.11. peregrinus in aliqua ciuitate ... tie dicitur,qui ignorat,quod cæteri illic norint, *Luc.*24.18. peregrinamur à Domino,2.*Cor.*5.6.peregrinatio eſt vita Iacob, *Gen.*47....

Peregrinus, Hebr. *Gher*, in aliis regionibus habitans, alienigena, aduena, incola Sæpius legitur apud Moſen & prophetas. A verbo *Ghar, Ghor, Ghur*, ita enim variè effertur, variasque habet pro locorum circumſtantiis ſignificationes: peregrinatus eſt, ceſſit de loco ad locum ſicut peregrinus, inceſſit cum metu in loco peregrino, ... ceſſit in partes alienas ad habitandum, vagatus eſt ſedibus ... traxit ſe aliquorſum ad peregrinandum, congregatus eſt ad habitandum.Cognationem habet cum *Agar*,congregauit,collegit; *Magar* migrauit; *Magar*, traxit: nam peregrinari eſt ſe hinc inde ... here, item cum *Iagor*,horruit,receſſit,& ſubtraxit ſe præ metu. Hinc χωρέω, cedo,cum compoſitis,ad ſuperiores ſignificationes accedentibus.

### ¶ Sententiae Biblicae.

Si habitauerit aduena inter vos,diligetis eum quaſi vosmet ipſos. *Leuit.*19.

Peregrini enim ſumus coram te & aduenæ, ſicut patres ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…es noſtri quaſi vmbra ſupra terram, & nulla eſt mora. 1.
…29.
…a ego ſum apud te. *Pſal.* 39.
…nam non contriſtabis, neque affliges eum. Viduæ & pu-
…non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego
…clamorem eorum, & indignabitur furor meus: percutiam-
…gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filii veſtri pupilli.
…22.

## ❡ Poeticae Sententiae.

Ex Græcis Com.

*Ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών.*
*Inopes peregrinos iuuare ſis memor.*
*Ξένους ἐπαρκῶν, τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ.*
*Ex peregrino quæ facis ſpera tibi.*
*Ξένον ἀδικήσῃς μηδὲ ποτὲ καιρὸν λαβών.*
*Occaſione lædito nulla hoſpitem.*
*Ξένων προτιμᾶν μᾶλλον ἀνθρώποις ἔθος.*
*Maior peregrini ratio haberi ſolet.*
*Ξένος ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.*
*Peregrine, nullis te implica negotiis.*
*Ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν.*
*Eſſe moderatum maxime hoſpiti expedit.*
*Πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.*
*Moderationem peregrinatio docet.*

## ❡ Sententiæ Philosophicæ.

…ibus domi nihil boni vſui eſt, dulcis eſt peregrinatio. *Plutar-*
…

…egrini Deo curæ ſunt. *Pythagoras.*

…egrinis ſuccurrens patria obtinebit aliquando. Cum impro-
…te facias iter. *Pub. Mim*

…s peregrinatio obſcura & ſordida eſt iis, quorum induſtria
…a poteſt eſſe illuſtris. *Ad Cælium Famil. lib. 2. Cic.*

…tiarum aliquandiu ſententiis in ſenatu, an peregre extra pro
…m mittendis Iuuenis princeps. Magna namq; pars procerum
…iam ſuperuacaneum, ac inutile fore cenſuit: ſed etiam ſum-
…ac periculoſum adoleſcentem principem in ignotas regio-
…a morem Germanicum educere: Germanos veteres indi-
…ibus præcipue militia & agricultura contentos prorſus ab
…rum commerciis abſtinniſſe, dicentes. Immo M. Catonem
…priſcæ integritatis viros palam conqueſtos ſemper fuiſſe, ex.
…diſciplinas, ac linguas frugalem populi Romani vitam ac
…iam virtutem corrupiſſe: cum Græcis & peregrinis moribus
…atem irrupiſſe mollitiem, luxum, gulam, ebrietatem, & om-
…pitudinis genera: idem & noſtro ſæculo contingere, rerum
…diſci. Iuuentutis Germaniæ in externorum principum regiis
…e magnam partem, nil præter ſuperbiam, luxum, pompam,
…didam veſtem: nihil præter morbos, ac ſcabiem referre do-
…nullas artes præter aleæ, & pilæ luſum, gladiatoriam, ac tri-
…nam diſcere. Interea tamen omnes conterraneos præ ſe con-
…, quaſi ciuilitatem rerumque prudentiam ſoli poſſiderent.
… longarum peregrinationum fructus in adoleſcentibus: pa-
…mem, eorum experientia doctos intelligere indies, quantis
…em damnoſam impenſis ſic opus: quorum ob iacturam ſæ-
…(vt prouerbio dicitur) ſcalpere eos videmus. Denique mil-
…s obnoxias eſſe peregrinationes, & itinera longa. Occurre-
…que iuuentuti imperitiæ, fraudes, inſidias, errores, naufragia,
…, latrocinia, venena, cædes, morbos ac mortes immaturas in-
…os. Quam triſte, ac miſerum infelicibus parentibus, ſi cha-
…optatusque filius poſt longam abſentiam, maximoſque ſum-
…tos, tandem in epiſtolio funeſto duntaxat nomine tenus, ni-
…præfixo redeat, ſuſpiria, lachrimas & planctus adferens! Si
…atis metuenda, quid magno principi? qui nuſquam latere,
…viuere poteſt: qui ſemper in oculis æque prauorum technis
…is, ac probitati bonorum ſit expoſitus. Sed quanto hæc pars
…lior illa eſt, hoc ſæculo, his moribus, tanto maiora vbique
…obuerſari, quemlibet (niſi mente ſit captus) fateri debere.
…gitur conſultum videri adoleſcentem principem tot caſibus
…e non ſine immenſis ſumptibus. *Stepha. Vinan. Pigh. In Her-
…rodicio pag.* 131.

…mines peregrini, peregrinos etiam ſecum adferunt ſermones,
…rurſus noua de rebus iudicia oriuntur, ex quibus ferri non po-
…a affectus multi conſiliaque naſcantur, quæ ab inſtituta Rei-
…tione (quæ conſonantiæ vocum inſtar habet) diſcrepent. *Plut.
…Lycurgo.*

…ta quæ in errore agitur, inſcitiam tanquam cæcitatis tenebras
…dit iis qui in peregrino terris & exteris nationibus verſantur.
…l. 7.

Peregrinationum conſideratio multiplex apud Senecam Stoi-
…epiſt. 28. & 104. & 123. & de tranquillitate animi, *cap.* 2.

## ❡ Apophthegmata.

*Socrates* cuidam querenti, quod peregrinationes ſibi nihil pro fuiſſent: Non immerito, inquit Socrates, tibi iſtud euenit, tecum enim peregrinabaris. Multi putant longinquis peregrinationibus colligi prudentiam, quum Horatius clamet:

*Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.*

Congreſſus ſapientium confert prudentiam, non montes, aut maria. *Eraſ. ex Laert.*

*Antiſthenes* putauit, omnia mala pro peregrinis habenda eſſe. Vulgus hominum ea tantum probat, quibus aſſueuit, ab exoticis autem abhorret: non quidem quod per ſe mala ſint, ſed quia peregrina. Verum ſapienti viro nil peregrinum eſt, niſi quod cum vitio coniunctum eſt. *Laert. l. 6. c. 1.*

*Democritus* interrogatus, ad quid peregrinatio prodeſſet: reſpondit: Vitæ frugalitatem docet. Offa quippe & thorus herbaceus famis ac laboris dulciſſimæ medullæ ſunt. *Stob. ſer.* 38.

*Idem* quamlibet terram homini ſapienti peruiam eſſe dicebat: animæ namque fortis vniuerſus mundus patria eſt. *Eod. ſer.*

*Laconibus* peregrinari conceſſum non erat, ne morum peregrinorum vitæque incompoſitæ contagium attraherent. Quin & peregrinos vrbe exigebant, ne paulatim inundantes, mali cuiuſpiam ciuibus exiſterent magiſtri. Quiſquis autem ciuium non tuliſſet liberorum ſuorum iuxta patrios ritus inſtitutionem, iure ciuium priuabatur. Rurſus narrant quidam, quicunque peregrinus Spartanæ ciuitatis inſtitutis ſuſtineret exerceri, eum ex Lycurgi ſententia, admitti in eam ciuitatis portionem quæ fuerat à priſcis ordinata. Cæterum vendere ius ciuitatis nulli fas erat. Proſpexerat vir ille prudentiſſimus, commerciis exterorum ac negociatorum, ciuitates quamuis bene inſtitutas corrumpi: quod ad nequitiam omnes ſunt magis dociles, quam ad virtutem. Sed nulla mixtura pernicioſior, quam quæ per imperii translationem prolationemve inuehitur. Sic influxu Græcarum nationum effœminata eſt Roma: ſic barbarorum commercio tandem & Sparta ex ſanctiſſima facta eſt corruptiſſima. *Plut. in Lacon.*

*Lacones* adoleſcentem ex eorum numero qui exercebantur, increpuerunt quod viam noſſet quæ ducit in Pyleam, adeo ſtudebant ſuos à peregrinationibus ac rerum exoticarum cognitione ſeruare alienos: ne per occaſionem à patriis inſtitutis degenerarent, præſertim cum Arcadia, cuius eſt Pylea, luxu deliciiſque barbaricis eſſet corrupta. *Plut. in Lacon.*

*Pauſanias Pliſtonactis F.* quum Lacedæmonios Tegeæ, vbi exulabat, laudaret, atque quidam dixiſſet. Cur igitur Spartæ non manebas? Quia inquit, non apud ſanos, ſed vbi ſunt ægroti, medici verſari conſueuerunt. *Pauſan.*

*Anonymus:* Argiuus quidam cum Eudamidæ dixiſſet, Lacedæmonios peregrinationibus reddi deteriores, quod interim degenerent à maiorum legibus & inſtitutis: At vos inquit, quum Spartam venitis, non deteriores, ſed meliores euaditis. Dictum retorſit in Argiuum: quia hoc dicens, magis ſuam gentem vituperauit, quam Lacedæmoniorum. *Plut. in Lacon.*

## ❡ Similitudines.

*Plutarchi:* vt cochleæ ſemper domum ſuam ſecum circumferunt: Ita quidam horrent peregrinas regiones. *In Moralibus.*

*Qui eos* felices ducunt, qui per omnia vagantur maria terraſque, perinde faciunt, ac ſi quis ſtellas erroneas iudicet fortunatiores fixis: quanquam illis quoque ſuus orbis eſt, in quo voluantur: nec ſoli licet ſuos egredi fines. *in Moral.*

*Quemadmodum:* formicæ ſi ſemel antro & apes ſi ſemel aluearibus eiici contingat, peregrinantur: Ita quidam ſi ſemel patriam exeant, exules ſe putant. *in mor.*

*Eraſmi Roterodami:* vt aſpalacus non niſi apud Bœotios viuit vbi naſcitur, alio translatus perit: Ita quidam peregre viuere non poſſunt, nulla inſtructi arte. *in Simil.*

*Empetron* herba, Latine calcifraga, quo propius abeſt à mari, hoc minus eſt ſalſa, quo longius, hoc amarior eſt: Ita quidam apud Gallos Germaniam ſpirant, apud Germanos Galliam: & quo longius abſunt, hoc magis referunt eam gentem. *in ſimil.*

*Tarandus* omnium arborum & fruticum, locorumque in quibus latitat colorem villis etiam imitatur: Ita tutior erit, qui ad quamcunque gentem ſe contulerit, eius ritus ac mores imitetur. *in Simil.*

*Sorba* quæ magis blandiuntur ſpecie, venenum habent; Ita blandiores amici magis cauendi, quam triſtes atque aſperi. *In Similibus.*

*Quidam* fluuii per medios lacus erumpunt, vt illis non miſceantur, ſed iidem eadem aquarum magnitudine poſt multa paſſuum millia exeunt, qua fuerant inuecti: Ita ſi in vitioſam incideris ciuitatem, ita ad tempus vtendum hoſpitio, vt idem exeas qui veneris. *In Simil.*

*Vt Africæ* Auſter ſerenus eſt, Aquilo nubilius, præter aliarum regionem naturam: Ita quidam cum regione mutant ingenium ac mores. *in Simil.*

# Perfectio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PErfectio, Græce τελειότης,ητος,ἡ, vel τελείωσις,ιος,ἡ, & τέλειος,ου,ὁ, perfectus, & τελειόω perficio dicitur. Eſt autem perfectum, cui nihil deeſt. *ſec. Ariſt. l.3. Phyſ. & lib.1. de Cælo & mundo*

Perficere eſt abſoluere, à quo perfecte aduerbium, hoc eſt abſolute, integre. Eſtque compoſitum de facio, ſicut efficio, quod in hoc differt à facio, quod facere eſt in opere eſſe, efficere vero ſignificat perfectionem, vnde effectus & efficax, quod eſt, quod ad aliquid agendum vim habet; & maxime conducit: à quo efficacia pro vi: & effecte, quod perfecte ſignificat. A facio item componitur proficio, quod eſt profectum facere, & profectus. Plinius. *Nec minorem ſub præceptore profectum fecit.* ſic & præficio, præpono, vnde præfectus; præfectura, & multa alia quæ à facio componuntur.

Hebræa vox *Chelit*, ab vniuerſitate deducta, procedit à radice *Chul*, vnde verbum *Chalat*, & nomen *Chalila*, perfectio: quæ ſuo ſenſu magis quadrat in Deum, quam Latina vox *Perfectus*, aut Græca τέλειος, voce enim Hebræa ſignificatur id in quo vniuerſa ſunt bona, ac proinde in quo nihil deſideratur eorum quæ ad eius naturam & perfectionem pertinent. Huc facit & alia vox Hebræa, *Tamim*, perfectus, ſincerus, ſine defectu, à verbo *Tamam*, perfectus eſt omnibus modis. Hinc Græca ἔτυμος ου, verus, integer, perfectus. Nomini *Tamim* per metatheſin opponitur is qui μάταιος ου, vanus, futilis, Gall. *Mat*, & *Matois* adpellatur. Plura vide in Etymologico trilingui Lugd. pag. 593.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Perfecti comparate dicuntur ii qui præ reliquis in cognitione rerum diuinarum profecerunt, & incorrupto ſunt iudicio, *Matth* 5.48. 1. *Cor.* 10. & 2.6. & 13.1. & 14.6. *Epheſ.* 4.13. & 6.12 *Philip.* 3.15. *Col.* 1.28. 2. *Tim.* 3.17. 1. *Pet.* 1.13.

Perfecta *Eccleſia*, *Cant.* 6.8. Perfecta lex & voluntas Dei, *Rom.* 12,1. *Iac.* 1.2.5. perfecta *Charitas*, 1 *Ioan* 2.5. & 4.12.17. perfecta plebs, id eſt bene inſtructa, *Luc* 1.17 perfectus Deus pater *cœleſtis*, *Matth.* 1.4.8. perfectus homo, 1. *Tim.* 3 16. *Iac.* 1.4 & 3.2.

Perfectus, pro eo qui ſe iactat perfectum *Matth.* 19.21. perfectus, qui eſt ſicut magiſter Chriſtus, *Luc.* 6.40. ad perfectionem exhortatio, *Gen.* 17.1. *Deut.* 18.13. *Matth.* 5.48. 1. *Cor.* 1.10. & 14.20.7. *Cor.* 13,11. *Epheſ.* 6.13. 1. *Pet.* 1.13.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE

### *Perfectio charitatis.*

Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. 1. *Ioan.* 2.

Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. 4.

In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicii, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. *ibidem.*

### *Sinceritatis.*

Ambula coram me, & eſto perfectus. *Gen.* 17.

Perfectus eris, & abſq; macula cum Domino Deo tuo. *Deu.* 18.

Timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde, atque veriſſimo. *Ioſ.* 24.

Eſtote ergo vos perfecti. *Matth.* 5.

Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes. 19.

Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim. Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus *Phil* 3.

Corripientes omnem hominem, & docentes in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu *Col.* 1.

Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. 2 *Tim* 3.

Patientia autem opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes. *Iac.* 2.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. 3.

## ¶ SENTENTIAE PATRVM.

Curnam præcipitur homini iſta perfectio cum eam in hac vita nemo habeat? non enim recte curritur, ſi quo currendum eſt neſciatur: quomodo ergo ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur? *Aug. l. de perfect. iuſtitia.*

Si vis perfectus eſſe, tu qui perfectum te eſſe pollicitus es, quid aliud, quam perfectam ſectatus es vitam? Perfectus autem ſeruus Chriſti præter Chriſtum habet, aut ſi quid præter Chriſtum habet perfectus non eſt, cum ſe perfecte Deo ſit pollicitus, aut mentitus eſt. Os autem quod mentitur, occidit animam. Igitur vt concludam ſi perfectus, cur bona paterna deſideras? ſi perfectus non es, Dominum fefelliſti *ibid.*

Vnde omnia &c. Nec hoc ad perfectionem ſufficit, niſi poſt contemptas diuitias, ſaluatorem ſequatur, id eſt relictis malis faciat bona. Facilius enim ſacculus contemnitur, quam voluptas. *ibid.*

Si qua fidelium hic eſſe poteſt perfectio, in eo conſiſtit, vt ſe non perfectos eſſe agnoſcant. *idem.*

Hæc eſt in omnibus ſola perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. *Hier in epiſt. ad Theod.*

Plerunque hi, quos iam perfectos homines æſtimant, adhuc in oculis ſummi Opificis aliquid habent imperfectionis. Sic ſæpe imperiti homines nedum perfecta ſculpta ſigilla conſpicimus: & iam quaſi perfecta laudamus, quæ tamen adhuc artifex conſiderat & limat: laudari iam audit: & tamen ea tandem meliorando non deſinit. *Greg lib.* 4. *dialogor.*

Tanto quiſque perfectus eſt, quanto perfectius ſentit dolores alienos. *in hom.*

Mons altitudinem virtutum ſignat, ad quam angelus ... qui non viderit ſe poſſe conſcendere, melius eſt, vt in Segor ... paruula remaneat, contentus laicali & communi vita, quam ... tem virtutis arripiat, & ad ſecularia redeat. Eſt ciuitas hæc ... iuxta dicitur, & tamen & ſalutem tuta, quia actiua vita ... mundi curis ex toto diſcreta, nec à gaudio æternæ ſalutis aliena. *Gen* 19.

Onus oneri additur, & minus onerat, & ſi oneri grauiſſimo ... accedens quadriga euangelii, & auxit perfectionem, & minuit difficultatem. *Ber. in ep.* 72.

Nemo perfectus, qui perfectior eſſe non appetit, & eo perfectiorem quiſque ſe probat, quo ad maiorem tendit perfectionem. *... quadam ep.*

Bonum acquirit gradum, qui bene miniſtrauerit: meliorem forte, qui bene vacauerit Deo: optimum autem, qui perfectus ... vtroque. *in ſerm.*

Deo, à quo nos ſumus facti, nos reddamus, nec dominari nobis ... quibus ſumus naturaliter præpoſiti, permittamus, ... ratio, ſubiiciatur corpus animo, animus Deo: & impleta eſt ... minis perfectio, ſicut viuentia vita carentibus, ſenſibilia ... tientibus, immortalia mortalibus ratiocinando præponimus ... Bene viuendo voluptuoſis vtilia, vtilibus honeſta, honeſtis ſancta omnia perfecta præferamus. *Proſp. l.* 3 *de Vita contempl.*

Si vis perfectus eſſe, &c. Ille, qui mutauit pro diuinitate ... tatem vt fieret perfectus, non in ipſo tempore, quo tradidit ... ſua pauperibus, habet omnino perfectus, ſed ex illa die ... culatio Dei adducere eum ad omnes virtutes. *Origen ſuper Matthæi* 20.

Fiat voluntas tua. Voluntas Dei eſt, quam Chriſtus & fecit & docuit, humilitas in conuerſatione: ſtabilitas in fide: ... verbis: in factis iuſtitia: in operibus miſericordia: in moribus diſciplina, iniuriam facere non noſſe, & factam poſſe tolerare, cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere, amare in illo quod pater eſt, timere, quod Dominus eſt. Chriſto nihil omnino præponere, quia nec nobis quicquam ille præpoſuit. *Cyp. ep.* 5. *de oratione dominica.*

Ieiunia, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ... quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ finis, ſed per illa peruenitur ad finem. *Abbas Moyſes in collationibus patrum col* 5.

Sunt qui euangelicam perfectionem ſimulare potius, quam veritate arripere volunt, eorum ſcilicet laudibus prouocati qui ... uerſis diuitiis mundi perfectam Chriſti præferunt nuditatem. ...

Miſerum eſt cuiuſlibet artis & ſtudii diſciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionem eius minime peruenire. *Abbas ... ſua.*

Ad finem debeat perducere, quæ prudentum intentioni eſt ſuſcepiſſe: quia ſicut perfecta laudem pariunt, ita & vituperationem generant, quæ in mediis conatibus ægra deſeruntur. Deficio ... rum, aut conſilium titubeare, aut vires arguit defuiſſe. *Caſſ. l.* 4. *ep.* 31.

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Totum nihil aliud eſt quam congregatio partium. *Ariſt. l. de Poet.* 2.

Totum & perfectum eſt, cui nihil deeſt. *Idem, Phyſ.* 4.

Qui rem in integrum reſtituere volunt, cauſam malorum inueſtigare & tollere debent. *idem* 3.

Vnumquodque tunc perfectum eſt, cum affingit propriam virtutem. *Ariſt lib.* 7. *Phyſ.*

In animabus noſtris ſemina virtutum innata ſunt, quæ ſi bonus cultor creſcere permitteret, ipſam naturam ad perfectionem duceret. *Cic. lib.* 3. *Tuſc. q.*

Nec quicquam difficilius eſt, quam reperire in omni ſuo genere perfectum. *Cic. lib. de Amicitia.*

Nihil eſt ſimilius, & gratioſius Deo quam vir animo perfecto bonus, qui in tantum homines cæteros antecellit, quantum ipſe à diis immortalibus antecellitur. *Lucius Apuleius de Deo Socratis.*

Nihil in ſimplici genere natura omni ex parte beatum atque perfectum expoliuit, tanquam cæteris non habitura quod largiatur ſi vni omnia conceſſerit. *Cic.* 2. *de Inuen.*

¶ APOPH...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§ Apophthegmata.

... impoſſibile eſſe dicebat, quenquam inueniri, qui nun-... ſit: ſed veluti in malo punico granum quoque aliquod ... Laert.

... ætate complures erant in arte pingendi nobiles, quorum ... ſuo candore miraretur, collaudatis omnibus dicebat ... vnam illam Venerem, quam Græci χάριτα vocant, inge-... ceteraomnia illis contigiſſe, in hac vna neminem ipſi ... : Simile quiddam eſt in phraſi, quæ allicit ac remoratur ... auditorem, quum tamen non habeat nomen, nec arte ... poſſit. *Eraſ. Rot. lib. 8. apoph.*

§ Similitvdines.

...: Ad illam ſummam ſcientiam, vel ad perfectionem quæ ... bus eſt ordinibus nullus poteſt inter homines perfectus ...: vt ſi dicamus in puerilibus ſtudiis ad comparationem ... nuper imbuitur, & prima literarum ſuſcipit elementa, ma-... librarius appellatur perfectus, ſed non eſt ita perfectus, vt ... Grammaticam docet: ipſe verò Grammaticus quamuis per-... ſuperior tamen & perfectior eſt Rhetor. Et his omnibus ... eminentior philoſophicæ doctrinæ perfectio. Cum in his o-... literatura doctrina, diuerſus tamen gradus perfectionis ... in vnoquoque habetur: Ita ergo poteſt fieri, vt cum ... dicit, Non quod iam aſſecutus ſim, aut perfectus ſum, ad il-... cœleſtis perfectionis aſpiciens, hæc videatur ſcribere: ... dicit; Quicunq; ergo perfecti ſentiamus: ad humanæ tan-... perfectionis reſpicit gradum. Sic ergo & in præſenti loco intel-... vel pace vel gaudio, vel bonitate vel ſcientia repleti ſiue ... ſiue Corinthii, in quantum poſſibile eſt repleti eos qui do-... Eccleſia, & ſub perfectis doctoribus agantur. *libr. 10. in e-... ad Romanos.*

... ſi quis fundamenta iaceat domus, & vnum aut duos parie-... aliquid etiam materiæ conuehat, nunquid dicetur fe-... domum, quamuis operatus videatur in domo? Sed ille dicitur ... feciſſe, qui totius ædificii ad perfectum ſingula quæque ... produxerit. Ita arbitror & hic Apoſtolum dicere neminem ... bonitatem, hoc eſt, à nullo eam ad perfectum & ad integrum ... Si autem requiramus qui ſit verè bonus, & qui per-... bonitatem: illum inueniemus ſolum qui dicit: Ego ... bonus. Et iterum: Paſtor bonus animam ſuam ponit ... ſuis. *in epiſt. ad Rom. lib. 3.*

... *Ambroſii*: Perfecti viri eſt, quaſi fortem militem grauiſſimo-... ſuſtinere incurſus, conflictus ſubire, & quaſi prouidum ... rectorem, nauem in tempeſtate regere, atque occurrendo in-... fluctibus magis vitare naufragium ſulcando vndas, ... declinando. *Lib. de Iacob & vita beata, cap. 8.*

# Perfidia.

§ Definitio et Etymol.

Perfidia, fidei violatio. ἀπιςία. Perfidus homo ſine fide, ἄπιςος, proditor, qui aliud ſimulat, aliud agit, improbus, malitioſus. *Cicero 3 Offic.* Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud ſi-... perfidi, improbi, malitioſi ſunt Heb. *Baghadh* verbum ſi-... perfidus fuit vel factus eſt, perfide egit, violauit fœdus ſeu ... fidem fregit, feſellit, decepit, mentitus eſt. *Boghedh* perfide ... perfidus, deceptor, mendax. *Boghdhim* perfidi, mendaces: ... *Bogdhah*, perfida: *Bogdhedh*, perfidæ: *Beghedh*, Chald. *Beghadh*, perfidia, mendacium.

§ Loci Biblici.

Varias acceptiones verbi, participii, nominum habes in V. T. ... 14. 33. *Iob.* 5. 15. *Pſal.* 78. 57. *Eſa.* 24. 16. *Malach.* 2. 10. *Exodi* 21. 8. ... 9. 23. *Ierem* 3. 20. *Prou.* 21. 18. *Ierem* autem *cap.* 12. *v.* 1. verbum & ... occurrunt. Quare (inquit Propheta) via peccatorum proſpe-... quare felices ſunt omnes (*Bogdhai Beghedh*) perfide agentes ... perfidiam.

Et aliud verbum, nempe *Paſchahh*, id eſt, tranſgreſſus eſt legem ... perfide egit, præuaricatus eſt maligne, fuit malitioſus, re-... defecit à fide promiſſi, 2 *Reg.* 3. 7 & 8. 19. 22. *Eſa.* 59. 13. *Oſe* 8. ... *Amos* 4. 4. Ab hoc verbo fit nomen *Peſchahh*, tranſgreſſio, præ-... defectio, perfidia, rebellio, contumacia. *Pſal.* 32. 1. *Prou.* 28. ... 22. *Amos* 1. 3.

In nouo teſtamento, de perfidia, perfidis, ἀπίςοις. & infidis, vnde ... 12. 46. *Tit.* 1. 1. 15. *Apoc.* 21. 8. &c. vbi ἄπιςος, infidelis fere ſemper & ... incredulus vertitur: quo nomine eum qui fidem vel Deo dare, vel ... ſeruare recuſat: quæ præuaricatio mera perfidia dici poteſt ... debet.

§ Sententiæ Biblicæ.

Iuſtitiæ illius diſtributiuæ, quæ in ſocietate politica præſtari debet ad Reipubl. conſeruationem pars præcipua eſt fides, quæ in pactorum promiſſorumque obſeruatione conſtanti conſiſtit, quæ etiam conſtantia in pactis & promiſſis appellatur. Hæc virtus rara eſt admodum inter homines, vnde querelæ, *Pſalm.* 12. *v.* 2. & *Ierem* 5. 1. Virtuti huic opponitur perfidia, quando quis non ſtat promiſſis & pactis conuentisque nulla iuſta de cauſa.

Fugienda vero eſt perfidia, quia prohibita eſt à Deo in lege, *Exodi* 20. Non dices falſum teſtimonium contra proximum tuũ. Summopere Deo diſplicet, *Oſe.* 4. 1. 2. & pœnam habet comitem, *ibid.* 2. 3. Simulata fides, ſeu aſtuta, variisque prætextibus ac humanis inhumanis commentis fucata perfidia, quæ ex ſummo iure ſummam aliis ſibique tandem creat iniuriam, in eo tota eſt, vt perfidus ſe eſſe & fore promiſſorum pactorumque obſeruantem præ ſe ferat, hoc agens, vt tandem eludat eum cui ſe promiſſo aut pacto conſtrinxit. Fucata illa perfidia Deo prorſus diſplicet. *Pſalm.* 12. *v.* 3. vt quibuscunque locis, vbi de homine, qui duplex cor habere dicitur, Scriptura meminit.

§ Sententiae Historicae.

Perfidos nunquam cauſa deficiet, cur pactis non ſtent. *Item*, Semper aliquam fraudi ſpeciem iuris imponunt. *Liuius, libro* 9. *Decad.* 1.

Infiſſimum & domeſticum regibus omnibus pharmacum, liberorum, amicorum & exercitus perfidia. *Appian. libr. de bello Mithrid.*

Nullis meritis perfidia mitigari poteſt. *Curtius lib.* 7.

Occultum & inſidioſum malum perfidia, cuius efficaciſſimæ vires ſunt mentiri & fallere, fructus in aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit, tum certus cum crudelitatem nefariis vinculis circumdedit tantum incommodi humano generi adferens, quantum ſalutis bona fides præſtat. *Valer. Max lib.* 9 *cap.* 6.

Neque Legati audiendi, neq; conditiones accipiendæ ſunt ab iis, qui per dolum atque inſidias, petita pace, vltro bellum inferunt. *Cæſar lib.* 4. *de bello Gall.*

Perfidi longe deteriores ſunt vel ipſis manifeſtis hoſtibus, & longe grauiore pœna digni. Nam facile eſt cuiuis ab iſtorum inſidiis cauere, & eos hoſtiliter aggreſſos quiuis repellere poteſt: ſed ab amicis, qui perfide ſe gerunt, illi qui iam ſunt præuenti, neque facile ſibi cauere, neque eos propulſare poſſunt. *Dionyſius Halicarnaſſ. lib.* 3.

Virum qui virtutis ſibi quippiam vendicet, principem præſertim, mentiri ac fidem fallere nequaquam decere exiſtimo, quia etiam iuſiurandum literis traditum violare, pactionesque recens factas contemnere, nec abiectiſſimis quidem hominibus decorum fuerit, *Procop. de bello Goth. lib.* 2.

Qui cum omnium miſerrimis pactiones factas neglexerit, erga alium quempiam nequit præ ſe ferre firmiorem animum, quin potius veluti abſurdioris naturæ indicium ad omnes qui ſecum verſantur & circumferre videtur perfidiam. *Idem lib.* 3. *eiuſdem belli.*

Fœdera ſoluunt non qui iniuriam patientes à proximis deſciſcunt, ſed qui fœderatos habere aliquos poſtulantes, eos deinde violant. *Idem de bello Vandalico, lib.* 2.

Qui fidem imperatori frangit, nunquid diris ſacerdotum deuotus diuinam vltionem formidabit? *G. Pachymer hiſt. lib.* 1.

Hominibus perfrictæ frontis, infamiam negligentibus, humana quidem forma, ſed belluinis animis, non eſt habenda fides. *Idem, lib.* 5.

Perfidi aliquando datam fidem ſeruare ſolent, vt opportunius & maiori quidem cum lucro poſtea decipiant. *P. Iouius, hiſt. lib.* 2.

§ Poetarvm Dicta.

Sophocles in Oedipo Colon.

*Θνήσκει δὲ πίςις, βλαςάνει δ' ἀπιςία.*
*Moritur fides, pullulat perfidia.*

Menander.

*Συγκέχυκε νῦν τὴν πίςιν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος.*
*Ætate noſtra fides omnis confunditur.*

Pindarus.

*Πιςὸν δ' ἀπίςοις οὐδέν.*
*Perfidis nihil eſt fidum.*

Ouid. 1. Triſt. 4. El.

*Dum iuuat & vultu ridet fortuna ſereno,*
*Indelibatas cuncta ſequuntur opes.*
*At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli,*
*Agminibus comitum qui modo cinctus erat.*

Idem, Epiſt. 7.

*Nec violaſſe fidem tentantibus æquora prodeſt:*
*Perfidiæ pœnas exigit ille locus.*

Silius Italic.lib.11.

*—— ſtat nulla diu mortalibus vſquam*
*Fortuna titubante fides.*

Idem, lib.13.

*—— dubio qui frangere rerum*
*Gaudebit pacta, ac tenues ſpes linquet amici:*
*Non illi domus, aut coniux, aut vita manebit*
*Vnquam expers luctus, lachrymæq́;: aget æquore ſemper*
*Ac tellure premens: aget agrum nocte dieq́;*
*Deſpecta ac violata fides.*

Publius.

*Fidem qui perdit: quo ſe ſeruet in reliquum?*
*Fidem nemo vnquam perdit, niſi qui non habet.*

## ¶ Apophthegmata.

*Themiſtius* nullam malitiam magis alienam à conuerſatione hominum eſſe dicebat quam perfidia: aduerſus quam nulla cuſtodia dari poteſt. Nam quod vnicum habemus confugium, nempe iuſiurandum, hoc ipſo maximè abutitur vir perfidus, quod commiſit malum facinus inficiando. *Stob. ſerm.* 12.

*Ludouicus XII. Franc rex*, cuidam referenti Cæſarem Borgiam, Valentinum, à Conſaluo Hiſpano, violato iureiurando, perfide retentum, & ad Ferdinandum Hiſpan. regem miſſum eſſe, reſpondit. Ergo poſthac pro Punica fide, Hiſpanicam celebraturi ſumus. *lib. de Lud. XII. ſcite dictis Alphonſi Aragoni apoph. adiuncto.*

## ¶ Adagia.

Punica fides.

*Abijt in prouerbium Pœnorum perfidia, quod ea gens peculiariter periurij vanitatisq́; notata ſit.*

Græc fides.

*Nequaquam Græcia nouit fidem.* πίϛιν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν. *Euripid. Auſonius. Mutuatur ad Græcam fidem.*

Verbis conceptis peierare.

*Olim iuraturo ſolennibus verbis præibatur quo iuſiurandum eſſet firmius, ne iurans poſtea perfide ageret. Interdum aram tenebat: attamen perfido cuique veteres occinebant frequenter. Nec ſi aram tenens iuraueris, credam. Et nos improbo, perfido dicimus. Nec ſi ſacra Biblia aperta millies tetigeris, tibi fidem adhibeo.*

Θρᾳκίζειν, id eſt, *perfide agere, decipere, & Thracijs dolis tractare.*

Superauit dolum Troianum.

*Ita Plautus in Pſeudolo. Sinon perfidus, doloſis artibus, quæ deſcribuntur, Æneid. 2. Troianos peſſundedit.*

Altera ſcabit, altera fecit manu.

Altera fert aquam, altera ignem.

Altera lapidem, altera panem oſtentat.

*Tribus his adagijs depingitur perfidus, doloſus, verſipellis, proditor inſignis, qui verbis compoſitis homines demulcet, allicit, ineſcat, quos poſtea crudeliter euertit.*

Ex eodem ore calidum & frigidum efflat.

*Ex apologo veteri natum, Satyro hominem ridente & deſerente, vtpote bilingui, perfido, dubia fide, ingenioq́; futili & verſatili prædito. Deinde ad inconſtantes, apoſtatas, & eiuſmodi male feriatos traductum. Huc refer adagium ſacrum Apoſtoli Iacobi, ex eodem ore dulce & amarum.*

Achitophel alter, Iudas alter.

*Hæc duo adagia ex S. libris petita, duos omnium perfidorum perfidiſſimos, atque perditiſſimos demonſtrauit: quorum hiſtoria cunctis eſt notior, quam vt deſcribi debeat.*

Inimici hominis domeſtici eius.

*Dictum in domeſticorum perfidiam, quam Romanos ſæpe etiam expertos fuiſſe, indicio eſt vetus adagium:*

Quot ſerui tot hoſtes. *Vide Mich. 7. 6. & Matth 36.*

Ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui,

*Adagium natum ſeu deſumptum ex 7. cap. Mich. v. 9. indicit maritis prudens ſilentium, ni malarum vxorum perfidiam experiri velint.*

Qui in modico iniquus, & in maiori iniquus eſt.

*Vulgo obijcitur ijs quorum perfidiam, licet in rebus admodum exiguis, vel ſemel tantum deprehenderimus, vt poſthac fidem omnem ſibi abrogatam ſciant.*

## ¶ Biblici Loci.

Vide *Pſalm. 78. v. 57. Oſe. 6. 13. & 7. 16. Nahum 3. v. 17. & Num. 23, v. 19. 20.*

## ¶ Exempla Hieroglyphica.

Scorpio hominem vafrum perditum, cuique nulla ſit habenda fides denotat. Non igitur niſi reſecta cauda, in qua illi venenum ſtillantes aculei ſunt, ab eius ictu quis tutus erit. Similiter ne hoſti quidem vlli, cui arma erepta aut excuſa non ſint, fidendum: multo minus ad colloquia cum eo veniendum eſt, aut ad fœdera, etiamſi per omnia ſacra iurare paratus ſit. Rectiſſime igitur, & Cicero, legatus Cæſaris, reſpondit Neruiis, non eſſe conſuetudinem Romani populi vllam, accipere ab hoſte armato conditionem. Et memorabilis eſt ille apud Liuium, *libro* 33. inter Philippum Macedon... T. Quintium congreſſus, ex quo patet nullam fidem eſſe ... ad colloquium congredi. Sic 2. *Sam. 20. cap.* Amaſa ſub pace... citi æ prætextu à Ioabo interimitur, non attendens ... gladio. Philippus quidem Cominæus ſæpius monet, quantum periculi in congreſſibus magnorum principum, & quam ... riculoſaque ſint inter ipſos plerunque contracta fœdera ... bita colloquia. Et affert cum alia exempla, tum imprimis ... douici regis Galliæ, Peronæ in Caroli Burgundi poteſtate ... tantis: & *libr.* 6. de Ioanne Burgundiæ duce à rege Carolo ... tua ſalutatione interempto: quæ exempla ſunt illuſtria. ... tur Demoſthenes in Philippicis ait, vrbibus ad cuſtodiam ... quidem inuenta eſſe, valla, foſſas, mœnia, &c. quæ tamen ... manibus conficiantur, & ſumptus poſtulent ingentes. ... commune munimentum à natura ineſſe animis hominum ... νόντων, idque cum cæteris ſalutare eſſe, tum maxime ... tyrannos, nempe diffidentiam quæ eſt prudentiæ neruus ... mus, Epicharmo teſte. Cuicunque igitur hoſti perfido, ... ſtragalis ludenti, fidem obſeruandam eſſe neganti, iuranti ... ti, ſub honeſto pallio ſclopetum, quo inſontes interficiat ... occinat libertas publica.

*Non niſi deſecta, credam tibi, Scorpio, cauda,*
*Armaq́; in pœnas fœdera nulla dabo.*

## ¶ Apologi.

*Alexander Macedo*, cum ab Athenienſibus pacem ... peteret, vt præcipuos quoſdam ſuæ ciuitatis oratores ... liticarum rerum peritos ſibi traderent. *Demoſthenes* ... cenſuit de ouibus, & quomodo canes gregis cuſtodes ... runt: qua ſe ſociosque ſuos canibus aſſimilauit pro populo ... gnantibus, atque vnicum Alexandrum Macedonem ... lauit. *Plut. in vita Demoſthenis.*

Quum animaduerterent lupi, ſe non virtute canum ... dine ſuperari, hoc iniiſſe conſilium perhibentur. ... qui ab iis, quorum color non diſſimilis luporum eſſet, ... non potius ſecum coniungerentur, quibus natura ipſos ... id quod coloris ſignificaret ſimilitudo? Quippe illis ... porum auxilio vti vellent aduerſus alios canes colore ... poſtea ſublatis illis, & ipſos ſolos rerum potituros, & in ... porum amicitia futuros eſſe. Cum res ſtultis canibus ... circumuenti atque iugulati fuiſſent, tum ſine negotio ... iſtos etiam ſibi concolores interfecerunt lupi. *Æſop. fab.*

## ¶ Emblema.

*Altilis allectator anas, & cærula pennis,*
*Aſſueta ad dominos ire, redire ſuos.*
*Congeneres cernens volitare per aera turmas,*
*Garrit, in illarum ſe recipitq́; gregem.*
*Pratenſa incautas donec ſub retia ducat:*
*Obſtrepitant captæ, conſcia at ipſa ſilet.*
*Perfida cognato ſe ſanguine polluit ales,*
*Officioſa alijs, exitioſa ſuis.*

---

# Periculum.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PEriculum, Græce, κίνδυνος, ου, ὁ, & ἐπικίνδυνος, ὁ, ἡ, periculoſus, & κινδυνεύω, periclitor dicitur. Periculum interdum ſignificat ... tis diſcrimen: vnde periclitor verbum deducitur, quod ... ſignificat periculum ſubeo, modo pro experior, ſiquidem & periculum pro experimento ponitur: Terent. *Fiat periculum ...* *fac in palæſtra.* Venit autem periculum à pereo, quod quidam ... intereo ita ſeparant, vt perire leuius ſit, & quod non omnium ... finem denotet. Plaut. *Qui per virtutem perit, non interit.* ... autem intereo, quaſi in totum eo. Quando periculum experimentum ſignificat, ab experior videtur deriuari.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Pericula piis & Deum timentibus non ſunt lethalia. *Exempla* ... Noe in diluuio, Loth in Sodoma, Iacob in variis peregrinationibus, Ioſeph inter fratres & in Ægypto; Populus Iſraeliticus inter Ægyptios, ad littus maris rubri, in deſerto & terra promiſſa, Iudices, Reges, ſocii Danielis in fornace ardente, Daniel in fouea leonum, Apoſtoli, & innumeri Chriſtiani ad hunc diem.

## ¶ Patrvm Sententiæ.

Nimium præceps eſt, qui tranſire contendit, vbi ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...diſſe: & vehementer infrænis eſt, cui non incutitur timor ...ne. Amor autem eſt ſalutis ſuæ, qui & vitat alienæ mor... ; & ipſe eſt prouidus, qui ſolicitus ſit cladibus cætero... *lib. de ſingularitate clericorum.*

...quiſquam ſibi proponat & dicat, habere volo, quod vin... eſt dicere, viuere deſidero & volo ſub ruina. *ibid.*

...tur caſtitas in delitiis, humilitas in diuitiis, pietas in ne... ...tas in multiloquio, charitas in hoc mundo. *Bernh. in quo...*

¶ Philosoph. et Histor. Sent.

...turpitudo eſt, quæ periculum vincat, citius inuenitur peri... ...quam contemnitur, nunquam periculum ſine periculo vin... *...in Prou.*

...la communia beneuolentiam inter commilitones mutu... ...ant, ad quæ vbi peruentum eſt, nemo aliis, quibus ornatiſ... ...arma, nemo gloriæ cupidis inuidet : ſed potius & collau... ...complectuntur huiuſmodi ſibi ſimiles, quod eos ſecum in ... Republica coniunctos exiſtiment. *Xenoph. de inſtit. Cyri.*

...nes inſueti laboris, ob imminens periculum ſic ſunt animo ..., vt omnia quæ imperantur, ſibi patienda & perferenda ... *Cæſar. lib. 7. de bell. Gall.*

...amentiæ eſt ob res leues diſcrimen ſubire. *Appian. libr. ... Hiſpan.*

...ria, nec prorſus voluntaria eligentes pericula Deus ſem... *Procop. de bello Perſic. lib. 1.*

...indomitus furor periculorum cito obliuiſcitur. *P. Dia... lib. 2.*

...eſt ei qui ægrè ſe ab imminentibus periculis tuetur, eo... ...pore aliorum periculis cauere. *Franc. Guicciardin. hiſtor.*

...remotiora pericula ſæpe tempus non cogitata remedia ...ſolet. *Fr. Guicciardin. hiſt. lib. 16.*

...prudenti conſilio cedit, & tempori ſeruit, impendens peri... *G. Pachymer. hiſtor. libr. 5.*

...magnis difficultatibus accidit vt homines ſemper præſentia, ...maxime periculoſa fugiant, in incognitis ſpem collocan... *...arch. in Mario.*

...rebus nouis ineſſe oportere conſtantiam, vt rapienda ...non quærenda : verbis quinetiam plurimis abſtinen... ...ſententiis, vbi res perurgent. *Iul. Capitol. in Maxim. &...*

...idat miles, Dux ſegnis & veluti captus animi, non lingua, ...competit, neque alienis conſiliis regitur, neque ſua ex... ...illuc hoſtium clamoribus circumagitur, quæ iuſſerat ve... ...uerat iubet. Mox, quod in perditis rebus accidit, omnes ..., nemo exequitur. *Tacit. hiſt. lib. 3.*

...ſunt ſuſpecta & formidabilia, quæ in extremum pericu... ...unt. *Heliodor. lib. 9*

...in extremo verſantur periculo, peculiare eſt inanium ver... ...figmenta ad dilationem proferre. *Idem lib. 10.*

...exitio quiſque imaginem periculi ſui conſiderat. *Amm. ... lib. 14.*

...res in periculum vertitur, nihil magis expedit, quam in ...optimum capere conſilium. *Procop. de bello Perſic. lib. 6.*

...exercitum hoſtilem multis poſt terga munitiſſimis locis, ...in his fortiſſimis viris relictis proficiſci, periculum eſt. ...2.

...periculum non neceſſarium ſponte ſe conijcere, magna eſt .... *Idem eod. lib.*

...hortatio quæ fit imminente periculo nullam fert admonenti ..., quod accuſationis plerunque occaſioni ſubijciatur. Ho... ...ſi forte ſibi ex ſententia quæ facta ſunt eueniant, bene ...ferre videntur : ſi verò ſecus, autorem conſilii protinus .... *Idem, de bello Vandal lib. 1.*

...promptum velle apertumq; diſcrimen ruere, cum liceat extra ...conſiſtendo ſeruari, dementia eſt. *Idem, de bello Gothor.*

...periculum nihil habet morte grauius. *Nicetas, in Man. lib. 5.*

...facile pericula euadet, niſi numine exorato, diuinitus cu..., malorumque leuamen impetret. *Idem. lib. 6.*

...venit periculum, cum contemnitur. Item; Raro pericu... ...periculo vincitur. *Ar. Ferron. lib. 7.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Seneca Hercule furente trag. 1.

*Nemo ſe tutè periculis offerre tam crebro poteſt;*
*Quem ſæpe tranſit caſus aliquando inuenit;*

Terent. Comœd. 5t

*Auribus lupum teneo.*

Ouid. Triſt. lib. 1. eleg.

*Terretur minimo pennæ ſtridore columba,*
*Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis:*
*Non procul à ſtabulis audet decedere, ſi qua*
*Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi.*
*Vitaret cœlum Phaethon, ſi viueret : & quos*
*Optauit ſtultè, tangere nollet equos.*
*Me quoq; quæ ſenſi, fateor Iouis arma timere,*
*Me reor infeſto, cum tonat, ore peti.*
*Quicunq; Argolica de claſſe Capharea fugit,*
*Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.*
*Et mea cymba ſemel vaſta percuſſa procella,*
*Illum, quo læſa eſt, horret adire locum.*

Ouid. de Ponto lib. 2. eleg. 7.

*Sed me timor ipſe malorum*
*Sæpe ſuper vacuos cogit habere metus.*
*Da veniam, quæſo nimioq; ignoſce timori :*
*Tranquillas etiam naufragus horret aquas.*
*Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,*
*Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.*
*Sæpe canem viſum longe fugit agna, lupumq;*
*Credit, & ipſa ſuam neſcia vitat opem.*
*Membra reformidant mollem quoq; ſaucia tactum,*
*Vanaq; ſollicitis incitat vmbra metum.*
*Sic ego fortunæ telis confixus iniquis,*
*Pectore concipio nil niſi triſte meo.*

Idem de Arte amandi lib. 2.

*Cum mora non tuta eſt, totis incumbere remis*
*Vtile, & aſſiduæ ſubdere calcar equo.*

Tibullus lib. 1. eleg. 6.

*Ne pigeat magno poſt didiciſſe malo.*

Horat. lib. 1. epiſt. 16.

*Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;*
*Suſpectos laqueos & opertam miluius hamum.*

¶ Apophthegmata.

*Alcibiades* accitus ab Athenienſibus è Sicilia, vt diceret cauſam capitis, abdidit ſeſe, dicens: Eum eſſe fatuum, qui vocatus in ius non quærat elabi, quum liceat vitare ne eat. Sentiens, conſultius eſſe non committere ſe periculo, quam dare operam vt ingreſſus periculum temet expedias. Dictum Græcis ſonat iucundius, ob vocum affinitatem, φυγεῖν & ἀποφυγεῖν. Græcis autem ἀποφυγεῖν δίκην dicitur, qui iudicum ſententiis abſoluitur : φυγεῖν qui vitat aut fugit. *Plut. in vita Alcibiadis.*

¶ Similitudines.

*Plutarchi :* Vt pueris cum terrentur perſonis, damus eas in manus, & verſatas oſtendimus inanes, vt diſcant non timere : Ita conueniet adhibita ratione, res ſpecie terrificas excutere, vt cum viderimus non eſſe quod apparent, contemnamus. *In Moralib.*

*Plinij :* Murena non in capite, ſed in cauda animam habet : Ita quod chariſſimum eſt, non ibi recondendum, vbi ſtatim periculis ſit obnoxium *lib. 32. c. 2.*

*Perículoſiores* ſunt fontes, qui limpidis aquis blandientes, oculis tamen pernitiem adferunt : minus formidandi, qui ipſa ſpecie teſtantur aquas eſſe fugiendas : Ita difficilius vitantur mala quæ boni prætextu fallunt. *lib. 31. c. 2.*

*In Bœotia* ad Trophonium Deum iuxta flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem adfert: Ita fere magno alicui bono, magni mali periculum eſt vicinum. *lib. 31. c. 2.*

*Medici* vetant vti halicaccabo, quanquam dentibus firmandis prodeſt, ſi eius ſucco colluantur : propterea quod periculum eſt, ne ſi diutius id fiat delirationem gignat, & plus adferat incommodi quam commodi : Ita non eſt vtendum his literis, quæ ſic linguam expoliunt, vt mores inficiant : aut non conuenit ſequi, quæ ſic augent rem, vt famam lædant. *lib. 21. c. 13.*

*Roterodami :* Vti ſæpenumero polypus dum conchæ carnem captat : ipſe capitur ac tenetur : Ita ſæpius dum aliis nocere ſtudemus, nos ipſos in periculum adducimus. *in ſimilib.*

*In Campania* vites populos amplexæ, ipſa æquabant cacumina, adeo vt vindemiator rogum ac tumulum exciperet : Ita qui in arduis verſantur negotiis, periculi meminiſſe debent. *ibid.*

*Thriueri :* Qui periculorum quaſi ineuitabilium difficultatem in hoc mundo culpat: Deum cum malo duce comparat, qui militis delectatur diſcrimine, aut exercitum in præcipitio collocat. *in apoph, 59.*

¶ Adagia.

De alieno ludis corio. *Apuleius.*

*Prouerbio dicuntur, qui ſecurius agunt, ſed alieno periculo, vt apud Plautum, de meo tergo degitur corium.*

Von eines andern Leder iſt gut Riemen ſchneiden.

Non eſt

Non eſt meum negotium: multum valeat οὐκ ἐς ἐμὸν τὸ πρᾶγμα· πολλὰ χαιρέτω. *Diogen.*

*Quoties negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos pertineat.*

Alienam metis meſſem. ἀλλότριον ἀμᾷς θέρος. *Ariſtoph.*

*In hos, qui negotium non ſuum parum diligenter curant.*

Innocuus alium aſpiciam, meum habentem malum. ἐξάντης βλέψω τἀμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντα.

*Hoc eſt, ex aliorum malis ipſe rebus meis conſulam. Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.*

### ❡ Fabvla.

Ictus ab apibus.

Quem apes ſpoliantem alucaria confixerant aculeis ſuis, quærentem & gementem alius audiens: cum illo, inquit, hoc tibi habendum fuit. Imo vero, inquit iſte, hoc cum illo carendum potius.

Docet fabula, prudenter facere eos, qui ob non magnam voluptatem, magnum periculum adire, aut dolorem perferre nolint.

*Vide ſupra, Diſcrimen, Fortitudo.*

---

# Periurium.

### ❡ DEFINITIO ET ETYMOL.

PEriurium, Græce ἐπιορκία, ας, ἡ, & ἐπίορκος, ου, ὁ, periurus dicitur. Eſt autem periurium falſa iuratio. *ſecundum Hoſtienſ.*

Periurium eſt mendacium, iuramento firmatum, *ſecundum B.Thom.4.diſt.39.q.4.*

Periurium venit à peiero, quod eſt iuramentum infringo, vnde peierator, peieratrix, peieratio, deducuntur. Peiero autem ex per & iuro componitur, ſicuti & coniuro, coniuratio & adiuratio. Deierare eſt ſancte & vehementer iurare, à quo deierator, deieratrix, & deieratio deſcendunt.

Periurium eſt, non quod quis ore linguaue protulit, ſed quod mente iurata concepit & animo. *Ariſt.1.Rhet.cap.vlt.*

*Item Cicero* 3. *de Offic.* docet, cum iuſiurandum ſit religioſa affirmatio, Regulum non debuiſſe conditiones, pactionesque bellicas, & hoſtiles perturbare periurio.

Periurium, Hebr. *Alah*, ab eodem verbo *Alah*, deierauit, obſtrinxit ſe iuramento ad aliquid cum imprecatione mali, perditioni ſe obſtrinxit, deierando imprecatus eſt ſibi vel alii, vt pereat & in nihilum redigatur, ſi fefellerit. Ideo cognationem habet cum *Elil*, nihilum, & *Ialal*, vlulauit: rem enim annihilatam & perditam ſequitur vlulatus. Alludit quoque ad Dei nomen, *Eloha* nam deierationes diræ, imprecationes, & periuria cum horrenda nominis diuini profanatione fiunt vt plurimum. Hinc ὀλλύω, & ὄλλω, ὄλλυμι, pereo, perdo.

Periurium prohibetur, *Exodi* 20.7. *Leu.*19.12. *Deut.*5.11. *Matth.*5. *v.*3. periurii & falſi crimen. *Exodi* 8. *v.*8.15.28. *Leuit.*5.4. 1.*Sam.*19.6. 1.*Reg.*8.31. *Ier.*7.9. *Zach.*5.3. *Malach.*3.5. 1.*Macch.*6.62. & 7. *v.*15.18. & 11.52. *v.*17.19. 2.*Macch.*4.34. & 12.3. *Matth.*26.72. 1.*Tim.*1.10. periurii pœna, *Malach.*3.5.

### ❡ Patrvm Sententiæ.

Ille qui hominem prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, vincit homicidam: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imo duas animas, & eius animam quem iurare prouocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis, & falſum quod ille dicit, & iurare compellis, ecce iurat, ecce peierat: tu quid inueniſti: imo & tu periiſti, qui de illius morte ſatiari voluiſti. *Auguſt. in decollatione Ioannis Baptiſtæ, & hab.22.q.5. Ille qui.*

Quacunq; arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit: quia & nomen Dei in vanum aſſumit & proximum dolo capit. *Iſidorus libro 2. Sententiarum, & hab.22.q.5. Quacunque.*

### ❡ Poetarvm Dicta.

Chærillus in Perſeide.

Ὅρκον δ᾽ οὔτ᾽ ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι, οὔτε δίκαιον,
Οὐκ ἀνδρὸς ὅρκοι πίστις, ἀλλ᾽ ὅρκων ἀνήρ.
*Iuſiurandum nec iniuſtum nec iuſtum vſurpandum eſt.*
*Iuramenta non fidem adferunt viro, ſed vir iuramentis.*

Amphis.

Ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται,
Αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.
*Quiſquis enim iuranti nihil credit,*
*Illemet facile peierare ſcit.*

Antiphanes.

Δέσποιν᾽, ὅταν τις ὀμνύοντος καταφρονῇ,
Ὧ μὴ σύνοιδε πρότερον ἐπιωρκηκότι,
Οὗτος καταφρονεῖν τῶν θεῶν ἐμοὶ αὐτῶν δοκεῖ,
Καὶ πρότερον ὀμόσας αὐτὸς ἐπιωρκηκέναι.
*Hera, cum aliquis contemnit iurantem,*
*Cui antea nunquam commiſſi periurij non eſt*
*conſcius,*
*Tum ille mihi Deos ipſos contemnere videtur,*
*Ac prius aliquando iurans ipſemet peieraſſe.*

Sophocles in Hippodamia.

Ὅρκου δὲ προστεθέντος ἐπιμελεστέρα
Ψυχὴ κατέστη. διςσὰ γὰρ φυλάσσεται,
Φίλον τε μέμψειν, κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν.
*Appoſito iureiurando cautior & diligentior*
*Animus fit: à duobus enim ſibi tum cauet,*
*Et ne lædat amicos, & ne peccet in deos.*

Alexis in Olynthiis.

Οὐ τοῖς γὰρ ὀμνύουσι τὸν φρονοῦντα δεῖ,
Τοῖς πράγμασι δ᾽ αὐτοῖσι πιστεύειν ἀεί.
*Sapientem non oportet iurantibus,*
*Sed ipſis rebus ſemper habere fidem.*

Euripides.

Συγγνώμονας μοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖ,
Ἐάν τις ὅρκοις θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ,
Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακά.
*Faciles mihi ad veniam dandam Dij videntur,*
*Si quis iurando mortem effugere cupiat,*
*Aut vincula, aut malam hoſtium violentiam.*

Antiphanes.

Ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ μαίνεται,
Τοὐναντίον νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί.
Ἐὰν ἐπιορκήσῃ τις, αὐτὸς εὐθέως
Ὁ δοὺς τὸν ὅρκον, ἐγένετ᾽ ἐμβρόντητος,
Οἴμαι δικαίως, ὅτι πεπίστευκέν τινι.
*Qui iuramentum à malo viro poſtulat, inſanit,*
*Contrarium enim nunc Dij faciunt,*
*Nam ſi quis peierat, continuo*
*Ille qui poſtulauit iuramentum fit attonitus,*
*Merito nimirum, quia credidit improbo viro.*

Diphilus.

Ὅρκος δ᾽ ἑταίρας ταυτὸς, καὶ δημηγόρου.
Ἑκάτερος αὐτῶν ὀμνύει πρὸς ὃν λαλεῖ.
*Idem eſt iuramentum meretricis, & popularem*
*captantis auram.*
*Vterq; enim iurat apud illum, qui cum loquitur.*

Heſiodus in Theogonia.

Ὅρκον θ᾽ ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
Πημαίνει, ὅτε κέν τ᾽ ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
*Et iuſiurandum, quod quidem plurimum terre-*
*ſtres homines*
*Lædit, ſi quis ipſorum ſponte peierauerit.*

Euripides.

Οὔ γε ἀσύνετον
Τὸ θεῖον, ἀλλ᾽ ἔχει συνιέναι τοὺς κακοὺς
Παγέντας ὅρκους, καὶ κατηναγκασμένους.
*Non enim intellectu caret*
*Numen, ſed poteſt intelligere quænam ſint male*
*Facta iuramenta & neceſſitate coacta.*

Heſiodus.

Ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας,
Ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας, νήκεστον ἀάσθῃ,
Τοῦ δέ τ᾽ ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
Ἀνδρὸς δ᾽ εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.
*Qui teſtimonijs ſponte iuſiurandum iurans*
*Mentietur, in eoq; iuſtitiam lædens, immedicabi-*
*liter læſus eſt,*
*Huius obſcurior proles in futurum relinquetur.*
*Viri autem vere iurantis proles in futurum me-*
*lior.*

Menander.

Θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκει λεληθέναι.
*Deum peierans ne putes latere.*

Ouid. epiſt. 19.

*Vt valeant alia ferrum patiuntur & ignes,*
*Fert alijs triſtem ſuccus amarus opem,*
*Nil opus eſt iſtis, tantum periuria vita,*
*Teq; ſimul ſerua, meq; datamq; fidem.*

Tibullus 1.9.

*Ah miſer, & ſi quis primo periuria celat,*
*Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*

Claud. in Curetium.

*In prolem dilatarunt periuria patris,*
*Et pœnam merito filius ore luit, &c.*
*Et quas fallacis collegit lingua parentis,*
*Has eadem nati lingua refudit opes.*

Iuun.13.

*…nt qui in fortunæ iam caſibus omnia ponant,*
*…nullo credant mundum rectore moueri,*
*Natura voluente vices & lucis, & anni,*
*Atq; ideo intrepidi quæcunq; altaria tangunt.*

…ποιέονται ἐν ἀνάγκαισιν ἐόντες, ὐ τηρέουσιν. Οἱ φλαῦροι, ἐπὴν …

…menta, quę iurant adacti neceſſitate, non ſeruant mali homi-… …quam periculum euaſerint. *Democritus.*

…ους καὶ τοῖς οἰκείοις τοῖς βοηθεῖν, ἄχρι τοῦ μὴ ἐπιορκεῖν. …amicis & familiaribus auxiliandum eſt, quatenus periu-…m admittitur.

…τοῖς ἀνθρώποις, τὸ εὐόρκους εἶναι αὐτοῖς παραινοῦσιν, ἐγὼ δὲ … ἐπιτίως ὀμνύναι ὅσιον ἀποφαίνομαι. …homines adhortantur, vt in iurando probi ſint, & fideles: …ne principio quidem facile iurare, religioſi viri officium …. *Euſebius.*

…σεαυτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς … φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων. ἕνεκα δὲ χρημάτων μη-… …ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς, δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, … χρημάτων ἔχειν. …ramentum oblatum tibi duabus de cauſis iurato, vel vt te i-… ſuſpicione liberes, vel vt amicos ex magnis periculis eri-… …niarum vero gratia, & ſi vero dicturus ſis, nullum Deum …n minus, aliis periurus, aliis auarus videberis. *Iſocrates* …*nicum.*

…vnumquemque, qui voluntatem peierandi habere videtur, …pecrat verbis, etiam factum quod comitatur periurium …ngat, ſiue per fortunam aliquam, ſiue quod noluerit ille, …poſtulare: nihilo ſecius periurium eſſe animo, & non mi-…um eſſe pœnam periuris præſcriptam quam ille qui ipſa …ait. *Euſebius Ionicus.*

…periurium aſtringitur, non ſoluitur. *Cic. lib. 3. Offic.*

…pœna diuina exitium, humana dedecus. *Idem libr. 2. de* …

…periuriorum vindices. *Iuſtin. hiſt. lib. 14.*

…a periurio fraus in nepotes redundat. *Pauſan. lib. 2.*

…ium ad Dei contemptum refertur. *Niceph. Greg.*

…le eſt periurum hominem Deum latere. *Polyb. lib. 4.*

…iureiurando fallit hoſtem, hunc ſe metuere, Deum vero con-…fatetur. *Plut. in Lyſandro.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*…:* Iurationi non aſſuefacias os tuum, & nominationi ſan-…aſſueſcas. Sicut enim ſeruus qui ſcrutatur aſſidue à vibice …tur: Sic iurans & nominans ſemper, non purgabitur à … Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet …illius flagellum. *Eccl. 23.*

*…ſtomi:* Qui facit conſuetudinem frequenter manu ſua …, neceſſe eſt vt aliquando & iniuſtè percutiat: Sic qui facit …dinem iurare in rebus idoneis, frequenter & in rebus ſu-…etiam nolens, conſuetudine trahente, periurat. *In caput 5.* …

*…* qui ignem portat, vnde conflatur incendium, alienus … incendio? aut qui gladium porrigit, vnde homicidium …itur, nonne eſt ſocius homicidii illius? Sic & qui occaſio… …ii præſtat, collega fit periurii eius. *ibid.*

*…mantij:* Sicut ſeruus flagellatus aſſidue, à liuore non minui-… …omnis iurans & negotians, à peccato non purgabitur. *In 5.* … *fol. 426.*

## ¶ EXEMPLA HISTORICA.

*…* Delphos ſe contulit ad oraculum petendum: vtrum iu-… pecuniam deprædaretur, ibi Pythia reſpondit his verſi-…

Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον, οὕτω
Ὅρκῳ νικῆσαι, καὶ χρήματα ληίσσασθαι.
Ὄμνυ' ἐπεὶ θάνατος γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα,
Ἀλλ' ὅρκου παῖς ἐστιν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες,
Οὐδὲ πόδες, κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
Συμμάρψας ὀλέσῃ γενεὴν καὶ οἶκον ἅπαντα,
Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ κατόπισθεν ἀμείνων.

*Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus*
*Iurando ſupereſſe, interuertiſſeq; nummos.*
*Deiera, & Euorcum quoniam manet exitus idem.*
*Aſt Horci natus ſine nomine qui manibus, qui*
*Nullis eſt pedibus, rapide adueniet vſque adeo, dum*
*Corripiens omnem perdet prolemq; domumq;.*
*Cum ſobole Euorci melius, ſed poſtea agetur.*

His auditis Glaucus veniam ſibi eorum quæ dixiſſet, vt daret, …obſecrabat. Cui Pythia, inquit, idem pollere, tentare Deum …re. Glaucus deinde, accitis Mileſiis hoſpitibus, pecunias red-… …ſed eius ſoboles & familia ex Sparta radicitus extritæ ſunt. Bo-… eſt ergo nihil aliud de depoſito cogitare, quam vt repetenti… …reddatur.

*Vide Tit. Adiuratio; Iuramentum.*

# Perſecutio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PErſecutio, perſecutionis, à verbo perſequor, id eſt, ad extremum vſque ſequor, παρακολουθέω, & quando inſectationem, vindictæ & excidii executionem denotat. Græci efferunt id verbo ἐπεξελθεῖν, ἐπεξιέναι. Hebræis *Radaph.* Sectatus eſt, inſequutus eſt, proſequutus eſt, inſectatus eſt, verbum eſt medium.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Perſecutiones ex Dei ignoratione, *Ioan.* 16. *v.* 3. à Satana excitantur, 8.44. *Apoc.* 2.9. & 12.13.17. perſecutionum vtilitas. *Act.* 8.4. & 11. *v.* 20. Perſecutionis magnæ exemplum in Eccleſia Ieroſolymitana, *Act.* 8.1. Perſecutiones internæ interdum ſunt: *Exemplum*, in Iſaac, *Gen.* 21.9. *Gal.* 4,29. Perſecutionis piorum *exempla*: Cain perſecutus eſt Abelem, *Gen.* 4.8. Tyranni Lothum in captiuitatem abductum, 14.12. Iſmael Iſaacum, 21.9. *Gal.* 4.29. Eſau Iacobum, *Geneſ.* 27. *v.* 42. 43. Ægyptii Iſraelitas, *Exodi* 14.8. *Deut.* 26.6. Saul Dauidem, 1. *Sam.* 23. *v.* 14.15.10, & 24, *v.* 1.2.3. *&c.* 25.1. & 26. *v.* 1.2. *&c.* Abſalom Dauidem, 2. *Sam.* 15.14. & 17.21. Iezabel Eliam, 1. *Reg.* 19. *v.* 1,2. *&c.* Achab Michæam, 22. *v.* 26.27. Aman Iudæos, *Eſth.* 1. *v.* 8.9.10. Sennacherib Tobiam, *Tob.* 1. *v.* 22.23. Perſecutionis piorum verbi diuini Miniſtrorum, & aliorum fidelium, *Ierem.* 37.15. & 38. *v.* 4.5.6. Tribus iuuenibus idolum erectum adorare detrectantibus, *Daniel.* 3. *v.* 16.17. *&c.* Daniele, *Dan.* 6.16. & 24.30. Iudæos quos Antiochus perſequitur, 1. *Mach.* 1, *v.* 32.33. & 6.31. 2. *Mach.* 5.16. *&c.*

Chriſto, quem multiplex excepit & vexauit perſecutio: *Primum* enim ſimul ac in lucem editur, fit exul, *Matth.* 2.14. *Deinde* Satan immediate eum adoritur, idque inſidiis, *Matth.* 4. *v.* 1.2. *&c. Tertio*, Sacerdotes ſummi atque infimi, Scribæ, Phariſæi eorum miniſtri, Seniores populi, ac reliqua turba ſuperiorum exempla ſecuta, interitum Chriſto minantur, *Matth.* 12. *v.* 14. & *alibi paſſim. Quarto*, Herodes Galilææ Tetrarcha, & Baptiſtæ carnifex cum ſuis miniſtris tendit Chriſto inſidias, *Luc.* 13.31. *Quinto*, Iudas Iſcariotes, *Matth.* 26. *v.* 47. *Sexto*, Magiſtratus politicus ex vrbe Romana in Iudæam miſſus, *Matth.* 27. *v.* 1.2. *&c*, *Marc.* 15. *v.* 1.2. *&c. Luc.* 22. 66, & 23. *v.* 1. *Ioan.* 18. *v.* 28.29. *&c. Septimo*, Milites & turba, *vt hiſtoria paſſionis Chriſti abunde declarat.*

Herodes perſequitur & necat pueros bimulos, *Matth.* 2.16. Herodes Agrippa Ioannem Baptiſtam. 14. *v.* 10. Phariſæi Lazarum, 12. 10. Gubernatores politici & Eccleſiaſtici primitiuam & nouellam Apoſtolorum Eccleſiam, *Act.* 4.3. *&c.* 5. *v.* 18.19. *&c.* Synagogici falſi teſtes, & concilium Stephanum, 6. *v.* 12.13.14. & 7. *v.* 1.2. *&c.* Perſecutio in Ieroſolymitana Eccleſia, 8, Saulus perſequitur Chriſtianos, *ibid. &c.* Iudæi Paulum ad fidem Chriſti conuerſum, 9.23. Herodes Iacobum, 1.2. *v.* 12. Petrum, *v.* 3.4. Iudæi Paulum & Barnabam, 13.50. Philippenſis magiſtratus & totus populus, 16. *v.* 12.22. Demetrius Paulum, Gaium, Ariſtarchum, Alexandrum, *Act.* 19. *v.* 21. *&c.* Deniq; tota Actorum Apoſtolicorum hiſtoria plena eſt perſecutionis Pauli. Inter alios autem Pauli perſecutores non poſtremus fuit Nero, quē Leonem appellat, 2. *Tim.* 4.17. Alexander faber ærarius, cuius etiam meminit *v.* 14.

## ¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

*Perſecutio toleranda patienter propter Deum.*

Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & reges ducemini, in teſtimonium illis & gentibus. *Matth* 10.

Sed ante hæc omnia inijcient vobis in manus ſuas. *Luc.* 21.

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Sed quemadmodum tunc is, qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc. *Galat. cap.* 4.

Et omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. 2. *Tim.* 3.

Et nunc, ecce ego alligatus ſpiritu, vado in Hieruſalem. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu. *Act.* 10.

Nemo autem veſtrum patiatur, vt homicida, aut vt fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. 1. *epiſtol. Petri, capite quarto.*

*Gaudentes propter meritum.*

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. *Matth.* 5.

Sic enim

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. *ibid.*

Perſecutionem patimur & ſuſtinemus. 1. *Cor.* 4.

Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur. 2. *Cor.* 4.

Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum, in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quę non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna. *ibid.*

Et in nullo terreamini ab aduerſariis, quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis, & hoc à Deo. Quia vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini. *Phil.* 1.

Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. *Actorum capite* 5.

Exhortantesque vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei. 14.

Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat: ſed communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, vt & in reuelatione eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcit. 1. *Pet.* 4.

Deus autem omnis gratię, qui vocauit vos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit conſolidabitque. 5.

Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & vnde venerunt? Et dixit mihi; Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni. *Apocalypſ. capite octauo.*

Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Zach.* 7.

Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere retributionem iis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem. 2. *Theſſ.* 1.

Itaque & hi, qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas ſuas in benefactis. 1. *Pet.* 4.

Et cum aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant. Et clamabant voce magna, dicentes: Vſquequo Domine, ſanctus & verus, non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur ſerui eorum, & fratres eorum qui interficiendi ſunt, ſicut & illi. *Apoc.* 6.

## ¶ Poeticae Sententiae.

Antholog. Sacr. I. Billii.

Piorum Perſecutio.

*Quod plerunque mali in ſanctos ſæuire ſinuntur:*
*Quodq; bonis praui ſæpe nocere queunt:*
*Abſque Dei nutu non fit, qui corda ſuorum*
*Hic etiam bellis glorificanda probat.*
*Creſcunt virtutum palmæ, creſcuntq; coronæ,*
*Mutantur mundi prælia pace Dei.*

## ¶ Similitudines.

*Dionis Chryſoſtomi:* Sicut qui ignem obligat in veſtimento quidem non extinguit, veſtem autem comburit: Ita etiam qui in virtute poſitos perſequebantur, comprehendebant ac ſępius colligebant: illos quidem ex his omnibus reddebant clariores, ſe autem omnino prodebant, *Homil.* 25. *Matth.*

*Sicut* in vernali flatu arbores laxantur in folia & fructus: Sic perſequutionibus excitantur animæ ad virtutem. *In Matth.* 24. *homilia* 49.

*Sicut tempeſtas* ſuſcitat nubila, nubila autem cooperiunt ſolem: Sic impiorum perſequutio ſuſcitabit tranſgreſſionem, tranſgreſſio autem Chriſtianitatis obſcurabit candorem. *In* 24. *Matth. hom.* 49.

*Sicut tubicina* commiſſo bello pugnantem exercitum circuit & bellicos cantus in tuba decantans milites animat ad virtutem: Sic & ſacerdos perſequutione imminente exponens, in populo fortiſſimorum martyrum glorioſa pericula, & inenarrabiles regni cœleſtis, coronas vincentibus præparatas. *In* 24. *Matth. homilia quinquageſima prima.*

*Durum eſt* contra ſtimulum calcitrare: quia non ſtimulum retundes, ſed pedes recalcitrans lædis vulneribus. Neque fluxus qui ſaxo illiduntur, amplius aliquid proficient, quam vt ſemetipſos fracti diſſoluant, & in ſpumas extenuati depereant. Qui iuſtum hominem impugnare velit, tale eſt, ac ſi cœlo bellum meditetur, *hom. de ſancto Spiritu.*

*Tanquam fluentum* influens remiſſio animam tollit (nam omnium perſecutionum hoc grauiſſimum) & quod æſtas eſt & hyems, hoc eſt perſecutio & remiſſio. Vt autem vobis oſtendam [...] miſſio peior eſt perſecutione, audi. Somnum enim infunde[...] multum hiatum & teporem, vndique vitia ſuſcitat: nam [...] voluptates, &c. Sed in perſecutione nihil horum vexa[...] timor ingreſſus, tanquam flagello quodam, latrantem [...] ter percutiens, has omnes peſtes ne clamare quidem [...] eſt perſecutio, vitiis, tanquam feris non vrgentibus, [...] *tentia.*

*D. Auguſtini:* Sicut oliua & vua, priuſquam ad vſum [...] manum, premi debent in torculari: Ita debet homo per[...] nem pati, priuſquam idoneus ſit ad regnum cœlorum. [...] *ſerm.* 8.

*Hilarij?* Quæ ſit ſerpentis prudentia, contuendum eſt [...] quid in illo prudentiæ conſiliique extet, licet quædam [...] memoriæ mandauerint, quod vbi ſe in manus hom[...] intelligat, omni genere ab ictu caput ſubtrahat, idque [...] in orbem corpore contegat, aut foueæ immergat, cæ[...] reliquam derelinquat: Nosque hoc exemplo oporteret ſi [...] derit perſecutionum, caput noſtrum quod eſt Chriſtus [...] ablatis nobis in omnes cruciatus, fidem ab eo acceſſ[...] corporis communiamus. *In Matth.*

*Saluiani Epiſcopi:* Sane & ſi de cæteris, quas dicit virtu[...] ſtolicis nihil facimus, in hoc tamen vno, vbi Apoſtolus [...] gaſſe ſe dicit, etiam vincere poſſumus. Non enim ter [...] naufragauimus, quorum pene omnis vita naufragium eſt. [...] tum quippe vitioſe ab omnibus viuitur, vt prope nullus Chriſ[...] rum ſit, qui non iugiter naufragare videatur. Sed dicet [...] quis, non id eſſe nunc temporis, vt pro Chriſto perferamus, [...] Apoſtoli pertulerunt. Verum eſt: non enim ſunt principes [...] non tyranni perſecutores, non ſanguis ſanctorum fun[...] des ſuppliciis comprobatur. *De vero iudicio & prouidentia [...] bro* 3. *fol.* 14.

*Lactantij:* Quomodo poteſt imperator militum ſuorum [...] re virtutem, niſi habuerit hoſtem? Et illi tamen aduer[...] git inuito, quia mortalis eſt, & vinci poteſt. Deo autem [...] gnari non poteſt, ipſe aduerſarios nomini ſuo excitat: [...] tra ipſum Deum pugnent, ſed contra milites eius, vt de[...] fidem ſuorum vel probet, vel corroboret, donec preſſur[...] defluentem corrigat diſciplinam. *lib.* 5. *cap.* 23. *de iuſtitia.*

*Antonij abbatis:* Vere fratres ſcitis, quod tempore [...] proſperitatis, omnis gubernator plaudit ſibi: in contrari[...] que ventorum, omnis gubernator manifeſtatur. In[...] tempus in quo aduenimus, quale ſit. *Epiſt. E.*

*Thriueri:* Vbi corpus, ibi aquilæ: Et ſemper immin[...] tio Eccleſiæ. *in apoph.* 91.

## ¶ Exempla Sacra.

Perſecutorum Eccleſiæ Dei & piorum eius ciuium pœn[...] *pla*, Pharao, quem decem plagis afflixit Dominus, *Exod.* [...] 8, 1. *& c.* 9. 17. *&* 10. 4. tandem vero ſubmerſit in mari cum [...] ercitu, 14. 28. Achab, 2. *Paral.* 18. *v.* 34. 38. *iuxta illud* 1. *Reg.* [...] 2. *Reg.* 6. *v.* 7. Iezabel, 9. *v.* 33. 36. Aman, *Eſth.* 7, 10. Holofernes, *Iud.* [...] 13, *v.* 10. Sennacherib, 2. *Reg.* 19. *v.* 35. 37. Nicanor, 1. *Machab.* 7. [...] Danielis & ſociorum eius, *Dan.* 3, 22. *&* 6. 24. Ioacim, *Ierem.* [...] 30. *& c.* Ammonitæ, 49. *v.* 1. 2. *& c.* Chaldæi, *v.* 9. 10, 17. 18. [...] 21, Montis Seir & Idumæorum deſtructio, quod populum Dei [...] xerint, *Ezech.* 35, *v.* 3. 4. 5. Edom, *Amos,* 11. *ibid. v.* 18. Ægyptus, [...] 19. Hoſtes eccleſiæ, *Soph.* 3. *verſic.* 19. *Baruch* 4. *v.* 3. [...] Hoſtis Da[...] *Pſalm.* 57. *v* 4. 7. *&* 79. *v.* 10. 11, Antiochus, 2. *Macchab.* 9. [...] Ascalonita Chriſtum occidere tentans, plurimosque pueros [...] tradens, *Matth.* 2. 26. propter tyrannidem grauiter punitus à Deo, [...] *legere eſt apud Ioſephum libr.* 17. *Antiq. Iudaic. cap.* 7. [...] *bello Iudaico, cap.* 21. Herodes Antipas præſtantiſſimum virum ac [...] culiarem Meſſiæ præconem præter fas & æquum, capite trunca[...] & ipſi Chriſto inſidias tendens, *Matth.* 14. 10. in perpetuum exilium [...] Lugdunum in Galliam relegatur, *teſte eodem Ioſepho lib.* 18. *Ant.* [...] *cap.* 9. *& Euſebio, lib,* 2. *cap.* 4. Pontius Pilatus Chriſtum innocentem [...] in gratiam Iudæorum condemnans, & alia multa in Iudæa tyran[...] nice faciens, tandem multis coactus angoribus, manus ſibi [...] uit, *vt Ioſephus libro* 19. *Antiq. cap.* 5. *& Eutropius libr.* 9. [...] Herodes Agrippa fratrem Ioannis gladio feriens, iuſto Dei iudicio [...] horribili morte periit, *Act.* 12, *v.* 2. 22. 23. *legatur prolixior hiſto[...] ria apud Ioſephum lib.* 19. *Antiq. cap.* 7. De Neronis quoque [...] quem Paulus Leonem vocat, 2. *Tim.* 4. *v.* 17. ſcribit Eutropius, [...] Senatus ſententia conſtitutum fuiſſe vt nudus per publicum [...] furca collo eius inſerta, virgis vſque ad mortem cæderetur, atque [...] è ſaxo præcipitaretur. Quam ſententiam etſi euaſit, tamen [...] tas ſibi inferre manus tandem coactus eſt.

Domitianus perſecutor Ioannis Euangeliſtæ, non ſine [...] guine occubuit: nam in cubiculo à ſuis propriis miniſtris, con[...] etiam vxore Domitia, multis vulneribus trucidatus eſt. Se[...] tus autem Romanus cadauer eius populari ſandapila per Ve[...] lones contumelioſe more gladiatoris efferri iuſſit, *teſte Sue[...] & Eu[...]*

...Alii Imperatores Rom. Reges, principes & primarii vi... Apoſtolorum ſeculo vſque ad noſtrum Chriſti Eccleſiam ...nt, horrendis modis exciſi ſunt: vt hiſtoriæ quam plurimæ ...ter teſtantur.

...titulos de Afflictione, Cruce, & Tribulatione.

# Perſeuerantia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...erantia, Græce καρτερία & ὑπομονὴ, ῆς, ὑπομένω, perſeuero di... Eſt autem perſeuerantia in ratione bene inſtituta ſtabilis, & ... permanſio, *ſecundum Ciceronem in Rhetoricis & ſecun... Andronicum, ac B. Thom ſecunda Secundæ, q. 128. cap.*

...erantia eſt virtus ſpecialis, habens ſpeciale obiectum, ſcili... laborioſum, vt triſtabile diuturnitatis, *ſecundum eundem, ...a Secunda, q. 122. art. 1.*

...erantia quid à fortitudine differat, vide ſupra in Forti...

...erantiæ extrema ſunt pertinacia, & leuitas: perſeuerantia ... perſeuero verbo.

...erantia ab Hebræis voce fluit deſumpta à verbo *Taradh*, ...inuus fuit, perſeuerauit, nunquam deſiit, vt ſtilla ſtillam ...: occupatus indeſinenter & ſollicitus fuit; quæ omnia per...am denotant.

...erantia Chriſtiana & ſalutaris, eſt in vera agnitione Dei & ... in Chriſtum conſtanter & perpetuò vſque ad extremum ...ium permanere.

...tem perſeuerare cum quadam conſtantia, & quaſi pertina...tate. Dicunturque hæc à *ſeuerus*, quod aliquando ſignifi...em & cenſorium, quaſi ſemper verus, vel ſequens verum & ...ia, nullis illecebris mutabilis. Virgil. *Curibusq; ſeuerus*, ali...ſperum. Idem, *Montemq; ſeuerum:* Interdum ſæuum & ...m. Idem, *Amnemque ſeuerum Eumenidum.* Nonnunquam ...amium. Vnde ſeueritas, hoc eſt, grauitas, conſtantia, aſpe...a. Hinc aſſeuero verbum, quod eſt cum quadam vi ac ...i quaſi cum ſeueritate aliquid affirmo: hinc aſſeueratio ... Quintilianus, *Altera ex aſſeueratione probatio eſt.*

## ¶ Loci Biblici.

...erantia, *Gen.* 19, v. 16, 17, *Iob.* 2, 3, *Prou.* 3, 31, & 23, 17, *Ezech.* 18, ...v, 13, *Eccl.* 2, v, 2, & 11, v, 11, & 35, v, 9, *Matth.* 10, v, 22, & 15, v, ...v, 13, *Luc* 9, v, 54, *Ioan.* 6, v, 62, *Act.* 2, v, 42, & 11, v, 23 & 12, v, ...v, 21, *Hebr.* 3, v, 1, 2, *Pet.* 2, v, 20, 1, *Ioan.* 2, v, 24, *Apoc* 2, *verſi* 16,

...antia Dei donum, *Act.* 14, v, 23, 1, *Cor.* 1, v, 8, *Epheſ* 3, v, 13, & 6, ...v, 6, & 2, 13, 1, *Theſſ.* 5, v, 24, 2, *Theſſ.* 1, v, 11, *Hebr.* 13, v, 20, 21, 1, ...1, *Ioan.* 3, v, 9.

...erantia cuique ſua certa conſtare debet, *Pſal.* 138, v 7 *Rom.* ... 1. *Cor.* 1. v. 9. & 15. v. 58. 1. *Pet.* 1. v. 3. 4. & 5. v. 12. 1. *Ioan.* 2 v. 19.

...antia in Sanctis neceſſaria eſt, *Matth.* 10, v, 11. & 24 *verſ.* ..., ...13, *Luc.* 22, v, 18, *Rom.* 2, v. 7, & 11, v, 22, *Galat.* 5, v, 1, *Epheſ.* ...& 6. v 18 *Philip* 2 v 16 & 3 v 13 & 4 v 1 *Coloſſ* 1 v 23 & 2 *verſi.* ...1 v 3, 10 & 3 v 8, 2 *Theſſal.* 3 *verſicul.* 13, 1 *Timoth.* 2 *verſicul.* ...2 v 5, 10 & 3 v 14 *Hebr.* 3 v 6, 14 & 4 v 14 & 6 v 11, 15 & ... *Iacob.* 1 v 4, 2 *Petr.* 3 v 18. 1 *Ioan.* 2 v 24 2 *Ioan.* 2 v 9 *Apocal.* 2. ...

...erantia in precibus commendatur, *Eccl.* 7 v 9 *Luc.* 11 v 5. 8. 9 ... & 21 v 19 *Matth.* 10 v 22 *Marci* 13 v 13 *Rom.* 12 v 12 *Epheſ* 6. ... *Theſſ.* 5 v 17. 2 *Theſſ.* 3. 1 *Coloſſ* 4 v 2. 3. 1 *Pet.* 4 v 7 & 5 v 9 *Iuda* v.

...erantiæ in precibus, *Exempla*: Elias, 1 *Reg.* 18 v 42. Dauid, ... & 88 v 2. 10 Vidua, *Luc.* 18 v 3 Cœcus, v 39 Apoſtoli, *Act.* 1, ... & 2. 42.

*Perſeuerantia conſeruatur bene agendo.*

...tenebit iuſtus viam ſuam, *Iob.* 17.

...onte ventiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam. ...nim omnia peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in ... Domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientia, & proſequatur te ver... pacis & iuſtitiæ, *Eccl.* 5.

...emo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt ...o Dei. *Luc.* 9.

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare: nonne prius ſedens ...tat ſumptus, qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne ...quam poſuerit fundamentum: & non potuerit perficere: omnes ...ident incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit æ...are, & non potuit conſummare. 14.

Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu excideris. *Rom.* 11.

Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangelium: quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt euertere Euangelium Chriſti, *Galat.* 3.

*In malo tolerando.*

Væ hi! qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas: & diuerterunt in vias prauas. Quid facietis cum inſpicere cœperit Deus? *Eccl.* 2.

Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. *Matthæi* 10.

Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt, hic eſt qui verbum Dei audit, & continuo cum gaudio accipit illud: Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis. Facta autem tribulatione propter verbum continuo ſcandalizatur. 13.

Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſaluus erit. *Marc.* 13.

Cupimus autem vt vnusquisque veſtrum idem præſtet ſtudium, ad plenam ſpei certitudinem, vſque ad perfectionem. *Heb.* 6.

In diſciplina perſeuerate. 12.

Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *Apoc.* 2.

*A Deo remuneratur.*

Neſcitis quod ii qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis. 1. *Corinth.* 9.

Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles, & abundantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino. 15.

Confidens in hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in Ieſu diem Chriſti. *Phil.* 1.

Ipſe autem Deus ſanctificet vos per omnia, vt integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt qui vocauit vos, qui etiam faciet. 1. *Theſſal.* 5.

Chriſtus vero, tanquam filius, adminiſtrauit domum ipſius, cuius domus nos ſumus, ſi fiduciam, & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus. *Heb.* 3.

Participes enim Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus. *ibid.*

Videte vosmet ipſos, ne perdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam accipiatis. 2. *Ioan.*

Cum ſic loquitur Dominus, Timorem meum dabo in cor eorum, quid aliud eſt, quàm Talis ac tantus erit timor meus, vt mihi perſeueranter adhæreant. *Auguſtin. libro de Bono perſeuerantiæ, cap.* 2.

Eſt in nobis per Dei gratiam in bono recipiendo & perſeueranter tenendo, non ſolum poſſe quod velimus, verum etiam velle quod poſſumus. Quod non fuit in homine primo. Vnum enim horum in illo fuit, alterum non fuit: nempe vt reciperet bonum. Gratia non egebat, quia nondum perdiderat: vt autem in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ, ſine quo id omnino non poſſet, & acceperat poſſe ſi vellet, ſed non habuit velle quod poſſet. Nam ſi habuiſſet perſeueraſſet. *Idem lib. de corrept. & gratia, cap.* 11

Nunc vero Sanctis in regnum Dei per gratiam Dei prædeſtinatis, non tantum tale adiutorium perſeuerantiæ datur. Scilicet vt poſſint perſeuerare, ſi velint, ſicut datum fuit Adæ: ſed tale, vt eis perſeuerantia ipſa donetur: non ſolum vt ſine iſto dono perſeuerantes eſſe non poſſint, verum etiam vt per hoc donum non niſi perſeuerantes ſint. Non ſolum enim dixit, Sine me nihil poteſtis facere: verum etiam dixit, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vt eatis, & fructum adferatis, & fructus veſter maneat. Quibus verbis non ſolum iuſtitiam, verum etiam in illo perſeuerantiam ſe dediſſe monſtrauit. Chriſto enim ſic eos ponente vt eant & fructum adferant, & fructus eorum maneat, quis audet dicere, forſitan non manebit? Sine pœnitentia ſunt enim dona & vocatio Dei: ſed eorum vocatio, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Pro iis ergo interpellante Chriſto, ne deficiat fides eorum, ſine dubio non deficiet vſque in finem ac per hoc perſeuerabit vſque in finem: nec eam niſi manentem, vitæ huius inueniet finis. *Idem, ibid. cap.* 12.

Liberati à peccato ſerui facti ſunt iuſtitiæ, in qua ſtabunt vſque in finem, donante ſibi illo perſeuerantiam, qui eos præſciuit & prædeſtinauit, & ſecundum propoſitum vocauit, & iuſtificauit, & glorificauit. *ibidem.*

Ipſe ergo eos facit perſeuerare in bono, qui facit bonos. Qui autem cadunt & pereunt, in prædeſtinatorum numero non fuerunt. Quamvis igitur de omnibus regeneratis & pie viuentibus loqueretur Apoſtolus. Tu quis es qui iudicas ſeruum alienum? ſuo Domino ſtat aut cadit continuo tamen reſpexit ad prædeſtinatos, & ait. Stabit autem. Et ne hoc ſibi arrogarent, Potens eſt enim Deus, inquit, ſtatuere eum. *ibid.*

Acper hoc nec de ipſa perſeuerantia boni voluit Deus ſanctos ſuos in viribus ſuis, ſed in ipſo gloriari: qui eis non ſolum dat adiutorium quale primo homini dedit, ſine quo non poſſint perſeuerare ſi velint: ſed in eis etiam operatur & velle, vt quoniam non perſeuerabunt, niſi & poſſint & velint, perſeuerandi eis voluntas & poſſibilitas, diuinæ gratiæ largitate donetur, tantum quippe Spiritu ſancto accenditur voluntas eorum, vt ideo poſſint, quia ſic volunt: ideo ſic velint, quia Deus operatur vt velint. *Eod. lib. & cap.*

Subuentum eſt igitur infirmitati voluntatis humanæ, vt à diuina gratia indeclinabiter & inſeparabiliter ageretur: & ideo quamvis infirma, non tamen deficeret, neque aduerſitate aliqua vinceretur. *Item:* Dicente igitur Chriſto, Rogaui pro te, ne deficiat fides tua: ſintelligamus ei dictum, qui ædificatur. Atque ita homo Dei, non ſolum quia miſericordiam conſecutus eſt, vt fidelis eſſet, verum etiam quia fides ipſa non deficit, qui gloriatur, in Domino glorietur. *ibidem.*

Quando rogauit Chriſtus, ne fides Petri deficeret, quid aliud rogauit, niſi vt haberet in fide liberrimam, fortiſſimam, inuictiſſimã, perſeuerantiſſimam voluntatem? *Deinde ſubdit id quod ad omnes fideles pertinet, dicens:* voluntas quippe humana non libertate conſequitur gratiam, ſed gratia potius libertatem & vt perſeueret delectabile perpetuitatem & inſuperabilem fortitudinem. *Eiusd. libri cap. 7.*

Credere vere, eſt credere inconcuſſè, firmè, ſtabiliter, fortiter: vt iam ad propria non redeas & Chriſtum reliquas. *Tract. 106. in Ioann.*

Fides vera non eſt, ſi non ſit perpetua, ſed poſſit deficere. *Ambr. in 6. cap. 2. ad Corinth.*

## ¶ Sententiæ Patrum.

Vos autem fratres exhortamur in Domino, vt propoſitum veſtrum in Domino cuſtodiatis, & vsque ad finem vitæ perſeueretis. *Auguſt. ad Eudoxium. & habet. 16 q. 1. Vos autem.*

Quicquid enim neceſſitate fit, cito ſoluitur: quo voluntate arripitur, perſeuerat. *Hier. & hab. de Conſ. diſt. Quicquid.*

Incaſſum quippe bonum agitur ſi ante vitæ terminum deſeratur: quia & fruſtra velociter currit qui priusquam ad metas venerit, deficit. *Gregor. in Moral. & eſt de pænitent. diſtinct. 3. can. Incaſſum.*

Pennata animalia minime reuertuntur, cum incedunt: quia prædicatores ſancti ſic à terrenis actibus ad ſpiritualia tranſeunt, vt ad ea quæ reliquerant, vlterius nullatenus reflectantur. *Et paulo poſt.* Nemo mittens manum ſuam in aratrum, &c. Manum quippe in aratrum mittere, eſt quaſi per quendam compunctionis vomerem, ad proferendos fructus, terram ſui corporis aperire: ſed retro poſt aratrum aſpicit, qui poſt exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ derelinquit; quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per Prophetam dicitur, Non reuertebantur cum incederent: *Et paulo poſt.* Vnde Paulus, Vnum vero quæ retro ſunt obliuiſcens, in ea quæ ſunt anteriora me extendens, ſequor ad patriam ſupernæ vocationis. In anteriora etenim extentus, eorum quæ retro ſunt oblitus fuerat: quia temporalia deſpiciens, quæ ſola ſunt æterna, requirebat. *Idem ſuper Ezech. & habet. de pœnit diſtinct. 2. Pennata.*

Non reuertebantur cum incederent: quia electi ſic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant: qui enim perſeuerauerit vsque ad finem, hic ſaluus erit. Et ſic per Salomonem dicitur. Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vsque ad perfectum diem. In eorum namque animo bonum deſiderium, atque intellectus lucis intimæ, iam pars diei eſt. Sed quia vsque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad cœleſtia regna perducti, in ea luce quam deſiderant, iam minus aliquid non habebunt. *Idem in hom. 5. & habet. de pæn. diſt. 2. Non reuertebantur.*

Abſque perſeuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt, cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino: Qui perſeuerauerit vsque in finem, hic ſaluus erit. *Bernard. in epiſtol. 129.*

Malum cum perſeuerat augetur, & remediabile bonum in peccato correctio. *Caſſ. lib. 1. epiſt. 14.*

Vituperationem generant, quæ in mediis conatibus ægra deſeruntur. *Idem lib. 4, epiſt. 21.*

Alacriter incumbendum eſt inchoatis, cum vicinitas perfectionis affuerit, ſpes affectus, tædium laboris excludit. Magnum genus incitamenti eſt, credere deſiderata compleri. *Idem libro 5, epiſtol. 15.*

Perſeuerantia eſt vnica filia ſummi regis, finis virtutum, earumque conſummatio, totiusque boni repoſitorium & virtus, ſine qua nemo videbit Deum, *Bernard. in quadam epiſt.*

Bonam vitam ego puto mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare vsque ad mortem, *in ſerm.*

## ¶ Philoſophicae et Hiſtoricae Sententiae.

*De Perſeuerantia in munere vario vita præſentis.*

Nulla re vtili abſtinendum eſt propter apparentem difficultatem, ſed comparandus habitus, quo cuncta bona mortalibus [illegible] henſibilia redduntur, ea maxime, in quibus ſæpenumero ſ[illegible] lutis ſita eſt. *Polyb. l. 10.*

Nonnulli perinde atque imperiti ac vecordes curſores [illegible] primo feruore, cœptis deſiſtunt: aliqui verò hoc ipſo poſt[illegible] aduerſarios ſuperant, quod conſtanter perdurant in propoſi[illegible] *bro 16.*

Perſeuerantia in omni genere militiæ, maxime tamen in [illegible] dendis vrbibus, neceſſaria eſt: quarum pleraſque munitione [illegible] naturali ſitu inexpugnabiles, fame ſitique tempus ipſum [illegible] expugnat. *Liu dec. 1. l. 5.*

Ad diſciplinam militiæ plurimum intereſt, inſueſcere [illegible] non ſolum parta victoria frui: ſed ſi res etiam lentior ſit, [illegible] & quamuis ſeræ ſpei expectare exitum, ſi non ſit æſtate perfe[illegible] bellum, hyemem opperiri: nec, ſicut æſtiuas aues, ſtatim [illegible] tecta ac receſſum circumſpicere. Obſecro vos, venandi [illegible] voluptas homines per niues ac pruinas in montes ſyluaſque [illegible] li neceſſitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam [illegible] ac voluptas elicere ſolet? adeone effeminata corpora [illegible] ſtrorum eſſe putamus, adeo molles animos, vt hyemem [illegible] re in caſtris, abeſſe ab domo non poſſint? vt tanquam naualem [illegible] tempeſtatibus, captandis, & obſeruando anni tempor[illegible] *idem, ibid.*

Perſeuerantia vi eſt efficacior, teſte Sertorio: multaque [illegible] impetu confici non poſſunt, paulatim abſoluuntur. [illegible] duitatis vis inuicta, quæ omnem ſuperat excinditque [illegible] tempus, quod plurimum auxilii fert iis qui prudenter [illegible] captant, idemque tempus infectiſſimum eſt iis qui [illegible] natione vtuntur. *Plut. in Sertorio.*

Turpe eſt cedere oneri, & luctari cum officio, quod [illegible] ſti. Non eſt vir fortis ac ſtrenuus, qui laborem fugit, [illegible] nimus ipſa rerum difficultate. *Senec. in epiſt.*

Nihil eſt quod non expugnet pertinax opera, & [illegible] gens cura. *epiſt. 1.*

Perſeuerandum eſt, & aſſiduo ſtudio robur addendum [illegible] na mens ſit, quod bona voluntas eſt. *Sen. epiſt. 16.*

In excelſo eſt vita beata, ſed perſeuerantia penetrabilis. [illegible] *piſtol. 65.*

Qui conſtans eſt, imperturbatus eſt, ſine triſtitia eſt. *epiſt.*

Conſurgamus itaque aduerſus fortunam, & quicquid [illegible] ſciamus non eſſe tam magnum, quam rumore iactatur. [illegible] *piſtol. 93.*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Plaut. Rud. Prolog.

*Iccirco moneo ego vos hac, qui eſtis boni,*
*Quique ætatem agitis cum pietate, & cum fide,*
*Retinete, porro, poſt factum vt lætemini.*

Ouid. Amo. 10.

*Perfer, & obdura: dolor hic tibi proderit olim:*
*Sæpe tulit laſsis ſuccus amarus opem.*

Sen. tragœdia. 3.

*Sed flecte mentem, pectus antiquum aduoca,*
*Victasq; magno pectore ærumnas doma:*
*Reſiſte: tantis in malis vinci malum eſt.*

Idem tragœdia 6.

*Haud eſt virile terga fortunæ dare.*

Idem tragœdia 6.

*Iuuenile eſt vitium, regere non poſſe impetum.*

Ibidem.

*Audax virago non tulit retrogradum.*

## ¶ Apophthegmata.

*Chilon* dicere ſolebat, tarde quidem aggrediendã eſſe omnia [illegible] rum cum ſemel iam inceperis, conſtantiſſime in agendo perſeuerandum eſſe. *Stob. ſerm. de Prudentia.*

*Demoſthenes*, cum Antipater intra Lamiam à Græcorum [illegible] eſſet concluſus, ac velut ob res feliciter geſtas, Athenienſes Diis [illegible] molarent victimas: Demoſthenes ad quendam amicorum nomine Ageſiſtratum ait, ſibi non eandem eſſe cum cæteris ſententiam. [illegible] ui enim, inquit, Græcos ſtadium pugnare: & ſcire & poſſe, Dolichum autem non item. Dolichus autem continet viginti quatuor ſtadia. Notauit ſuos, quod protinus vna contenti victoriola, deponerent bellandi ſtudium, quum oporteat eiuſmodi ſucceſſibus non fruſtra, ſed vti ad maiorem rerum occaſſionem. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

…nſ. epiſcop. *Alexander.* cum à tortoribus vehementer vr… reſpondiſſe fertur, Quid inſectando laboratis? Caput me… quo magnopere fatigamini, auulſum ceruicibus ſumite, … magnum ad tyrannum referte. *Euſebius libr. Eccl. hiſt.*

…ſe matrona nobilis Hunerichi regis tortoribus turpiter … grauiter virgis cædebatur. Inter ictus vero virgarum, dum … guinis toto iam fluitarent corpore, libera voce dixit. Mini… …, quod ad opprobrium meum facitis, ipſa eſt laus mea. … *hiſt. Vandalica lib.* 3.

…. Conſtantium tyrannum ad fidei orthodoxæ de… …um hortantem, ſibi mortem etiam minitantem au… Poteſtatem quidem habes, inquit, nos puniendi: nos au… …m ſtatuta non ideo deſtruemus. *Theodoret. libr.* 5. *Eccleſ.*

…, cum in ſella ferrea prunis ſubteriectis torreretur, vo… ad plebem clamauit: Ecce hoc eſt homines comedere, … facitis, qui à nobis velut occultum facinus inquiritis, … aperta luce committitis? Non enim neque comedimus …, neque aliud quid mali fecimus. *Euſeb.* 5. *Eccl. hiſtor. ca-*…

…s epiſcopus oculis ob ſenectutem orbatus, audiens Iulianum … in Sacello Solis ſacrificare diis gentilium, palam impera… …urgauit, ad quem conuerſus imperator cum dixiſſet, Abi … ad Galilæum tuum (Chriſtum intelligens) ac iube tibi a… …ulos, tum Mares reſpondit: Deo meo gratias pro cæcitate a… …o viſum ademit, ne te apoſtatam in Deum blaſphemum, …ane pietate nudatum, coram videre cogar. *Sozomenus in* … *hiſt. l.* 6. *cap.* 6. *Alij hoc dictum Eguinario epiſcopo (quem* … *inarium appellat) aſſcribant.*

…us, quum iam carnifici ceruices porrexiſſet, nuntiusque … …curriſſet, qui veniam ipſi ab imperatore Iuliano afferebat, … animo tulit, atque his verbis vſus eſt: Scilicet indignus …anus qui Chriſti martyr appellaretur. *Theod. libr.* 3. *hiſtor.*

…*rus martyr*, immanes cruciatus minantibus carnificibus, … Chriſti abiuraret, in hanc præclaram vocem erupit. Pro …hanæ confeſſione qui vulnerat, incidat, & qui verberat la… …qui cremat flammam adiiciat: & qui his verbis offenditur, … *Nyſſ. in vita Theodori.*

…*proconſul Carthaginis*, vir diues & clarus, ad veritatis ne… …ſollicitatus à rege, & promiſſionibus multis ad defectio… …tus: reſpondit: Dicite regi veſtro vt ſubiiciat me ignibus, …, excruciet omni genere tormentorum. Si conſentio, … in eccleſia baptizatus catholica. Nam ſi hæc præſens ſo…, & aliam, quæ vere eſt, non ſperarem æternam, nec ita … ad modicum, atque temporaliter gloriarer, & ingratus ei …, qui per fidem meam omnia ſua mihi contulit. *Vict. lib.* 3. … *hiſtoria.*

…*mbroſius.* Calligonus, cubiculi præpoſitus, mandare aliquo… …broſio auſus eſt, Me viuo tu contemnis Valentinianum? … tollo. Ambroſius reſpondit, Deus permittat tibi vt im… …od minaris. Ego enim patiar quod epiſcopi: tu facies quod … *Ambroſ. epiſt.* 33.

…, cum ob fidei confeſſionem ſub Iuliano apoſtata cra… …politus eſſet, vt in omnium conſpectu aſſaretur, ad præ… … mediis cruciatibus dixiſſe fertur: Si aſſas carnes deguſta… …machi, in alterum latus me verte, ne ſemicrudus ad eden… …ſuauis tibi reddar. Idem de Laurentio, Macedonio, at… …iano martyribus, alii etiam ſcribunt. *Nicephorus libr.* 10. &

…*Magnus* cum à Valente Cæſare in exilium pro fide coge… …nibitus eſt ad tribunal Præfecti terroribusque & minis ma… …tus, vt niſi præceptis principis obediret, ſciret ſibi impendere …. Tum ille intrepidus, atque abſque vlla animi perturba… reſpondit Præfecto: Atq; vtinam aliquid mihi eſſet digni mu… quod offerrem huic, qui maturius Baſilium de nodo follis hu… …olueret. Cumque daretur ei nox, quæ erat media, ad delibe… …, denuo reſpondit: Ego craſtino idem ero qui nunc, tu te vti… non mutares. *Eccl. hiſt. l.* 11. *c.* 9.

…*thanaſius*, cum ſub Iuliano Apoſtata crudeliſſimo Imperatore, …mo eſſet vitæ periculo, & populus mirum in modum con…, alta voce clamans: Bono eſtote animo inquit, nubecula … eſt, quæ mox euaneſcet ſplendente ſole. *Sozomenus lib.* 6. … *hiſt. c.* 26.

*Euſebius Samoſatenus*, cum nollet Cæſari Conſtantio mitte … decretum Arrianorum contra Melitum factum: Cæſar mina…, ſe abſciſſurum dextram eius manum, quo audito, Euſe… ambas porrexit, inquiens, Decretum non dabo, clarum Ar… peſtis indicium. *Theodoretus in Tripartita hiſtor. capit.* 49.

*Polycarpus*, cum fidei rationem redderet, atque conſtanter per… …ret: Herodi proconſuli ignem minitanti reſpondit: Ignem …is hunc, qui ad momentum incenditur, & paulo poſt extin…. Verum ignoras futuri iudicii ignem æternum fore, qui ad perpetuas pœnas præparatus eſt impiis. *Euſeb. libro* 14. *cap.* 5. *Eccleſ. hiſtor.*

*Idem* ab Herode proconſule admonitus vt iuraret fortunam Cæſaris, & conuicia diceret in Chriſtum, reſpondit: octoginta & ſex annis ſeruio ei, & nihil me læſit vnquam: qua igitur conſcientia maledicerem, & blaſphemarem regem meum, qui ſalutem mihi dedit? Cumque rurſus vehementius vrgeretur, vt fortunam Cæſaris iuraret; Si hanc, inquit, iactantiam quæris vt ego fortunam Cæſaris iurem, & quis ſim ego ignorare te ſimules, audi à me: Sum Chriſtianus. Si vero eam rationem vis Chriſtianæ religionis accipere, ſtatue diem & audi. At cum proconſul diceret, Suade hoc populo: reſpondit Polycarpus, Tibi quidem reſpondi, quandoquidem principibus à Deo datis in primis honos debeatur, modo religioni non ſit Deoq; contrarius: Populo autem furenti ſatisfacere, non ſit poſſibile. *Euſeb. l.* 4. *eccl. hiſt. c.* 5.

*Sanctus martyr.* Diaconus quidam Eccleſiæ Vienenſis, nomine Sanctus, tanta animi celſitate & conſtantia carnificibus eum horrendis tormentis à Chriſtiana fide auertere conantibus, reſtitit, vt ne nomen quidem vel ſuum, vel gentis, vel ciuitatis vnde fuit, neque vtrum ſeruus an liber, illis vellet dicere; ſed ad omnia rogata latino ſermone reſponderet, Chriſtianus ſum: iſtudque pro nomine, pro ciuitate, pro genere, & denique pro re quaque iterum ac ſæpius eſt eloquutus: nec aliam vocem ethnici ab eo elicere potuerunt. *Euſeb. l.* 5. *hiſt eccl. c.* 5.

*Lucius Sophiſta.* Lucius quidam ob religionis confeſſionem ab Vrbicio damnatus cum iam ad ſupplicium duceretur: Gratias ago, inquit, quod nequiſſimis dominis abſolutum, ad ſummum cœli terræque regem remittas. *Euſeb. l.* [illegible] *eccl. hiſt. c.* 17.

¶ SIMILITVDINES.

*Beda.* Sicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſaltem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit: Ita iſti qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis in ſocietate ſanctorum permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis inficiunt. *De verbis Apoſtoli Iacobi. Confitemini alterutrum, &c.*

*Laurentij Iuſtiniani patriarchæ.* Quemadmodum nullus ægrotus eo incurabilior eſt, quam qui ſanum eſſe ſe putat: Ita & captiuo nemo miſerabilior eſt illo, qui arbitratur eſſe ſe liberum, Nullum iſte redemptorem quærit, redemptionis precium habere non curat, atque captiuitatis ſuæ damna non plangit. Ducitur, cæditur, trahitur, & inſenſibilis perſeuerat. *De contemptu mundi, cap.* 1.

*Thrimeri.* Quemadmodum moleſtus eſt diſcipulus præceptori ſuo, qui perpetuo diſcit & nunquam proficit, moleſtior qui priora negligit: Ita apud Deum intolerabilis eſt, qui ad peiora ſemper decidit, & virtutis rudimenta amittit, quæ prius accepit. *in apophthem* 48.

*Chryſoſtomi.* Ne vero ſi ſemel atque iterum dederimus, exiſtimemus nos totum beneficentiæ munus expleſſe: Per omnem enim vitam hoc agendum: neque enim ſatis eſt, ſemel cum laude rem gerere, ſed perpetuo. Etenim qui in ſtadio poſtquam decem dolichos cucurrit, ſi poſt deficiat, totam laudem perdidit. Et nos ſi ſemel aggreſſi bona opera, poſtea defecerimus, totum amiſimus, totum perdidimus. *Homil* 1. *ad Philippenſes.*

*Abſurdum fuerit*, aliquos in certaminibus olympiacis quotidie à medio noctis vſq; ad meridiem perdurare, expectantes vt videant, cui ceſſura ſit corona, nudoque capite excipere ſolis radios, nec prius abſcedere, quam de certamine fuerit pronunciatum. Nos vero nunc quum certamen ſit non de tali corona, ſed de corona immortali, defatigari ac tædio affici. *Contra Iudaos orat.* 2.

*Socratis.* Vt ſtatua baſi, Ita vir bonus inſtituto innixus, ab honeſto nullatenus decedere debet. *Apud Stobaeum ſermon.* 1. *De prudentia.*

*Laurentij Iuſtiniani patriarchæ.* Quemadmodum arcus ex ſtudio diſtenditur, vt ſuo tempore cum vtilitate tendatur: qui ſi ocium relaxationis non accipit, feriendi virtutem ipſo vſu tenſionis perdit: Sic in exercitatione ſpirituali: quum aliquando feruor & virtus per diſcretionem temperatur, ſeruatur: vt tantum poſt vitia valenter feriat, ignauiamque excutiat, quantum ab exercitatione interitus prudenter ceſſat. *Libro de ligno vitæ, cap.* 4.

Sicut oculis corporalibus neceſſaria eſt lux, vt ſuo perfruantur fine: Ita & omnibus prædeſtinatis ac vocatis ad regnum cœlorum neceſſaria eſt perſeuerantia. Et ſicut abſque luce fruſtra aperitur oculus: Eodem modo inaniter currit, qui vſque ad finem vitæ non perſeuerat. *In ligno vitæ, c.* 1. *De perſeuerantia.*

*Viatorum* hæc eſt conſuetudo & commendabile propoſitum, ab incepto non deſiſtere, donec ad terminum, quo pergunt, perueniāt. Hoc agunt ſtrenui bellatores, quod non prius diſcedunt de loco certaminis, niſi adepta iam victoria. Sic in omni re atque negocio perſeuerandum ad finem vſque: Hoc fit in agricultura, hoc in ædificiis conſtruendis, hoc in ſtudio literarum, hoc in moribus componendis, amplius vero in adipiſcendis virtutibus, &c. *in ligno vitæ, cap.* 10.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

### ¶ Exempla Biblica.

Perſeuerantiæ *exempla:* Dauid, 1. *Samuel.* 1. *ver*, 32, *Pſal.* 119. 61. Nehemias cum reducibus à captiuitate, *Nehem.* 4. *v.* 21. & 6. *ver.* 1. 15. & 9. 10. Mardochæus, *Eſth.* 3. *v.* 2. & 5. *v* 9. tres Adoleſcentes, *Dan.* 3. *verſ.* 18. & 6. *v.* 10. Cœcus natus, *Ioan.* 9. *v.* 17. 31. Apoſtoli, *Actor.* 4. *v.* 13. & 5. *v.* 24. Antiochena Eccleſia, 11. *v.* 23. Iudæi, 13. *verſic.* 43. Paulus, 20. 23. *Rom.* 8. 38.

*Vide tit. Conſtantia, Fortitudo.*

# Perſpicacia.

### ¶ Definitio et Etymolog.

Perſpicacia, acumen, euidentia, πολυδιερκεια, ὀξύτης, Perſpicio, quaſi dicat, perfectè aſpicio. Hebr. *Keſem*, à verbo *Kaſam*, diuinauit, bene coniecit, nam perſpicaces homines præ aliis, coniecere rectè atque veluti futura ſtolidis prorſus opera prædicere videntur.

### ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Perſpicacia non eſt idem cum ſcientia, non opinione, nec vna aliqua ex ſingulis ſcientiis: nec de iis quæ ſemper ſunt, & motu carent: nec de iis, quæ quomodolibet fiunt: ſed de quibus dubitaret quiſpiam atque conſuleret. *Ariſtot. Ethic. l. 6. c. 10.*

Perſpicacia circa eadem ac prudentia verſatur: non tamen ſunt eadem, prudentia enim perceptiua eſt: perſpicacia autem iudicatiua. *ibidem.*

Perſpicacia & ſcientia circa agenda verſantur, quæ ſunt particularia, & vltima omnium. *ibid. c. 11.*

### ¶ Adagia

Lynceo perſpicacior.

*Sunt, qui tradunt Lynceum primum reperiſſe fodinas metallorum, æris, argenti & auri. Et hinc vulgo natam fabulam, quod ea quoque videret, quæ ſub terra forent. Ariſtophanes in pluto.* Βλέπειν τ' ἀποδείξω σ' ὀ τοῦ λυγκέως. *Id eſt. Faxo vt videas, vel Lynceo ipſo acutius.*

Serpentis oculus. ὄφεως ὄμμα.

*De his dici conſueuit, qui acribus & intentis intuerentur oculis. Ab animante ſumpta metaphora. Horatius.*

> *Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum*
> *Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?*

Ἐν πλάτει.

Ἐν πλάτει *dictum, accipiendum interpretantur Græci, quū paululum vltra præſcriptum ſignificant eſſe concedendum, præſertim in his, quæ ſunt humanitatis.*

Odorari.

*Translationes quæ ducuntur à corporis ſenſibus, omnes fere prouerbiales ſunt, Velut odorari, pro reſciſcere. Olfacere, pro deprehendere. Subolere, pro ſuſpectum eſſe. Obolere, pro moleſtum eſſe, aut eſſe in ſuſpicione.*

Vel cœco appareat. καὶ τυφλῷ δῆλον.

*De re vehementer perſpicua. Euſebius aduerſus Hieroclem.*

> Ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ φασὶ, δῆλον.
> *Quin etiam vel cæco perſpicuum aiunt eſſe.*

Et puero perſpicuum eſt. καὶ παιδὶ δῆλον.

*De re ſupra modum perſpicua confeſſaque.* Ein Kind ſolte es mercken. Ein Kind kan es verſtehen.

Notum lippis ac tonſoribus. *Plato.*

*Quæ iam in ora vulgi abierunt, omnibus tonſoribus ac lippis nota dicuntur. Horatius.*

*Opinor.*

*Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.*

Tanquam in ſpeculo. Tanquam in tabula. καθάπερ ἐν κατόπτρῳ, καὶ ὥσπερ ἐν γραφῇ.

*De re vehementer euidente perſpicuaque. Terentius: Denique inſpicere tanquam in ſpeculum vitas omnino iubeo.*

Rudius ac planius.

*Suidas admonet ſubeſſe prouerbium quod hunc ad modum feratur,* σαφέστερον μοι καὶ ἀμαθέστερον φράσον. *Id eſt: Apertius mihi loquere atque indoctius. Sumptum à quibusdam ænigmatum inuolucris.*

Electro lucidior. Ἠλέκτρου διαφεγγέστερος.

*De re magnopere dilucida Lucianus.*

Veluti è ſpecula. ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς.

*Dum quis rem velut oculis ſubiectam, totam vndique contemplatur.*

Archimedes non poſſet melius deſcribere. *Cic.*

*Archimedes Syracuſanus Geometra fuit celeberrimus, nuſquam non intentus figuris Geometricis, adeo vt pingens ſit interfectus. Dicitur de re plana & explicata.*

Mens videt, mens audit. νοῦς ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει.

*Locus erit adagio, vbi iubemus quempiam attentum eſſe ...*
*admodum dicimus.*

Candidus ſermo. λευκὸς λόγος.

*Græce dicitur oratio dilucida, perſpicuaque, à colore qui ...*
*ros plurimum habet lucis. Vnde λευκότερον εἰπεῖν dicuntur, qui ...*
*efferunt, quam ſentiunt.*

# Perſona.

### ¶ Definitio et Etymol

Perſona, Græca πρόσωπον, ου, τὸ, Hebr. *Nepheſch*, & tunc ...
pro corpore in quo eſt anima rationalis, à verbo *Nip...*
animatus eſt reſpirando, reſpirauit, recreatus eſt, animo ...
eſt, vt cum attrahitur ſpiritus placide, & vegetatur anima ...
nechdochen, anima pro toto homine ſumitur, & Gallice ...
*vne ame*, pro perſona quæ anima & corpore conſtat. Eſt autem ...
ſona ſecundum Theo. Naturæ rationalis indiuidua ſubſtantia ...

Perſona proprie dicitur facies conficta, à perſonando in ...
dicta. *ſecundum B Thom.* Longat autem penultimam, ...
propter vocabuli formam. Hinc perſonati dicuntur, qui ...
perſonis tecti ſunt. Et per metaphoram perſona vſurpatur ...
litate, qua alius ab alio differimus, tum in animo, tum in ...
tum in extra poſitis, quæ à rhetoribus numerantur, ...
perſonæ. Animi, vt quo ſtudio ſeſe exerceat, literarum ...
diſciplinæ: & iracundusne ſit, an mitis: luxurioſus, an ...
Corporis, adoleſcensne ſit, an ætate adultus, pulcher, an ...
robuſtus, an debilis. Extrapoſitorum, vt opulentus, an ...
rus, an obſcurus: prolem habens, an orbus. Hinc perſona ...
militis, patris, ſerui domini, præceptoris, &c. A perſona ...
& imperſonale, & perſonaliter & imperſonaliter. Et perſonalis ...
quam iuriſconſulti vocant, quæ in perſonam fit: ...
vel in bona.

### ¶ Loci Biblici.

Perſona pro externa hominum ſpecie, ac denique ...
tu, *Matth.* 22, *v*, 16, *Marc.* 12, *v.* 14, *Luc.* 9, *v.* 53, & 20, *v*, 21 ...
γῆς, Latinis ſuperficies. *Luc.* 21. 53.

Perſonæ in Deo plures, *Gen.* 1, v, 26, & 3, v, 23, & 11, ...
29, *Marc.* 3, v, 16, 17, *Luc.* 3, v, 22, Perſonarum acceptio ...
perſonam reſpicit, *Leu.* 19, v, 15, *Deut.* 1, v, 17, & 16, v, 19 ...
7, 2, *Paral.* 19, 7, *Iob.* 34, v, 19, *Prou.* 18, v, 5, & 24, v, 23, & 28, ...
6, v, 8, *Eccl.* 35, v, 15, 16, *Eſa.* 11, v, 3, *Malach.* 2, v, 9, *Matth.* ...
12, v, 14, *Luc.* 20, v, 21, *Act.* 10, v, 34, *Rom.* 2, v, 11, *Gal.* 2, v, 6 ...
3, v, 25, 1, *Pet.* 1, v, 17, *Iac.* 2, v, 1, 9.

### ¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum ſi qui athletas deligit, ...
unco, ſiue ſimos, ſiue nigros, ſiue candidos eligat ...
bationem, ſed illud vnum ſpectandum eſt, vt validi ...
Ita qui aſcribendus eſt in nouum Teſtamentum, ...
hæc omnia corporalia, ſi abſint, quemadmodum ...
ſint. *In 5. ad Galatas.*

*In milite* deligendo exteriora, hoc eſt, corporis ...
nam carnis habitudinem, ſed & libertatem contemplantur ...
rex nihil tale requirit, ſed & ſeruos in ſuum exercitum ...
& iuuenes, tantum vt promptitudinem habeant ...
21. *ad Antiochenos.*

*Cypriani.* Si dies omnibus æqualiter naſcitur, ſi ſol ...
æquali & pari luce diffunditur: quanto magis Chriſtus ...
rus in Eccleſia ſua, lumen vitæ æternæ pari æqualitate ...
ius æqualitatis ſacramentum videmus in Exodo eſſe ...
cum de cœlo manna deflueret, & futurorum præfigura...
mentorum panis cœleſtis, cibum Chriſti venientis oſtenderet ...
enim ſine diſcrimine ſexus vel ætatis gomor à ſingulis ...
colligebatur. Vnde apparebat, Chriſti indulgentiam & ...
gratiam poſtmodum ſecuturam æqualiter omnibus ...
xus varietate, ſine annorum diſcrimine, ſine acceptione ...
per omnem Dei populum ſpiritualis gratiam muneris ...
ne eadem gratia ſpiritualis, quæ æqualiter in baptiſmo ...
bus ſumitur, in conuerſatione atque actu noſtro poſtmodum ...
minuitur vel augetur: vt in Euangelio ſemen æqualiter ...
ſed pro varietate terræ aliud abſumitur, aliud in multi...
piam, vel triceſimi, vel quadrageſimi, vel centeſimi ...
exuberante cumulatur, *Lib. 6. Epiſt. 7.*

*Laurentij Iuſtiniani patriarchæ.* Patrisfamilias hoc ...
proprium, vt alia ſeruo, alia vero imperet filio. Seruo quidem ...
imponit ac aſpera, filio autem ſuauia impertitur ac blanda ...
imperio dominatur ſeruo: ſed filio cum charitate loquitur ...
uo denique pro mercede quotidiana, neceſſaria corpori ...
ſtipendia: filium vero omnino bonorum ſuorum facit ...
Sane quicquid ... operis, quicquid laboris aut præmii ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

à patre gratis filio prærogatur. Hæc quæ dicta ſunt, agũt memorabilibus, atq; carnales domini carnalibus ſeruis ac fi- autem ſic Dominus vniuerſorum, ac pater cœleſtis, apud nullus plane perſonarum reſpectus, nulla generis vel di- ratiata conditio. Sed in illo ſunt omnes creati, ab ipſo gu- atque directi, quos quidem vult (quantum in eo eſt) ſaluos ad veritatis cognitionem venire. Hic ſolem ſuum oriri bonos ac malos, iuſtos ac iniuſtos. Neminem gratiæ ſuæ addit, nullum reiicit credentem in ſe, &c. *De obedientia*,

*Vide Acceptio perſonarum*

# Perſuaſio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ſuaſio, Græce πειθώ, όος, ἡ, & πείθω, perſuadeo dicitur. Eſtque inter ſuadeo, & perſuadeo differentia, quod ſuadere eſt, ac- blandis & ſuauibus verbis aliquem in opinionem noſtram in- conari, hoc eſt, hortari aliquem ad id quod intendimus. Cu- trarium eſt diſſuadeo. Perſuadere vero eſt ſuadendo, aut diſ- aliquid, hominem in opinionem noſtram deducere. A ſuaſio, ſuaſor, & ſuadela, ſuadibile, quod ſuaderi facile po- rius adiectiuum: Vnde pars deliberatiua à rhetoribus ſua- tur, & ſuaſorium munus, hoc eſt, officium ſuadendi. Ita à perſuaſor, perſuaſio, perſuadibile, perſuadere vero perfi-

ſio Heb. *Pethaiuth*, à verbo *Pathah*, & in 2. coniug. *Pittah*, illexit, induxit ſuadendo ad credendum aliquid. Hinc πει- Hebr. etiam *Phattah*, hominem fatuum, imperitum, qui pitur, & cui ſubito poſſumus perſuadere quidquid libet. fatuus & Gall. *fat*.

¶ DIVISIO.

ſuaſoriæ artis duo genera publice & priuatim. Et priuata alia tis, alia muneribus: vt amatoria venatio munera etiam Quæ vero mercede fit: alia per gratiam conſeruatur, ei om per voluptatem ineſcationem facit, & mercedem ſibi ipſi per alimentum ſolum exigit, quæ delectandi dicitur ars, virtutis gratia conuerſationes habere profitetur, mercedem pecunias, quæ ſophiſtica appellatur. *Plato in Sophiſta.*
ſionis duæ ſunt ſpecies: Vna quæ fidem facit abſque ſcien- quæ fidem facit ex ſcientia. *Plato in Gorgia.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ

ſuaſio proprie eſt in animo, neceſſitas in mente. *Plat. En. 5. l. 3.*

ſuaſio in re bellica magnam vim habet. *Franc. Patrit. de Re-* *l. 2.*

ſuadere qui vult, ſcire oportet contraria, non quia ea facia- ne lateant. *Ariſt. 1. Rhet.*

ſuaſio ſufficere debet in Ethica & Rhetorica. *Albert. Mag. in* *phyſ. cap. 11.*

ſuademus docendo, monendo, & conciliando. *Dan. Barba.* *in præom.*

ſuadere eſt opinari facere. *Idem in Thæed.*

ſuaſoriam artem decernimus cauſidicorum, concionatorum, eloquentium. *Idem in Sophiſta.*

¶ APOPHTHEGMATA.

dicebat, ſuperbiam ſtudioſorum eſſe profectus obſtaculum. lis enim eſt, qui inani perſuaſione eruditionis deluſus mauult videri quam eſſe. *Laert. l. 4. c. 7.*

*Crates* apprehenſo Zenonis pallio, eum à Stilpone retrahe- retur: Commodiſſime, inquit, ô Crates philoſophum auribus nam ſi per vim egeris, corpus erit apud te, animus apud Stil- *Laert. l. 7. c. 1.*

*rates.* Qui per vim, inquit, coacti ſunt, libertate ceu magna re odio proſequuntur illos qui coegerunt: qui veró ſuadela in- unt, ceu cum gratia inuitati amant. *Xenophon. l. 1. comment.*

¶ SIMILIA.

*Clementis.* Nihil grauius, quam ſi id quod ignorat quis ſcire ſe , & defendat verum eſſe quod falſum eſt: quod tale eſt, quale ſi ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem cuncta vt ebrius, ſo- ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ita ſunt ergo & qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ , & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem, quaſi ad ſalu- feſtinant. *Lib. 5. Recognitionum.*

*Roterodami.* Vt Camelopardalis ſiue Nabis, collo refert equum, bus & cruribus bouem, capite camelum, maculis tigrim aut dum: Ita quidam inæquales ſibi, varias hominum formas expri- : ſi cultum inſpicias, ſanctum aliquem exiſtimes: ſi orationem audias, ſatrapam loqui putes: ſi vitam expendas, nebulonem inue- nies: ſi ſcripta, bubulcum. *in Simil.*

*Sicuti* quo directius nos fert Sol radiis ſuis, hoc minor eſt vmbra noſtri: quo obliquius, hoc magis increſcit vmbra corporis: ita quanto plus quisque aſſecutus eſt veræ ſapientiæ, hoc minus magnifice de ſe ſentit: quo longius abeſt ab ea, hoc ſe magis dilatat ſtultiſſima perſuaſione ſapientiæ. *Eraſm.*

# Pertinacia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

PErtinacia, Græce αὐθάδεια, ας, ἡ, & αὐθάδης, εος, ὁ, ἡ, pertinax dicitur. Hebr. *Hazkanim*, hominem obfirmato vultu, impudentem, mali propoſiti tenacem, appellant.

Eſt autem pertinax, qui tenet imprudenter propoſitum ſuum, quaſi omnino tenax. *ſec. Iſidor. lib. Etymol. & B. Thom. ſec. Secunda, q. 138. art. 2.*

Pertinax venit à tenax, quod modo ſignificat id quod retinet, vt glutinum tenax: modo parcum, auarum. Apuleius, *Homo diues, ſed nimium tenax.* Modo conſtantem, & perſeuerantem. Horat. *Iuſtum & tenacem propoſiti virum.* Ab hoc fit tenacior, tenaciſſimus, tenaciter, tenaciſſime, tenacitas, ſiue tenacia, quod duritiam, obſtinationem animi, & perſeuerantiam ſignificat.

Peruicax idem quod pertinax, qui in ſuo propoſito ad victoriam perſeuerat. *ſec. B. Thom. ſec. Secundæ q. 138. art 2.*

Pertinacia eſt nimia viciſſitudinis contentio, quum opere, vel ſermone magis quam par eſt pertinaciter concertamus, *Franciſc. patric. de reg l. 7. c. 14.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Sunt quidam quos pertinaces vocant, quales ſunt ii qui deſiſtunt ægre à ſententia, nec diſſuaderi facile poſſunt. Hi ſimile quiddam habent continenti: vt prodigus liberali, & audax forti: cum ab eo abſint plurimum. *Ariſt. l. 7. Ethic. c. 9.*

Pertinaces ſunt ſententiæ ſuæ defenſores, & indocti, & agreſtes: ac ſententiæ ſuæ defenſores, in eo vel voluptatem ſequuntur, vel dolorem. Voluptatem enim ex victoria percipiunt, ſi non dimouantur de ſententia: & ferunt iniquo animo, ſi qua quaſi decreta tollantur, & infirmentur. *ibid.*

Pertinacia qui errant, non ſunt facile curabiles. *B. Thom. 11. Metaph. l. 6. tex. 1.*

Plerumque accidit, vt multi ea quæ ſunt impoſſibilia propter ſpes apparentes, concupiſcentia rationem ſingulorum ſuperante, appetant: & vbi res ipſas opere aggreſſi ſunt, nullo pacto à propoſito declinare ſuſtineant, eo quod mente ſint obtenebrata & ſeducta, propter conatuum impoſſibilitatem & moleſtiam eorum quæ occurrunt. *Polyb. l. 16.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Annibal.* Cum Marcellus aliquot diebus continenter cum Annibale conflixiſſet vario Marte, dixit Annibal, ſibi rem eſſe cum hoſte, qui nec victus, nec victor noſſet quieſcere. *Plut.*

*Euſebius Philoſoph.* Plurimi, inquit, cum velint haberi quam conſultiſſimi, ſi qua in re familiares & beneuoli ipſi homines eos dehortentur, nolunt à confirmato ſemel intra ſe propoſito recedere: ſed ne redarguantur à conſilio ſuo tanquam prauo deſiſtere, permanent in propoſito, donec tandem inde profecta incommoda ſentiant. *Stob. ſerm. 23.*

Pertinacia licet in mediam partem plerunq; ſumatur, huc tamen quædam referre licet, quæ ſunt ſub apophthegmata. *de Conſtantia, & Perſeuerantia.*

*Vide Obſtinatio.*

# Perturbatio

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PErturbatio, Græce ταραχή, ῆς, ἡ, & ταράττω, perturbo dicitur; Hebr. *Nohhkereth*, à verbo *Hhacar*, turbauit confundendo, perturbauit ordinem & diſpoſitionem. Inde Græc. κεράω, miſceo, confundo.

Eſt autem perturbatio, auerſa ratione contra naturam animi commotio. *ſecundum Ciceronem libr. 4. Tuſculanorum quæſtionum.*

Perturbatio eſt mutatio ordinis, & æqualitatis in ratione, & immoderata paſſione inferiorum potentiarum: quæ non fuit in Chriſto, nec in aliquo ſapiente. *ſecundum B. Thom. 3. ſent. diſtin. 15. quæſt. 2. artic. 2.*

### ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Perturbationes appello, vt cupiditatem, vt iram, vt excandeſcentiam, timorem, audaciam, vt inuidiam, gaudium, amicitiam vel odium, deſiderium, æmulationem, miſericordiam, & omnino ea omnia, quæ vel voluptas conſequitur, vel dolor. *Ariſtot. libro 2. Ethicor. cap.5.*

Perturbationes quidem nec virtutes ſunt, nec vitia: propterea quod ex perturbationibus nec probi, nec improbi nominamur: ex virtutibus & vitiis nominamur: quodque perturbationes nobis nec laudi dantur, nec vitio. *ibid.*

Difficile factu eſt hanc perturbationem euellere omnino quæ penitus in vita implicata inſidet. *Lib.2. Ethic.c.3.*

Videntur omnes animi perturbationes cum corpore cohærere: vt ira, vt clementia, vt metus, vt miſericordia, vt audacia; præterea gaudium, amor, & tædium. *Lib.1. de animo, c.1. T.14.*

Perturbationes rationes ſunt, & formæ cum materia coniunctæ. *ibid.*

Dicemus animi perturbationes eſſe, quæ à materia animalium, quam natura dederit, abeſſe non poſſint. *ibid. T.18.*

In perturbationibus iiſque rebus omnibus, quæ in perturbationibus verſantur, mediocritates reperiuntur. *Lib.2. Ethicor.c.7.*

Quidam quia nihil ſe neque rationem conſuluerunt, à perturbatione rapiuntur. Nonnulli enim, quemadmodum qui ſe prius ad titillationem confirmarunt, non titillantur: ſic cum ſenſerint & prouiderint, excitarintque ſe & rationem: nunquam à perturbatione vincuntur, ſiue ſenſuum ſuauitate quadam demulceat, ſiue aſperitate quadam deterreat. *Ethic.l.7.c.7.*

Non omni ætati, ſed pueritiæ conuenit perturbatio. *Lib.4. Ethic. cap.9.*

Non omni actioni & perturbationi modus adhiberi & apponi poteſt. Sunt enim quædam, quæ ſtatim nomine ſuo vitioſa declarari videntur: vt maleuolentia, vt imprudentia, vt inuidia: & in factis, vt adulterium, furtum, cædes. *Ethic. l.2.c.6.*

Omnis perturbatio amplificata è ſtatu ſuo naturam dimouet. *Topicor.l.6.c.3.31.*

Ei potius ignoſcendum eſt, qui perturbationes ſequitur naturales, *Ethic.l.7.c.6.*

Omnia plerunq; quæ abſunt, vehementius hominum mentes perturbant. *Cæſ. lib.7. de bello Gall.*

### ¶ Similitudo.

*Baſilij.* Vt in ſpeculo non repurgato, imaginum ſpecies videri non poſſunt, ſic animus perturbationibus, quæ carnis ſenſu ſuggeruntur, obtenebratus, Spiritus ſancti illuſtrationem recipere non poteſt. *Apud Antonium in Meliſſa part.2. ſerm.77.*

*Vide tit. de Affectibus.*

---

# Peſtis,

### ¶ Definitio et Etymologia.

Peſtis, λοιμὸς, ȣ̃, ὁ. Heb. *Deber*, *Pſal.91.6. Oſe.13.14.* à verbo *Dabar*, quod in 3. coniugatione habet *Hidebbir*, Subuertit, *Pſalm* 18.48. & *Pſal.*47.4. Peſtis certe ſubuertit omnia. Eſt venenoſus quidam vapor in aere concretus, vitali inimicus ſpiritui: non quod propter elementarem aliquam qualitatem ſibi contrarietur, ſed ſpecifica quadam proprietate, non tamen vt ſecundum formam ſit venenū, nam omnes interficeret: ſed vt quæ facile in veneni naturam transeat. *Ficin. in Epidem antidoto, c.1.*

### ¶ Loci Biblici.

Peſtilentia ob Dei contemptum immittitur, *Leuit.*26. *Verſ.*25. *Deut.*28.21. peſtilentia in Iſraele ob Dauidis facinus ſæuit, 2. *Sam.*24. 15. 1. *Paral.*21.14.

### ¶ Sententiæ Philosophicæ

Peſtis tempore fuge cito, procul, tarde reuertaris. *Fici. Epidemiarum antido. cap.1.*

Peſtis vapor venenoſus corpori humano ſolum applicatur, in quo apti ad febres extant humores, vt quid ad putredinem & inflammationem ſunt diſpoſiti, nam ſi vitalis ſpiritus eo eſt potentior, expellit procul à ſe, ſi debilior fugit eundem, ſuum veluti contrariū opus, ideo eſt ex vſu aerem, humores & cor corrigere, purgare, & roborare. *Ficin. in Epidemiar. antidot. cap.1.*

Peſtis vapor cum veneni iam ſuſcipit naturam, calcis vel arſenici qualitatem recipit, cuius effectus eſt putrefacere, rodere ardere intus, & extra, quibus affectibus potiſſimum interius omni qua poſſumus induſtria reſiſtendum eſt. *idem, ibid.*

Peſtis vapor accenditur, vbi maior eſt naturæ ſimilitudo, & in corpore recrementis pleno, cum fœtidis intus & extra vaporibus, & in cibis humoribusque ſuperfluis, ad inflammationemque, & putredinem aptis, & vbi calida eſt materia & humida, vel [illegible] bilitatum: & in corpore paſſionibus animæ defatigato, & [illegible] dum calido & quod balneis aſſuetum eſt, cuius poriſ[illegible] tentes, ſeu multum oppilati. *Ficin. in Epid. antidot. c.3.*

Peſtis vapor omnem maculare poteſt humorem, ſed [illegible] ſanguinem, ſecundo choleram, tertio phlegma, quarto [illegible] liam: ideo prius ſanguinei huic periculo ſubiiciuntur [illegible] rici, poſtea phlegmatici, poſtmodum melancholici: qui [illegible] gidus & ſiccus ad inflammationem & putredinem in[illegible] ſtrictos habet meatus. *idem, ibid.*

Peſtis vapor creatur in aere, vniuerſalioris peſtis tempore [illegible] liginis quibuſdam conſtellationibus, præſertim ex Martis [illegible] turno in ſignis humanis coniunctione, ex luminarium [illegible] in his locis graſſatur quæ aſcendentem ſuum ob prædi[illegible] aſpectus infortunatum habent. In particularibus peſtilen[illegible] ventis, & malignis lacunarum, & cloacarum vaporibus, [illegible] ex terræ motibus. Sed ſemper in aere craſſo & paludoſo, [illegible] fœtido regnat: & cum ad aerem ſubtilem extenditur [illegible] locius interimit. At citius, & frequentius in fœtido, craſſo, [illegible] humido aere regnat. *Ficin. in Epidem. antidot. cap.1.*

Peſtis quæ hominibus eſt venenum, non ideo eſt aliis [illegible] bus mortis cauſa propter cœleſtium ſignorum ac anim[illegible] cierum diuerſitatem. *idem, ibid.*

Peſtis ſigna ſunt nonnulla, id eſt febris continua abſque [illegible] & manifeſta declinatione, cum magna anhelitus & pectoris [illegible] ſtia, cum repentina pulſus debilitate, cum vniuerſi corporis [illegible] mine, præcipue capitis phreneſi, anxietatibus, ardore [illegible] maculis pluribus in locis cum vrina turbida craſſa, [illegible] torum, quæ tamen ſigna interdum fallunt. *Ficin. in Epidem. [illegible] cap.4.*

Peſtis tempore pueri vermium infirmitate laborantes [illegible] tia dici poſſunt infecti, quia eſt materia ad peſtem diſpoſita [illegible] *ibidem.*

Peſtis tempore omnis infirmitas in peſtilentiam facile [illegible] poteſt, præſertim febres furioſæ & continuæ: Vnde [illegible] præter peſtem apparet, quod ſi aliæ apparent, peſtis ceſſat [illegible] *Epidem. antid. c.4.*

Peſtis vapor cum multo tempore in aere durat, aquas [illegible] fructus inficit. Ideo tutius eſt aquam coquere, vel ferro [illegible] conficere, & cum ea vinum lymphare, quia fumoſum [illegible] uenit his temporibus purum. *Ficin. in Epid. antid. c.4.*

Peſte laborantes omnes in principio aliquantulum [illegible] tendere videntur, quia natura in principio omnes in mo[illegible] ligit vires. *idem, ibid.*

Peſtis tempore abſtinendum eſt à rebus inflammati[illegible] tiuis nimis, quia facilius ad venenum ſuſcipiendum diſpo[illegible] cientibus oppilationem, & putrefactionem. *Ficin. in Epidem. [illegible] cap.5.*

Peſtis tempore vitanda ſunt quæ extra nos facile corrumpuntur [illegible] vt piſces, lac, fructus omnes, vtendum acetoſis, acribus, & [illegible] *idem, ibid.*

Peſtis tempore vtile eſt niſi calor offendat, primo cibo [illegible] cus, rutam & nuces cum ſale, & poſt cibum ſemina [illegible] rati, in cibo ſumere ſandalorum rubeorum vnciam dimidiam, cin[illegible] namomi electi drachmas tres, & dimidiam, croci drachmam dimi[illegible] diam, & his puluere omnibus ſuperſperſo cibariis [illegible] ſuperfluitatibus, ignem mane adeas, odoribus domum [illegible] & veſtimenta, & odora theriacam, citrum, & Zedoariam. *Ficin. in E[illegible] pidem. antid. c.5.*

Peſtis tempore cauendum eſt à rebus nimium ſanguinem gene[illegible] rantibus, aut aquoſum, groſſum, turbidum, & à quacunque ſto[illegible] macho nocente. *Ficin. in Epid. antid. c.5.*

Peſtis tempore ab hominum turba te ſemoueto, præſer[illegible] tim exiſtens ieiunus, & aerem nimis calidum declinato. *idem, ibi[illegible] dem.*

Peſtis tempore ablue ſæpe os & manus aceto, & aliquando [illegible] potente, & vtere odoribus frigidis cum calidis temperatis, [illegible] gidi prædominentur, & ſuper hæc omnia æquali parte permiſta [illegible] cetum roſaceum album, aquam roſarum cum vino albo [illegible] cum modico Zedoariæ, vel croci: & citri, & de hac ſæpius [illegible] be, & manus & faciem ea lauato. *Ficin. in Epidemiarum antidot. cap.5.*

Peſtis tempore Doctores nonnulli dant ieiuno ſtomacho vrinam pueri recens emiſſam: & lixiuium detur pro remedio ruſticis accommodato. *idem, ibid.*

Peſtis tempore theriaca vtiliſſima eſt: accipiatur bis in hebdomada poſt cibum horis nouem, & ante horis ſex, vel ſeptem: [illegible] drachmam vnam, aliis dimidiam vel vnum ſcrupulum: calido tempore poſt ſumptam theriacam bibant qui calidæ ſunt temperaturæ tertiam partem Scyphi aquæ roſarum cum modico aceto [illegible] alterius complexionis, & alio tempore cum vino albo permixto cum aqua Scabioſæ & meliſſæ: & loco theriacæ ſumi poteſt mithri[illegible] datum. Aliis diebus ſume pilulas contra morbum, & ait Auicenna & Auerroes, qui vtitur aloe, mirrha & croco, nunquam periclita[illegible] tur peſte. *Ficin. in Epidem. antid. c.6.*

Peſtis

...tempore, ſanguineis extrahendus eſt ſanguis ex baſilica ...non excedendo pondus libræ. *Mar. Ficin. in Epidem antido*...

...tempore ciuitatum gubernatores ſuffumigationes ex iuni... therebintina, & thure manè & ſerò ante poſtas qua... domorum & ædium faciant, ſtatim enim ex eo loco peſtis ...tur. *Ficin. in Epidem. antidot. cap. 6.*

...vel eſt in ipſo ſanguine vel in humoribus ſanguini permix... extrahendus eſt ſanguis omnibus ab annis quatuordecim ...ſexaginta. *Idem, ibid. cap.* 8.

...laborans cito euacuandus, frequenter recreandus: & refri... deſiccatiua, & cordis confortatiua quæ veneno reſiſtant ...*ibid. cap.* 11.

...magis curat bolus armenus quam terra ſigillata, cum in ...contrarium fiat. *Ficin. in Epidem. antidot. cap.* 11.

...laborantem opus eſt ſingulis ſex horis ex omnibus pannis ...aliqui inficiuntur. *Idem ibid. cap.* 10.

...apoſtemata duo ſunt, vnum appellatur anthrax & carbun... bubo & glandula. *ibid. cap.* 13.

...ſemel liberatus non eſt liber, vt iterum non inficiatur hoc ...*ibid. c.* 24.

...venenum permanet in perſonis per bimeſtre, parietes. ferra... per annum, veſtes per tres annos & vltra niſi fumigentur & ...& ad ſolem ponantur & ventum. *Ficin. in Epidem. antid.*

...laborantem qui curat, quanto propinquior tum cognatio... complexione, naturæque & conſtellationis ſymboleitate, tanto ...contagionis ſubiacet periculo. *Idem ibid.*

...venenum intrat per omnes corporis poros; maxime per ...magis aperti ſunt. *ibid.*

...tempore iucunde viuendum, quia lætitia confortat vita... continenter, & ſobrie viuas. *ibid.*

...venturæ ſigna ſunt, cum aer extra naturalem ſuam diſpo... eſſe videtur, declinando ad calidum & humidum, cum ne... nubes denſæ, puluerulentus, venti groſſi & tepidi, aquæ & ...mant & olent, & piſces ſint mali ſaporis & odoris, cum multa ...apparent animalia, & fungi & putridæ herbæ, terræ ...& animalia inſipida ſunt, & parum conſeruantur, vina effi... turbida, multa & terreſtria, & aer in animalia ab eo loci re... inſolidæ oriantur febres, latentes, furioſæ, continuæ, falla... pectoris anxietate, cum pulſus proſternatione phreneſis, ...turbulentia, palati & inteſtinorum excoriationes, oculo... vermes, multæ fœminarum conturbationes, iræ, ra... dira bella, monſtra naturæ inuiſa, & rara. *Ficin. in Epidem.* ...*c.* 25.

...tempore purificantur communiter homines ſpatio qua... dierum, domus & lignamenta in viginti vno, veſtes & ...ſpatio dierum viginti octo, ſi recte purificentur. *Ficin. in Epi*... *antid. c.* 25.

...tempore fuge hominum conuerſationem, maxime cum es ...ſis ſemper à ſocio remotus in aere aperto ad minus per ſpa... cubitu & ab infecto per ſex cubitos: & caue ne ventus ab eo ...& inter te & ipſum ſint Sol, ignes, odores. *Idem ibid.*

De peſte latiſſime ſæuiente. Dial. xcii.

*Franciſci Petrarchæ,*

Metvs.

...latiſſime ſæuientem horreo. R. Et hic quoq; nil amplius ...mortis eſt metus, quo depoſito plena ſecuritas parta erit, cum ...magnis animis non depoſitus modo, ſed ne admiſſus qui... deceat. Nam quid minus viri eſt, quam horrere commu... peſtem timeo. R. At quid aliud tibi ſi morieris ad viſitatum ge... moriendi peſtis addiderit, quam vt comitatior moriare, ſin eua... dulcior vita ſit, tot circumfuſis erepta periculis, ſi mori peri... non natura eſt, neque enim omnes peſtis perimit. Alioqui, ...peſte notiſſima cui par à ſæculis non fuit, nullus hominum ...ſet. Euaſerunt multi, qui melius obiiſſent, hinc vt vides ſeces... nunc etiam mundus exuberat, quam nulla vnquam peſtis, ...mortis manus exhauriet, tam concreta eſt. M. Peſtem metuo. ...(quod eſt verius) mori times, de quo nobis, vt te video in que... ponum, ante quam res deſinat diſceptandum reor, præter hoc ...quid eſt quod peſtis nomen exhorreas, cum potius (vt eſt di... ſolatii genus ſit perire cum plurimis? M. Peſtem horreo. R. Si ...te humani generis charitas quædam trahit, eſt quod lau... Nihil eſt magis hominis quam humana incommoda miſerari, ...tantum, eſt quod arguam. Nam quid peſtis nocitura mortali, ...facias, quod facturus es, niſi illud inter damna connumeres ...lugeri, quod in talibus accidit, & feliciores cenſes, qui multum ...ad ſuperos apud Vergilium memorantur?

## ❡ Similitvdo.

*...Artaxerxis regis*, Morbus, qui nomine appellatur peſtis, noſtrum ...exercitum: & cum plura ſæpius feciſſemus, remedium nul... hactenus eſt datum. Quare & omnino rogamus, vt aliquod adiumentum nobis quamprimum tranſmittas, ſiue ex his quæ natura habentur, ſiue arte proueniunt, ſiue cuiuſuis hominis peritia, quo morbus hic curari queat. Tranſmittas igitur quamprimum potes, atque quantum potes hunc morbum coercere, qua in re nec impenſæ, nec muneribus parcas. Nam per totum longe ſerpit, craſſum quendam ac grauem ſpiritum. Et cum hoſtem, feram beſtiam habeamus, non pugnando expugnamur. Quippe pecora interimit, & plurimos ita inficit, vt nulla cura ſanari poſſint atque tela in diem acerbiora iaculando immittit. *In epiſt. ad Hippoc. med. fol.* 66.

*Vide Morbus, & Medicus.*

# Petitio.

## ❡ Biblici Loci.

Petitiones, ſiue poſtulationes noſtræ ad Deum, & eius voluntate verbo ſuo patefacta, concipi debent, 1. *Ioan.* 5. *v.* 14. Petitiones & orationes fidelium non vanæ, 1. *Sam.* 7. *v.* 8. 1. *Reg.* 17. 1. 2. *Reg.* 1. 10. & 4. *v.* 32. 33. 35. & 19. v. 4. 20. *Iob.* 42. 8. *Pſal.* 3. 5. & 4. *v.* 2. 4. & 10. 17. & 22. 25. & 30. 3 & 31. 30. & 34. *v.* 5. 18. & 38. 16. & 40. 2. & 55, 17. & 69. 34. & 77. v. 2. 3. & 79. 8. & 80. & 86. *v.* 9. & 91. 15. & 99 6. & 102. *v.* 18. & 118. 5. & 120. 1. & 138. 3. & 141. 1. & 145. 29. *Prouerb.* 15. 29. *Eſa.* 30. 19. & 37. *v.* 2 21. & 38. 5. & 49. 8. & 58. 9. & 65. 24. *Ierem.* 29. 12. & 33. 3. *Dan.* 2. 19. *Ioan.* 2. 3. *Zach.* 10. 6 & 12. 1. *Matth.* 7. 8. & 18. 19. & 21 22. *Marc.* 11. 24. *Luc.* 18. 7. *Ioan.* 9. 31. & 14. *v.* 13, 14 & 15, 7. & 16. 23. *Act.* 4. 31. & 7. 34. & 10. 4. & 16. 25, 26. 1. *Pet.* 3. 11. *Iac.* 1. 5. & 5. *v.* 17, 18. 1. *Ioan* 3. 22. & 5. *v.* 14, 15.

*Exempla:* Moſes, *Exodi* 17, v, 11, 12, 13. Samuel, 1, *Sam.* 7. *v.* 8, 9. 10. Elias, 1, *Reg,* 17, 1, 2, *Reg,* 1, *v,* 10, 11, *Eccleſ,* 48, 3, *Iac,* 5, *v* 16, 17. Eliſæus, 4. *v.* 33. Ezechias, 19, *v,* 3, 4. &c. Iob, *Iob* 42, 8. Dauid, *Pſalm.* 3, 5, & 4. *v,* 2. & 10, 17, & 18, 7, & 22, 25, & 30, 3, & 31, 32. & 34, 5. & 40, 2, & 77, & 118. 5, & 120, 1. Iſraelitæ, *Pſalm.* 99, 7. Ionas, *Ion.* 2. 3. Paulus & Silas, *Actor.* 16. *v.* 25. 26.

*Vide Preces, Precatio.*

## ❡ Patrvm Sententiæ.

Quum aliquid aliquando tardius dat Deus, commendat dona, non negat. Deſiderata diu dulcius obtinentur, cito autem data vileſcunt, Pete, quære, inſta: petendo & quærendo creſcas vt capias. Seruat tibi Deus, quod non vult cito dare, vt tu diſcas magna magis deſiderare. *Aug. de Verb. Dom. c.* 1.

Male vſurus eo, quod vult accipere, Deo potius miſerante non accipit: proinde ſi hæc ab illo petuntur, vnde homo læditur exauditus, magis metuendum eſt, ne quod poſſet non dare propitius det iratus. *In Ioan. c.* 14.

Sæpe vox noſtra eo perficitur, quo differtur, & quum ſuperficie tenus petitio negligitur, vota noſtra altius in cogitationum radice ſolidantur: ſic & ſemina meſſium gelu preſſa ſolidantur: & quo ad ſuperficiem tardius exeunt, eo ad frugem multiplicatiora conſurgunt. *Greg. lib. mora.*

Deſideria vtique noſtra dilatione extenduntur, vt proficiant, vt ad hoc quod perceptura ſunt, conualeſcant: excitantur in certamine, vt maioribus cumulentur præmiis. In retributione labor protrahitur pugnæ, vt creſcat corona victoriæ. *ibid.*

Quum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. *In paſt.*

Non impetrat à Deo bonum, quod poſcit, qui eius legi non obedit. Si enim id quod Deus præcipit, facimus, id quod petimus ſine dubio, obtinebimus. *Iſid. lib. 3. de ſum. bon.*

Petentis negligentia deprehenditur, vbi de dantis miſericordia non dubitatur. *Chryſoſt. in Matth.*

Supplicatio eſt, quando deſiderium mentis cum magna deuotione exprimitur. *Hugo.*

Iuſtum eſt, vt iugiter rogetur, qui ſi non petatur, offenditur. *Caſſ. in Pſal.*

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Plaut. Amph.

*Iuſtam rem & facilem eſſe oratam à vobis volo:*
*Nam iuſte à iuſtis iuſtus ſum orator datus.*

Plaut. Pſeud.

*Stulti haud ſcimus fruſtra vt ſimus, cum quod cupienter dari*
*Petimus nobis, quaſi quid in rem ſit poſſimus noſcere.*
*Certa amittimus, dum incerta petimus, atque hoc euenit*
*In labore atque in dolore vt mors obrepat interim.*

Ouid. 1. Pont. 9.

*Ah! nimium eſt, quod amice petis, moderatius opta,*
*Et voti, quæſo, contrahe vela tui.*

Mart. 2.

*Durum eſt, Sexte: negare, cum rogeris,*
*Quanto durius, antequam rogeris?*

Ouid.4.Pont.16.

*Scilicet eiuſdem eſt, quamuis pugnare videtur,*
*Supplicibus facilem, ſontibus eſſe trucem.*
*Et pudet, & metuo, ſemperq; eademq; precari,*
*Ne ſubeant animo tædia iuſta tuo.*
*Verum quid faciam? res immoderata cupido eſt.*
*Da veniam vitio mitis amice meo.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM,

Qui timide rogat, docet negare. *Sen.*

Nil petas quod negaturus fuiſti, nil negabis quod petiturus fuiſti. *Idem.*

Ingenuitatem lædes, cum indignum roges. Negat ſibi ipſe, qui quod difficile eſt, petit. Petenti authoritas datur, quum credit dominum præſtare poſſe quod petitur. *In Prouerb.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Thales,* ſciſcitanti quid eſſet dulciſſimum? Potiri; inquit. Nam ea demum delectant, quæ contingunt expetita. Quæ vltro objiciuntur, non perinde iuuant. *Laert. lib. 1. c. 1.*

*Socrates* dicebat, à diis nihil petendum, niſi bona ſimpliciter, cum vulgus petat bene dotatam vxorem, opes, honores, regnum, longam vitam; quaſi præſcribentes numini quid oporteat facere. At Deus optime nouit, quid nobis bonum ſit, quid non. *Eraſm. libro 3. apoph.*

*Epicurus* dicere ſolebat, Breui temporis ſpatio omnes homines perituros eſſe, ſi hominum preces ſequeretur Deus. Nam ſubinde multa & acerba alii in alios precantur. *Max. ſerm. 14.*

*Epictetus* ad conuiuium, inquit, inuitati præſentibus vtimur. Quod ſi quis iuberet apponere ſibi piſces, aut placentas, abſurdus videretur. At nos in mundo petimus à diis, quæ non dant: cum multa interim ſint quæ exhibuerunt. *Stob. ſerm. 4.*

*Anonymus* poeta quidam cum amicos ſuos videret egentes, & petentes à diis quæ illis minime conducerent, cum tamen vtilia viderentur, pro omnibus ſic ait: Iupiter rex! optima quidem nobis & vouentibus & non vouentibus tribue. Mala autem poſcentibus quoque abeſſe iube. Cuius poetæ piam ſententiam ex Platonis libr. 6. ſub perſona Socratis, Erardus Schomberger, vir in omni ſcientiarum genere doctiſſimus, dum bonas literas in celeberrimo Heydelbergenſium Gymnaſio profiteretur, foribus habitationis ſuæ affixam, ſuis (quos priuatim docebat) diſcipulis ſemper inculcare ſolebat, his verbis deſcriptam:

*Da bona ſiue petare Deus! ſeu nulla petare.*
*Et procul à nobis mala quæque petentibus aufer.*
*Et mala, ſiue petare nega, ſeu nulla petare.*

Leges autem hanc piam & Chriſtianam poetæ ſententiam apud Bruſ. quoque. *lib. 5. c. 24. & Val. Max. lib. 7. c. 2.*

*Ageſilaum* Lacedæmoniorum regem cum quidam vrgeret, improbe poſtulando, vt promiſſum præſtaret: Recte ſane, inquit, ſiquidem iuſtum eſt, quod petis, promiſi: ſin minus, non promiſi, ſed dixi. Quo dicto eluſit flagitatoris improbitatem. Verum cum efflagitandi finem nequaquam faceret, ſed ſubijceret: Atqui decet reges præſtare quicquid vel capite annuerint: Nihilo magis, inquit, quam eos, qui reges adeunt, decet ea petere, loquique, quæ iuſta & honeſta ſunt, ſpectantes ſimul & opportunitatem, & quid regibus conueniat. *Plut.*

*Cambyſes* dicere ſolebat, haud fas eſſe à diis petere victoriam in equeſtri pugna, eos qui equitare non didiciſſent: neq; ſagitta ignaros ſuperare illos ſagittando, qui huiuſmodi peritiam callent: neq; eos qui frumenta non ſerunt, precari triticum pulcherrimum naſci: neque ſalutem petere, qui ſibi in bello non cauerent. *Ex Xenophonte & Bruſonio lib. 5. c. 27.*

*Diogenes,* quum aliquando ſtipem poſceret, ita ἐρανάρχην, id eſt, eum qui ſtipib⁹ erogandis erat præfectus, Homerico carmine compellauit:

Τὺς ἄλλους ἐνάριξε, δ᾽ ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.
*Deſpolia reliquos, teneas ſed ab Hectore dextram.*

Dicti feſtiuitas in hoc eſt, quod pro ἐράνιζε dixit ἐνάριζε: quorum prius eſt, da ſtipem alterum armis ſpolia, ſe Hectoris nomine ſignãs. Spoliat autem qui negat egenti. Et ſolet hoc hominum genus eſſe furax. *Laert. libr. 6.*

*Zeno Citticus,* quum Cynicus quiſpiam dicens, in lecytho ſuo nihil eſſe olei, peteret à Zenone, Zeno negauit ſe daturum: ſed tamen abeuntem admonuit, expenderet vter ipſorum eſſet impudentior. Poſtulatoris impudentiam impudenti negatione penſabat. *Laert. lib. 7. c. 1.*

*Epaminondas,* cum hominem nequam ob mediocre ſcelus in vincula conieciſſet, Pelopidi efflagitanti, non dimiſit, ſed amicæ ſupplicanti conceſſit, dicens: Scorta decere, non imperatores eiuſmodi dona accipere. *Plut.*

*Plato,* quum populus Athenienſis flagitaret, vt Phocion copias in Bœotiam educeret, eamque rem Phocion non fore à Rep. [illegible] caret, edixit vt quotquot eſſent in ciuitate ab ephebis vſque ad [illegible] genarios, ſe ſequerentur. Hic reclamantibus ſenioribus & [illegible] excuſantibus: Nihil, inquit, abſurdi meo edicto continetur, [illegible] pſe natus annos octoginta, vna cum ipſis dux profecturus ſum. [illegible] arte temporarium multitudinis calorem retudit. *Plutarchus in a[illegible] poph.*

*Cliſophus* Athenienſis adulator, Philippo increpanti, cur ſemper aliquid peteret: Obliuiſcor, inquit. Lepidus iocus, ſed pugnans cum laudatiſſima ſententia: beneficii accepti meminiſſe, dati obliuiſci oportet. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Antigonus primus,* cum frequenter Biantem moleſte beneficium flagitantem tuliſſet, tandem victus tædio. Date, inquit, Bianti [illegible] tum, vel vi. Sentiens beneficium, non impetratum, ſed improbitate extortum. *Eraſ. lib. 4. apoph.*

*Anonymus,* quidam Antigoni amicus, cum ab eo pecuniam [illegible] tum, nec accepiſſet, poſtulauit ab eo deductores, ac cuſtodes. [illegible] tus, quam ob rem? Ne, inquit, inſidiis, imperat, affingens ſe [illegible] tum humeris ferre. *Eraſ. lib. 8. apoph.*

*Scipio Africanus,* quum à Scipione Africano quidam [illegible] ctator ex numero amicorum, non impetraret vt ſe præfectum in Africam duceret, & id ferret moleſte: Noli, inquit, mirari ſi tu [illegible] hoc non impetras. Ego iam pridem ab eo cui meam [illegible] nem charam fore arbitror, peto vt mecum præfectus proficiſcatur, & adhuc impetrare non poſſum. *Cic. in Verr.*

*Catullus cenſor,* Catonem ſibi arctiſſima iunctum neceſſitudine rogauit, vt quendam ipſius iudicio obnoxium (erat enim quæ[illegible]) miſſum faceret. Ille hunc in modum reſpondit: Turpe eſt [illegible] iuuentuti recte inſtituendæ authores eſſe debemus, à lictoribus [illegible] deri noſtris. Negauit aſperius, quod iniuſte petebatur. *Plut. in [Ca]tonis vita.*

*Auguſtus Cæſar,* quum Galli donaſſent Auguſto torquem aureum, centum pondo, ac Dolabella per iocum tentans illum, [illegible] huc produceret iocum, vt diceret, Imperator torque me dona. [illegible] te, inquit, ciuica donare. Feſtiuiter ſubmouit poſtulatoris impudentiam; qui nunquam in bello fuiſſet: eoque magis illi conueniebat corona ciuica, quæ ex quernis ligniſque frondibus fieri conſueuit, quemadmodum triumphalis ex auro. Quanquam & caſtrenſis, muralis, & naualis ex auro fieri ſolebat. *Qua de re vide A[illegible] lib. 5. cap. 6.* Ciuicam autem Auguſtus, vt honorificentiorem [illegible] cum obtulit. Nam Suetonius refert, eum inter dona militaria quanto facilius phaleras & torques, & quicquid auro argentoque conſtaret, dare ſolitum quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent. Hoc niſi ſcias, friget Auguſti iocus. T[illegible] materia coronarum variant Gellius & Sueton. *Eraſm. [illegible] apoph. & Bruſon. lib. 3. cap. 16.*

*Anonymus,* Græculus quidam ita captare ſolitus eſt Cæſarem Auguſtum: deſcendenti à palatio, honorificum aliquod epigramma porrigebat. Id cum fruſtra ſpe feciſſet, ne deſtitutum videret Auguſtus, epigramma bene Græcum manu ſua deſcripſit, & Græculo ſe venienti obuiam miſit, veluti carmina carminibus penſans. Græcus acceptum legit, ac non ſolum voce, verum etiam vultu geſtuue corporis laudauit carmen, miratusq; eſt. Deinde cum acceſſiſſet ad ſellam qua Cæſar vehebatur demiſſa in pauperem crumenam manu paticulos denarios protulit, Cæſarique obtulit his verbis: ὐ κατὰ τύχην τὴν σὴν σέβαστε, εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν, id eſt, non ſecundum fortunam tuam Auguſte, ſi plus haberem plus darem. Sequuto omnium riſu, diſpenſatorem Cæſar vocauit, & ſeſtertium centum millia Græculo numerari iuſſit. Bene ceſſit Græculo palam expoſita principi parſimonia. *Sueton. in eius vita.*

*Auguſtus Cæſar,* Cum à Cæſare Auguſto Romæ Pacinus [illegible] rus munus peteret, diceretque populari rumore ſparſum, pecuniam haud paruam ipſi à Cæſare datam: Sed tu, inquit, noli credere. [illegible] do ioco ſignificans, ſe non daturum. Alter expectabat, futurum vt Cæſar ipſius pudori ſuccurreret, ne ſi compertum eſſet rumorem eſſe vanum, ipſe ludibrio haberetur. Cæſar aliud indicauit remedium: ſineret homines loqui quæ vellent, modo ne ipſi quicquam falſum perſuaderent. *Macrob. lib. 2. Saturn.*

*Idem,* præfectura equitum, quadam ſubmotus, inſuper & ſalarium ab Auguſto poſtulare eſt auſus: hoc colore, vt diceret ſe non lucri cauſa ſalarium petere: ſed vt tuo, inquit, iudicio videar impetraſſe munus, & ita credar non ab officio ſubmotus, ſed officium depoſuiſſe. Tu, inquit Auguſtus, apud omnes prædica te accepiſſe, ego non negabo. Si nihil mouebat petitorem niſi metus ignominiæ, via commonſtrata eſt, qua nihilo minus honori ſuo conſuleret poſſet, quam ſi pecuniam accepiſſet. *Macrob.*

*Idem,* Liuiæ vxori pro quodam Gallo petenti ciuitatem negauit, ac immunitatem obtulit, dicens, ſe facilius paſſurum fiſco ſuo detrahi, quam honorem ciuitatis Romanæ vulgari: nimirum Reip. dignitatem anteferens priuato commodo. *Suet.*

*Idem,* Cum miles quidam ab Auguſto Cæſare impudenter peteret, ac Martianum videret accedentem, quem & ipſum aliquid improbe petiturum ſuſpicabatur: Non magis, inquit, faciam commilito quod petis, quam quod Martianus à me petiturus eſt. *ibid.*

*Fl. Veſpaſianus,* Quum quidam è charis miniſtris munus [illegible] pro quodam, quem fratrem eſſe aſſimulauerat, peteret, rem diſtulit, dein[de] [illegible]

…ab eo pro quo petebatur, pecuniam extorqueret, quam …niſtro fuerat pactus. Qua accepta interpellanti miniſtro vr… reſpondit: Alium tibi quære fratrem: hic, quem tuum eſſmeus eſt. *Bruſ. lib. 2. c. 3.*

*…drianus Imp.* Romæ cum in ſpectaculo populus clamore fla… aurigam qui placuerat, liberum eſſe iuberet, per tabellam …dit: Iniquum eſſe quod peterent. Si enim ſeruum alienum …donaret, fieret iniuria domino. Dicas hunc abhorruiſſe ab …violentia. *Dionyſ.*

*…honſus,* eques quidam, Ioannes Calaguritanus nomine, ab ho… captus, & ab iiſdem emiſſus carcere, Alphonſum regem adiit …larum calamitatis multa poſtulauit ab eo, & impetrauit …greſſo, rex dixit ad familiares: Diſpeream, inquit, ni metui …etiam meam depoſceret eques meus. *Panorm. lib. 2. de …reb. geſtis. & Eraſ. lib. 8. apoph.*

*…dem.* Alius eques cum ſubinde ab Alphonſo Aragonum rege …peteret, & acciperet, omnia profudit, & alia deinde petiit. …ait: Si pergam tibi dare quæ petis, citius me pauperem eſſe… quam te diuitem. *Panor lib. 2. de rebus geſtis Alphonſi.*

*…dericus Cæſar.* Iacobus de Sirek, epiſcopus Treuerenſis, prin…elector, vir induſtrius, ac magni conſilii, ſed multum cupidus & …ollendam Eccleſiæ potentiam nimis attentus. Fridericum Cæ… apud nouam ciuitatem cum adiſſet, & alia atque alia petens …iſſet, ſed plura tamen petendo inſtaret: Si non facis, inquit …, petendi finem, ego certe negandi finem facile inueni… Quo dicto perquam lepido improbum petitorem compeſcuit. *…Sylluus lib. 2. Commentariorum de rebus geſtis Alphonſi.*

*…douicus Bauarus.* Albertus Marchio Brandenburgenſis, cum …douico ſeniore Bauariæ duce (quem captiuum habebat) ini…miſſet, ac neganti grauiores durioresque carceres minitaſſet, …douicus, Quæ poteris (inquit) ex me libero impetrare, eadem … capto petito. Innuit autem, iniuſta nec à capto, nec homi… libero petenda eſſe. *Æneas Sylluus lib. 3. Commentariorum de re… geſtis Alphonſi.*

## ¶ Similitvdo.

*…neca:* Quemadmodum nemo in amorem ſui cohortandus eſt, … cum naſcitur, trahit: Ita ne ad hoc quidem, vt honeſta per ſe … *lib. 4. de Benef.*

## ¶ Exempla Biblica,

…tiones iuſtæ eſſe debent. *Exempla:* Samſon, *Iudic.* 15. *v.* 18. 19. … *Sam.* 1. *v.* 10. 11. 17. Salomon, 1. *Reg.* 3. *v.* 10. 11. 12. Elias, 2. *Reg.* 2. … Zacharias, *Luc.* 1. 13.

…titionum iniuſtarum, *Exempla:* Naas, 1. *Sam.* 11. *v.* 2. Adonias, … 2. 17. Filii Zebedæi, *Matth.* 20. 21. *Marc,* 10. 37. Herodiadis filia, … 6. 25. Petitionis iniuſtæ pœnæ, 1. *Reg.* 2. 25.

*Vide ſupra, Oratio.*

# Petulantia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Petulantia. Græce ἀσέλγεια, ας, ἡ, & ἀσελγής. petulans dicitur. Eſt autem petulantia, voluptas mentem à ratione ad Venerem reuocans, & cæteros illicitos trahens motus, laſciua ſubſultatio, … modeſtia proterua, ac procax loquendi, vel potius blateran… conſuetudo.

Petulantia eſt nimia quædam audacia, & procacitas à petendo …, quaſi ea petantur quæ abſurda ſunt, quemadmodum procaci… à procando dicitur. Procari enim veteres petere dicebant, vnde …, petitores vxorum.

Petulantia Hebr. dicitur *Chamas,* id eſt, violentia, iniuſtitia, rapi… fraus, calumnia, iniuria, à verbo *Chamas,* violauit, violenter fur… …, vim & iniuriam intulit, iniurioſe tractauit, abſtulit. Quæ om… petulantibus hominibus ſunt communia. Dicitur item *hhoſchek* … verbo *hhaſchak,* defraudauit, fraude aliquid abſtulit, fraudulentis … decepit aliquem, fraude & vi oppreſſit. Petulantiæ hi ſunt …racteres, cui quid libet licet: præſertim ſi viribus polleat.

## ¶ Sententiae Philosophorvm,

Petulantia in anima vituperatur, qua in ipſa multiforme & va… pecus vltra quam conuenit in ipſa verſatur. *Plat. de Repub. l. 9.*

Quæ natura occultauit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, re…uent ab oculis: ipſique neceſſitati, dant operam, vt quam occul… pateant: quarumque partium corporis vſus ſunt neceſſarii, … neque partes, neque earum vſus ſuis nominibus appellant: quodque … turpe non eſt, modo occulte, id dicere obſcœnum eſt. Itaque … aperta actio rerum illarum petulantia vacat: nec oratio obſce… *Cic. lib. 1. de Offic.*

## ¶ Fabvla.

De Sorice.

Inter mures ſunt qui Sorices appellantur, exiliores quidem & acriores reliquis, atque putantur ſoli ſtridere clarius, cum aliorum voces non exaudiantur. Horum vnum quodam in cœtu murium gloriatum de cantu & vocali ſono ferunt, cui vetulus alius: Heus tu, dixerit, quid gloriaris ſtulte, quidue iſtum exitioſum tibi ſtridorem iactitas? Annon audis de hoc etiam prouerbium natum inter homines? Soricem ipſum ſuo perire indicio: Ne tu igitur quod neque generi honeſtum eſt & ſaluti contrarium tuæ, quaſi pulchrum & magni faciendum oſtentes. Ridebat ſenem feroculus iſte, atque quam ante magis contentiusque ſtridebat. Itaque homines hoc ſigno mures in illo loco verſari cum deprehendiſſent, operam dedere, vt eos inſidiis circumuentos caperent. Captusque inprimis ſorex, ſtridere tum quoque in dolore & perturbatione animi. Ibi vetulum illum ſuis paruis muſculis cum præcepta daret moderationis & prudentiæ, hoc quoque dixiſſe accepimus: Deteſtabilem eſſe eam vocem, quæ eadem & in lætitia ac felicitate, & triſtitia atque miſeria emitteretur.

Fabula narrari poteſt aduerſus petulantes ineptias oſtentationis, docetque vanitatis ac leuitatis exultationem, etiam miſericordia deſtitui.

*Vide Malitia, Improbitas.*

# Philautia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PHilautia, φιλαυτία, ας, ἡ, Amor ſui. Philautia amor eſt, quo corpus complectimur, ratio[ni] non conſentaneus. *Max. de charitate, cent. 3. 56.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Hor. 1. Carm. 16.

*Subſequitur cæcus amor ſui.*
*Et tollens vacuum plus nimis gloria verticem.*

Serm. 3.

*Egomet mi ignoſco, Manius inquit,*
*Stultus, & improbus hic amor eſt, dignusque notari.*

Ter. And 2. 4.

*Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet,*
*Omnes ſibi malle melius eſſe quam alteri.*

Idem Adelph.

*Quenquam ne hominem in animo inſtituere, aut*
*Parare quod ſit carius quam ipſe ſibi?*

Idem Adelph. 1. 2.

*Homini imperito nunquam quidquam iniuſtius,*
*Qui niſi quod ipſe facit nihil rectum putat.*

## ¶ Adagia.

Philauti. φίλαυτοι.

*Qui vehementer ſibi placent. Vitium dicitur Philautia, quod apposite Horatius circumloquens dicit: Cæcus amor ſui.*

Non videmus manticæ quod in tergo eſt.

*Hoc eſt, non videmus noſtra ipſorum vitia, quum aliena curioſis oculis perſpiciamus. Iactari poteſt in curioſos alienorum vitiorum Corycæos.*

Quod volumus ſanctum eſt. *Auguſtinus contra Creſconium Gramaticum.*

*Dici poteſt in perditiſſimum illud genus hominum quod etiam hodie in mundo regnat, pietatem exigens non ad regulam Chriſti: ſed ad ſuos affectus. Quicquid enim tales vehementer amant, hoc videri volunt etiam ſanctum.*

Papæ myxus. Βαβαὶ μύξος.

*In glorioſos & iactabundos dici conſueuit.*

Amicos tragœdos æmulatur. τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνίζεται.

*Dici ſolitum de his qui ſeſe accommodarent ac morum ſeueritatem ſumerent ad æmulationem aliorum.*

Tragice loqui. Τραγικώτερον λαλεῖν.

*Eſt verbis uti magnificentioribus.*

Ne magna loquaris. μὴ μεγάλα λέγε.

*Admonet temperandum a magniloquentia. Horat.*

*Proÿcit ampullas & ſeſquipedalia verba,*
*Et ſpirat Tragicum, ſatis & feliciter audet.*

Argenti fontes. ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν.

*In eos, qui ſtolide quidem atque indocte, ſed arroganter tamen & confidenter loquuntur, opibus ſuis freti. Quadrabit in eos etiam, quorum oratio propter opum fiduciam plus ſatis libera atque audax videtur.*

Colophonia ferocia. Κολοφώνια ὕβρις.

*In inſolentes, qui ferociter decipiunt & affligunt humilioris fortunæ homines. Aut in eos quibus ſua ferocitas exitium attulit.*

Oleum in auricula ferre, *Martial lib. 5. Epigram. 79.*

*Narratur quidam belle dixiſſe Marulle,*
*Qui te ferre oleum dixit in auricula.*

*Videtur Poeta taxare hominem rigida atque ſupina aure. Referri etiam poteſt ad aſſentatores, qui velut oleum inſtillant in aurem,*

dum

*dum iucunda loquuntur magis quam ſalutaria, quo & illud refe-rendum eſt: Oleum vendere.*

Aut minus animi, aut plus potentiæ. ἢ φρονεῖν ἔλασσον, ἢ δύνασθαι δεῖ μεῖζον.

*Conuenit in feroces, quorum arrogantiæ non ſuppetant vires. Aut in eos, qui non timent irritare, quem vincere non poßint.*

Mendax atraphaxis. ψευδὼν πλέα ἀτράφαξις.

*De tumidis & ventoſis.*

Quæ quis ipſe facit, hæc vicinis vitio non vertit. ἅ τις αὐτὸς ποιεῖ. ταῦτα τοῖς πέλας μὴ νεμεσᾷ. *Ariſt. lib. Rhet.*

*Conueniet cum illo Terentiano. Homine imperito nihil quicquam iniuſtius, qui nil niſi quod ipſe facit rectum putat. Sunt enim qui damnant, quicquid ipſi non poßint aſſequi.*

Suus cuique crepitus bene olet.

*Nemo eſt cui ſua mala non videantur eſſe optima. Plato.*

Ipſis placet. αὐτοῖς ἀρέσκει.

*Vbi rem parum nobis probari, aut cauſam nihil ad nos pertinere ſignificamus.*

Pedere thus. βδέειν λιβανωτόν.

*Accommodabitur in hos, quorum vitia placent aut ipſis aut alijs impendio amantibus. Dici etiam poteſt in aſſentatores. Ariſtoph.*

In armis acceſſat. ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκίζεται.

*In eum, qui ſibi placet, ſeſeq́ue quaſi contemplatur in armis ſuis.*

Er beduncket ſich der beſte Man im Korbe.

Et mea me mater Pollucem vincere dixit. κἠμ' ἔφαθ' ἁ ματὴρ πολυδεύκεος ἦ μὲν ἀμείνω. *Theocr. in Ecloga cui inſcript.* νομεῖς.

*Cum quis peruerſo propter amorem iudicio anteponitur, aut æquatur iis, cum quibus minime conferendus eſt.*

Teipſum laudas. σαυτὸν ἐπαινεῖς.

*Vbi quis ſeſe laudat ſuiq́ue buccinatorem agit.*

Teipſum inſpice μὴ τἀμὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φῦλον σκόπει.

*Non meum, ſed tuum inſpicito genus. Plutarchus. Stultum eſt in alterum dicere, quod in te poßit retorqueri.*

Beſihe dich ſelbſt. Fege vor deiner Thür.

Multi te oderint ſi teipſum laudas. πολλοί σε τοὶ μισεῦσιν, ἂν σαυτὸν φιλῇς.

*Oſtendit adagium, nullos minus appoſitos eſſe ad mutuum amorem ac beneuolentiam, quam qui ſeſe vehementer amant.*

Sine riuali diligere.

*Qui ſtulte mirantur, quod nemo alius concupiſcat, ſine riuali diligere dicuntur.*

Non eſt beatus, eſſe qui ſe neſciat.

*Innuit haud eſſe ſatis, vt adſit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Virgil.*

*O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,*
*Agricolas.*

Ἄζηλος πλοῦτος.

*Vocabatur, cum quis ſuas dotes ignoraret. Felicitatis vero haud minima pars eſt, vt ſua quiſque norit bona.*

### ¶ Emblema.

Φιλαυτία.

Emblema LXIX. Andreæ Alciati.

*Quid nimium tua forma tibi Narciſſe placebat,*
*In florem & noti eſt verſa ſtuporis olus.*
*Ingenti eſt marcor, cladesq́ue φιλαυτία doctos*
*Quæ peſſum plures datq́ue deditq́ue viros.*
*Qui veterum abiecta methodo, noua dogmata quærunt,*
*Nilq́ue ſuas præter tradere phantaſias.*

### ¶ Hieroglyphicum.

Quo ſit in prolem ſuam affectu *Simia*, vulgo notum eſt. Hinc illud oritur hieroglyphicum, vt *Suffenos Catullianos ſeu ſtolidos ſui admiratores* per *fœtam Simiam* apte ſignificari poſſe nonnulli contendant. *Pier. Val. lib. 6. pag. 598.*

*Vide ſupra, Amor ſui.*

# Philoſophia.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PHiloſophia, Græca dictio eſt, φιλοσοφία, ας, ἡ. Eſt amor ſcientiæ, *ſecund. Aug. lib. 4. de Ciuitate Dei: & eundem contra Academicos & Boetium in Arithmetica.* Componitur autem ex φίλος, ου, ὁ, quod eſt amicus, & σοφία, ας, ἡ, quod eſt ſapientia. Habet autem ſophia penult. corrept Martialis:

*Cum tibi ſic ſophiæ par cura, & cura deorum.*

Hebræi philoſophiam appellant *Cochmah*, id eſt, ſapientiam rerum diuinarum & humanarum: à verbo *Cacham*, Sapuit mente, ſapiens fuit, ſapienter egit, fuit præditus ſapientia. Hinc per inuerſionem radicis eſt μάγος, magus, ſapiens, arcanorum diuinorum interpres: & μαγεία, quam Perſæ acceperunt pro ſapienti perfectaque rerum naturalium cognitione, vnde & magi ab illis appe[...] quos Græci philoſophos vocant, latini Sapientes. Vide Ma[...] 1. &c. Poſtquam verò magi apud Perſas diuini cultus præ[...] bus omnibus vetitas artes exercuiſſent, in tantum au[...] vanitas, vt non ſolum obſeruatione ſiderum futura prædi[...] actibus quibuſdam & maleficiis, ſe omnia ſcire & facere poſ[...] fiterentur *Cachaſch*, ſapiens, magus, induſtrius, in rerum [...] rum & humanarum cognitione exercitatus. *Cachama*, [...] piens, induſtria. Vide *Prouerb.* 10. 1. 8. 14. *Eccl.* 2. 14. *Exod.* [...] 16. *Prou.* 14. 1. Vide *Sapientia*.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Philoſophia in rebus Dei fallax, *Coloſſ.* 2. 8. ideoque dam[...] Apoſtolo non ſimpliciter, vt qui principiis cum vera phi[...] communibus ſæpe vtatur, methodum quam accuratiſſime [...] uet, philoſophiam veram Dei donum eſſe ſciat, & Epiſcop[...] eſſe ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, id eſt, qui recte ſermo[...] ritatis ſecet, 2. *Tim.* 2. 15. (quod ſine mediocri liberalium [...] philoſophiæ cognitione fieri non poteſt) ſed κατά τι qu[...] mirum illa ſeſe intra fines ſuos non continet, nec ad glor[...] fertur.

### ¶ Patrum Sententiæ.

Si quæ vera philoſophi dixerunt, ab eis ſunt tanquam [...] poſſeſſoribus vendicanda in vſum noſtrum. *Auguſt. libr. 2. de* [...] *Chriſtiana.*

Non eſt religio à philoſophis quærenda qui eadem [...] bant cum populis, & de ſuorum deorum natura ac ſumm[...] diuerſas contrariasque ſententias in ſcholis perſonabant. [...] *ra relig.*

Philoſophi eo damnabilius colebant idola, quo illa quæ [...] citer agebant, ſic agerent, vt cum populo veraciter age[...] rentur. *De ciuitate Dei.*

Res ſiquidem monſtroſa eſt, philoſophus curialis: & [...] que eſſe affectat, neutrum eſt, eo quod curia philoſoph[...] dit, & ineptias curiales philoſophus vſquequaque non [...] *ſoſtomus lib. 1. de nugis curialium.*

Quicunq; ſcientiam contingere cupit, ſi relicta ver[...] reliquis ſe implicare voluerit, materiam laboris, vt ita [...] tam plurimamque inueniet, & fructum exiguum: qua[...] videtur primum operam dandam eſſe artibus: vbi fund[...] omnium, & pura ſimplexque veritas aperitur, & ideo [...] lictis artibus, quaſdam ſibi ſcientias eligunt, in quibus [...] perfectos putant. *Hug. in didaſc. lib. 3.*

In philoſophis enim fuit venerabilis imago virtutis, [...] de & dilectione virtutis ſubſtantia eſſe non poſſit, & v[...] inueniatur in nobis, qui virtutis imaginem teneat. Qui [...] tutum induit, quibus videmus floruiſſe gentiles? Quis [...] miſtoclis diligentiam, Frontonis grauitatem, Socratis [...] am, Fabritii fidem, pudicitiam Scipionis, longanimitate[...] Catonis pietatem imitatur? qui quaſi quædam ſæculo[...] ſydera ſplenduerunt, tempora ſua illuſtrantes: Sed qu[...] non cognouerunt, in cogitationibus ſuis ſuperbia tum[...] ra humilitate carentes, humanam gloriam appetentes, [...] ſe ſapientes æſtimantes, & dicentes, ſtulti facti ſunt. *ibid.*

O felicia antiquorum tempora! in quibus ipſi Impera[...] dum regentes ſeipſos philoſophiæ dederunt, vt patuit de A[...] Macedone, de Iulio Cæſare, de Ptolomæo rege. Cuius[...] gni gloria creuit in immenſum, quamdiu artium liber[...] in ipſo floruerunt. Victoria enim militiæ, & gloria, & philoſ[...] mul creuerunt. Et merito, quia philoſophia vera docet [...] regnare. Per me enim reges regnant, ait Sapientia. *ibid.*

Piſces fortaſſe philoſophos vocat, qui huius mundi na[...] ratica curioſitate pertractant: nam ſicuti illi poſita fro[...] bi reſecant, pelagi inundatione confuſa, ita & iſti capite [...] nas rerum ratione humana aſſiduo labore perquirunt. *Caſ[...]*

Aſtrologiam ſacrilegam ſumma intenſione fugitam[...] etiam nobilium philoſophorum iudicia damnauerunt.

Diuina eruditio dialecticam, in qua omnis loquendi [...] tinetur, non deſiderat, quia non in lingua, ſed in corde [...] nec intereſt quali vtare ſermone. Res tamen non verba qu[...] & nos non de Grammatico, aut Oratore, quorum ſcientia [...] modo loqui deceat, ſed de ſapiente diſſerimus, cuius doct[...] quomodo viuere oporteat. Quod ſi neq; phyſica illa ratio [...] eſt, neq; hæc logica, quia beatum facere non poſſunt: re[...] Ethica totius philoſophiæ vis continetur, ad quam ſe abie[...] nibus, Socrates contuliſſe dicitur, in qua etiam parte, quo[...] loſophi errauerunt, qui ſummum bonum, cuius capiendi [...] nerati ſunt, non comprehenderunt, apparet falſam eſſe [...] omnem philoſophiam, quia nec inſtruit ad iuſtitiæ mune[...] ficium hominis rationesque confirmat. *Lact. Firm. lib. 3.*

### ¶ Poeticæ Sententiæ.

De VII. Sapientibus.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν οὔνομα φωνήν.
Μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος εἶπεν ἄριστον.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Ἐνδάδ' ἐν κοίλῃ λακεδαίμονι γνῶθι σεαυτὸν*
*Ὃς δὲ κόρινθον ἔναιε χόλου κρατέειν περίανδρος.*
*Πιττακὸς οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ μιτυλήνης.*
*Τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο σόλων ἱεραῖς ἐν ἀθήναις.*
*Τοὺς πλέονας κακίους δὲ βίας ἀπέφηνε πριηνεύς.*
*Ἐγγύην φεύγειν δ' θαλῆς μιλήσιος ηὔδα.*
*Verba loquor ſeptem ſapientum, nomen & vrbem.*
*Optima menſura eſt, Cleobulus Lindius inſit.*
*Inq; caua Chilon temet, Lacedæmone, noſce.*
*At Periander agens iram moderare Corinthi.*
*Nil nimis eſt genitus qui, Pittacus ex Mitylenè.*
*Cerne Solon vitæ finem ſacris in Athenis.*
*Turba, Bias Priene genitus canit, ampla malorum.*
*Mileſoq; Thales ortus vadimonia linque.*

Iacob. Billius, Anthol. Sacr.

...externarum literarum ſtudio conſeneſcendum non eſſe.

*Dum puer eſt Moſes, fruitur puerilibus annis,*
*Huncq; loco nati filia regis habet.*
*At cum maturos tandem peruenit ad annos,*
*Ad matrem & fratres confugit ille ſuos.*
*Externis cum des puerilia tempora Muſis.*
*Vt ſtudio caleas poſt meliore, vide.*
*Quin ſibi dum Pharij puerum te filia regis*
*Vendicat, à vera lac quoque matre pete.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

...Dionyſius dicebatur multos alere ſophiſtas, non quod il... miraretur, ſed quoniam per illos admirationi eſſe vellet: eie... ex tyrannide cum interrogaretur: quid tibi Plato aut ...phia profuit? Reſpondit, vt æquo animo facileque ferrem ...di fortunæ mutabilitatem. *Plutarch. in apoph.*

...de qui exiſtimant, nullis niſi philoſophantibus ineſſe virtu... præter philoſophos beatos eſſe pronuntiant. Agnitionem ...rum diuinarum ſapientiam proprie vocantes, eos tantum... dicunt eſſe ſapientes, qui ſuperna acie mentis requirunt, & ...di ſagaci diligentia comprehendunt, & quantum viuendi ...itas præſtat, imitantur. Et in hoc ſolo eſſe aiunt exercitia ...quarum officia ſic diſpenſant. Prudentiæ eſſe, mundum, ...quæ mundo inſunt, diuinorum contemplatione deſpice... ...mque animæ cognitionem in ſola diuina dirigere. Tem... omnia relinquere, in quantum natura patitur, quæ corpo... requirit. Fortitudinis, animam non terreri, à corpore quo... ductu philoſophiæ recedentem, nec altitudinem perfe... ſuperna aſcenſionis horrere. Iuſtitię, ad vnum ſibi huius pro... conſentire viam vniuſcuiuſque virtutis obſequium. Atq; ita ...undum hoc tam rigidæ definitionis abruptum, rerumpub. ...beati eſſe non poſſint. *Macrobius libro 1 ſuper ſomno Scip.*

...loſophia verò omnium artium mater, quid eſt aliud, niſi, vt ..., donum, vt ego, inuentum deorum? Hæc nos primum ad ... cultum, deinde ad ius hominum quod ſitum eſt in generis ... ſocietate, tum ad modeſtiam magnitudinemq; animi eru... ...demque ab animo, tanquam ab oculis, caliginem diſpulit, ... ſupera, infera, prima, vltima, media videremus. Prorſus ... mihi videtur vis, quæ tot res efficiat, & tantas. Quid eſt ... memoria rerum & verborum, quid porro inuentio? profecto ... nec in Deo quidquam maius intelligi poteſt. *Cic. lib. 1. Tuſc.*

...enim philoſophia paucis contenta iudicibus, multitudinem ... ipſa fugiens, eique ipſi & ſuſpecta & inuiſa.

...ipſa enim Græcia philoſophia tanto in honore nunquam fuiſ... doctiſſimorum contentionibus diſſenſionibusq; viguiſſet.

Nam efficit hoc philoſophia: medetur animis, inanes ſolicitu... detrahit, à cupiditatibus liberat, pellit timores. Sed hæc eius ... idem poteſt apud omnes: tum valet multum, cum eſt ido... amplexa naturam.

Nam vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur, falſumque ...ac improbe.

*Et ſi in ſegetem deteriorem ſunt datæ*
*Fruges, tamen ipſæ ſuapte natura enitent.*

Sic animi non omnes culti fructum ferunt, atque vt in eodem ... verſer, vt ager, quamuis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe ... poteſt, ſic ſine doctrina animus. Ita eſt vtraque res ſine altera ...

Cultura autem animi, philoſophia eſt: quæ extrahit vitia radici... præparat animos ad ſatus accipiendos: eaque mandat his, & ... dicam) ſerit, quæ adulta fructus vberrimos ferant. *Idem libro* ...

Eſt profecto animi medicina philoſophia: cuius auxilium non ... corporalibus morbis, petendum eſt foris, omnibusque opibus ...ibus vt noſmetipſi nobis mederi poſſimus, elaborandum eſt.

Magnum opus, & difficile, quis negat? quod autem præclarum, non idem arduum? ſed tamen id ſe effecturam philoſophia profitetur, nos modo cautionem eius recipiamus. *Idem lib. 3.*

O vitæ philoſophia dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modo nos, ſed omnino hominum vita ſine te eſſe potuiſſet? Tu vrbes peperiſti: tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ conuocaſti, tu eos primo inter ſe domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocum communione iunxiſti: tu inuentrix legum, tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti: ad te confugimus, à te opem petimus: tibi nos, vt antea magna ex parte, ſic nunc penitus, totosque tradimus.

Pythagoram, vt ait auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus inprimis Phliuntem ferunt veniſſe, eumque cum Leonte principe Phliaſiorum docte & copioſe diſſeruiſſe quædam: cuius ingenium & eloquentiam cum admiratus eſſet Leon, quæſiuiſſe ex eo, qua maxime arte conſideret? at illum, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe philoſophum: admiratum Leontem nouitatem nominis, quæſiuiſſe quinam eſſent philoſophi, & quid inter eos & reliquos intereſſet? Pythagoram autem reſpondiſſe, ſimilem ſibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Nam vt illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæſtu & lucro ducerentur: eſſet autem quoddam genus eorum, idque vel maxime ingenuum, quia nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi cauſa venirent, ſtudioſeque perſpicerent quid ageretur, & quomodo: item nos quaſi in mercatus quadam celebritate ex vrbe profectos aliqua, ſic in hanc vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ ſeruire, alios pecuniæ, raros eſſe quoſdam, qui cęteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſe intuerentur: hos ſe appellare ſapientiæ ſtudioſos, id eſt enim philoſophos: vt & illic liberaliſſimum eſſet ſpectare, nihil ſibi acquirentem: ſic in vita longe omnibus ſtudiis contemplationem rerum cognitionemque præſtare. *Cic. Tuſc. q. lib. Vlt.*

Si oportet velle ſapere, dare operam philoſophiæ conuenit. *Cicer. Rhet. veter. lib. 1.*

Nullum bonum philoſophia præſtabilius, neque datum mortalium generi, deorum conceſſu & munere, neq; dabitur. *Cic. de Creatione cæli & mundi.*

Philoſophia rationibus progredi debet: duo hæc ſunt maxima in philoſophia, iudicium veri, & finis bonorum. *Cicero in Hortenſio.*

Conſideranti mihi ſæpe alias virtutes: Indagatrix expultrixque vitiorum, diuinarum princeps rerum philoſophia videbatur, & nunc maxime cum naturæ increpatione, cum remotarum ab oculis rerum inueſtigationem ſibi vendicet. Nam cum cæteri magnitudine rei territi, eiuſmodi laborem arduum & profundum exiſtimarent, ſola philoſophia ſuum non deſpexit ingenium, nec indignam ſe exiſtimauit, cui diuinarum humanarumque rerum diſceptatio deferatur. Quid enim mundo præſtantius? Lauda quam putas ſpeciem, portio à te laudabitur mundi. *Lucius Apuleius de dogmate Platonis.*

Propter admirari, homines, & nunc, & primo, cœperunt philoſophari.

Philomythes, id eſt, fabularum amator, eſt aliqualiter philoſophus, quia fabula ex mirabilibus conſtituitur.

Antiqui philoſophi acquiſitis neceſſariis vitæ, incœperunt philoſophari. *Ariſt lib. 1. Metaphyſ.*

Appellari philoſophiam ſcientiam veritatis, recte ſe habet. *ibid. lib. 2.*

Tres partes ſunt philoſophiæ & ſcientiæ ſpeculatiuæ, ſcilicet Naturalis, Mathematica, & Diuina, id eſt, Metaphyſica. *Naturalis* conſiderat res coniunctas motui & materiæ ſecundum eſſe, & ſecundum rationem. *Mathematica* conſiderat res coniunctas motui, & materiæ, ſecundum eſſe, ſed ſeparatas à materia ſecundum rationem, &c. *Metaphyſica* conſiderat res ſeparatas, à materia, ſecundum rationem. Idem vult commentator magis expreſſe: quod Theoricæ ſententiæ, id eſt, ſpeculatiuæ ſunt aliis ſcientiis deſiderabiliores, & metaphyſica, theoricis.

Si omnis ſubſtantia eſt mobilis: phyſica eſt philoſophia prima, ſed ſi aliqua ſubſtantia eſt immobilis: illa eſt prior quam phyſica. *Idem lib. 6.*

Philoſophus ſiue ſapiens naturaliter eſt virtuoſus, ſecundum omnes ſpecies virtutum moralium, quæ ſunt: iuſtitia, caſtitas, liberalitas, & ſimilia.

Liber phyſicorum eſt radix & principium philoſophiæ naturalis. *Commentator ſuper 1. Phyſicor.*

Ratio vniuerſalis dicit, quod omni philoſopho eſt benefaciendum. *Themiſt. ſuper 3. de Anima.*

Naturalis philoſophi eſt, de ſanitate & infirmitate prima principia inuenire.

Naturalis philoſophus finit conſiderationem ſuam, ad ea, quæ ſunt conſiderationis medicinæ: ſed medicus incipit ab eis: quæ ſunt de conſideratione naturalis, vnde vbi philoſophus dimittit, ibi medicus incipit. *Ariſt. lib. de Senſu & ſenſato.*

Philoſophia habet delectationes admirabiles puritate & firmitate. *Idem lib. 10. Ethicor.*

Sæpius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæpius philoſophari, videtur mihi res diuina.

Philoſophia docet homines ſuum cognoſcere creatorem. *Idem lib. de pomo & morte.*

Si ſine arte, & propter actionem, aliquid fieri poſſibile eſt, magis per artem, & curam & cauſam poſſibile eſt fieri, vnde vbi philoſophus fuerit præſes, ibi fœlix eſt ciuitas. *Idem lib. 2. Rhet.*

Philoſophia omnium mater artium, quam Plato donum, Cicero inuentum vocat, abſq; literis haud facile percipi poteſt. Hæc te primum ad diuinum cultum, deinde ad ius hominum, quod ſitum eſt in generis humani ſocietate, tandem ad modeſtiam animum erudiet, & ab animo tanquam ab oculis caliginem remouebit, vt ſupra prima, media & vltima videas. Quis igitur literis inſudare noluerit? quando tantus ex his fructus percipitur, in quibus eſt boni ac mali notitia, quæ nobis præterita referant, præſentia moderentur, futura indicant? ſine literis omnis ætas cæca eſt. *Hæc Æneas Syluius, Pius II. P. M. poſtea dictus.*

Quid eſt per Deos optabilius ſapientia? quid præſtabilius? quid homini melius? quid homine dignius? hanc qui expetunt, philoſophi nominantur, nec quicquam aliud eſt philoſophia, quam ſtudium ſapientiæ: ſapientia autem eſt rerum diuinarum & humanarum cauſarumque, quibus eæ res continentur, ſcientia. *Cicer. libr. 1. Offic.*

Philoſophia in tres partes eſt diſtributa: in naturæ obſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatem, in vitam atque mores. 1. *de Oratore.*

Philoſophia nihil eſt aliud, ſi recte interpretari volumus, quam ſtudium ſapientiæ. 2. *Offic.*

Philoſophia medetur animis, ſollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. 2. *Tuſcul.*

Philoſophia mater eſt omnium benefactorum & benedictorum.

Nunquam ſatis digne laudari philoſophia poterit, cui qui pareat, omne tempus ætatis poſſit ſine moleſtia degere.

Nullum bonum philoſophia optabilius, nullum præſtantius, neque datum eſt mortalium generi deorum conceſſu, neque dabitur.

Nihil eſt dulcius otio literario, his dico literis, quibus infinitatem rerum atque naturæ, & in hoc ipſo mudum, cœlum, terras, maria agnoſcimus. *Declar. Orat.*

Philoſophi, virtutis magiſtri. 2. *Tuſcul.*

Nemo philoſophiæ expers, idoneus eſt regno.

Delicati pueri ad philoſophiam non ſunt idonei.

Turpiſſimum eſt philoſopho, ſecus docere quam viuit.

Is verè liber eſt, quem philoſophia liberum facit.

Proprium eſt philoſophi mederi vitiis hominum.

Philoſophi libertas moleſta eſt omnibus.

Frugalitatem exigit philoſophia, non pœnam. *Eraſmus in apoph.*

Quid aliud philoſophia quam vitæ lex? *Idem epiſt.* 95.

Dicet aliquis. Quid mihi philoſophia prodeſt, ſi Fatum eſt? quid prodeſt, ſi Deus rector eſt? quid prodeſt, ſi Caius imperat? nam & mutari certa non poſſunt, & nihil præparari poteſt aduerſus incerta, ſi aut conſilium meum Deus occupauit, decreuitque quid facerem, aut conſilio meo nihil fortuna permittit. Quicquid eſt ex his, Lucili, vel ſi omnia hæc ſunt, philoſophandum eſt, ſiue nos inexorabili lege fata conſtringunt, ſiue arbiter Deus vniuerſi cuncta diſpoſuit, ſiue caſus res humanas ſine ordine impellit & iactat. Philoſophia nos tueri debet, hæc adhortabitur, vt libenter Deo pareamus, vt fortunæ contumaciter reſiſtamus, hæc docebit vt Deum ſequaris, feras caſum. *Seneca ad Lucil. epiſt.* 16.

Hoc ſcio, neminem poſſe bene viuere, ſed nec tolerabiliter, ſine ſapientiæ ſtudio: cum omnia habueris, tunc & habere ſcientiam voles, & ſapientiam, hæc erit vltimum vitæ inſtrumentum. *ibidem, epiſt.* 17.

Facere docet philoſophia, non dicere, & hoc exigit, vt ad legem ſuam quiſque veniat ne orationi vita diſſentiat, vt ipſa inter ſe vita vnius, ſine omnium actionum diſſenſione, coloris ſit. Maximum hoc eſt & officium ſapientiæ, & iudicium, vt verbis opera concordent, vt ipſe vbique par ſibi, idemque ſit. *ibid. cap.* 10.

Relinque iſtum ludum literarium philoſophorum, qui rem magnificentiſſimam ad ſyllabas vocant, qui animum minuta docendo, pemittunt & conterunt, & id agunt, vt philoſophia potius difficilis, quam magna videatur. Socrates qui totam philoſophiam reuocauit ad mores, hanc ſummam dixit eſſe ſapientiam, bona malaque diſtinguere. *Seneca epiſt.* 72.

Quis dubitat, quin Deorum immortalium munus ſit, quod viuimus: philoſophiæ, quod bene viuimus. Itaque tanto plus huic nos debere certum eſt, quam diis: quanto maius eſt beneficium bona vita, quam vita, pro certo haberetur, niſi ipſam philoſophiam dii tribuiſſent.

Huius enim opus eſt, de diuinis humaniſque vera inuenire. Ab hac nunquam recedit religio, iuſtitia, pietas, & omnis alius comitatus virtutum conſertarum, & inter ſe cohærentium. Hæc docuit colere diuina, humana diligere, penes Deum imperium habere, & inter homines conſortium: quod aliquandiu ...
antequam ſocietem auaritia diſtraxit.

De illa philoſophia loquor, quæ nullum bonum putat ... honeſtum eſt, quæ nec hominis, nec fortunæ muneribus ... teſt. *Idem epiſt.* 91.

Philoſophia promittit mihi, vt me parem Deo faciat.

Omnia impedimenta dimitte, & vaca bene menti ad philoſophiam.

Ad philoſophiam totam mentem conuerte, huic aſſide ... cole, & tunc ingens interuallum eſt inter te & homines ... mortales tu antecedes, & dii non multum te antecedent. *Idem de Moribus.*

Veri philoſophi philoſophiam non verborum, ſed ... facinorum exercitationem putant. *Dionyſ. Halic. lib.* ...

Illa vehemens & conſtans animi militia, literis pollens, ... bilium doctrinæ ſacrorum antiſtes philoſophia, vbi pectore ... eſt hominum, in honeſto atq; in vtili affectu diſpulſo, ... do virtutis munimento confirmat, potentiores metu ... ciens. *Valer. Max. lib.* 3. *c* 3.

Doctores ſapientiæ ſola bona quæ honeſta, mala ... turpia, potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum, ... lis annumerant. *Tacitus hiſt. lib.* 4.

Florent ciuitates, ſi philoſophi imperant, aut imperatores philoſophantur. *Iul. Capitol. in M. Anton. philoſoph.*

Illi ipſi philoſophi (philoſophaſtri, vel philogaſtri) ... bris quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum ... vt in eo ipſo quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, ... cari de ſe ac nominari velint. *Amm. Marcell lib.* 22.

Pythagorici vetant ne arcana philoſophiæ impuris ... communicentur. Nefas enim eſſe, vt ea quæ magnis ... ta ſint, cuiuis offerantur, præterea publice philoſophandi ... dinem magnum apud mortales rerum ſublimium ... peperiſſe. *Niceph. Gregor. hiſt. lib.* 8.

Philoſophari eſt bene & commode ratiocinari circa ... currunt: affectibus efferri, negligere vana cuncta & ... cupiditatibus oriri ſolent, menſura quadam deduci ... peragenda. *Ariſt. in quæſt.*

Ludouicus XI. rex Franciæ idem philoſophis vſu ... quod his qui medendi curam ſibi vendicant, qui acutiſſime ... de cauſis principiiſque morborum diſſerunt, magnam ... in his occupati ſunt: illa autem perexigua eſt oratio ... ægris. *Arn. Ferron. lib.* 3.

## ❡ Apophthegmata.

*Thales* facillimum eſſe dicebat philoſopho ditari: ... cto probauit. Omnem oleam antequam florere cœpiſſet, ... Mileſio coemit. Animaduerterat enim præſcientia ... rum vbertatem fore. Hoc pacto os obturauit iis, qui ... philoſophis paupertatem non eſſe virtutis, ſed neceſſitatis. ... *de Diuinatione.*

*Bion*, cum male audiuiſſet, quod adoleſcentem quendam ... in diſciplinam non recepiſſet: Tenellus, ait, caſeus, non ... hamo: ſignificans, pueros delicatulos ad philoſophiæ ſtudia ... quaquam eſſe idoneos. *Laert. lib.* 4. *c.* 7.

*Idem*, Rhodi cum Athenienſes darent operam rhetoricis, ... philoſophiam docebat. Ob id reprehenſus, ita reſpondit: ... aduexi, & hordeum vendo. Sentiens, abſurdum eſſe ab ipſo ... deteriora, cum attuliſſet meliora. Nam philoſophia, velut ... cibus eſt hominum: hordeum, equorum, ſimul innuens ſolum philoſophum loqui, rhetores hinnire potius. *ibid.*

*Pythagoras* dicebat, vitam humanam eſſe ſimilem panegyri, ... eſt, ſolenni hominum conuentui ad quem alii ... ri, alii negotiaturi, nonnulli ſpectatores modo futuri. ... quidem omnes eſſe ſolicitos, ſolum ſpectatorem tranquillum ... celebritate, hunc ſpectatorem aiebat eſſe philoſophum, qui ... aliud in hoc mundi theatro prodiſſet, quam vt naturam ... mores hominum contemplaretur. *Laert. lib.* 8. *cap.* 1.

*Diogenes* negabat illos debiles ac mancos appellandos ... eſſent, aut cæci, ſed qui peram non haberent. Luſit autem ... vocum, nam ἀνάπηρος Græcis dicitur mancus, aut mutilus: ... qui pera caret. Innuens opinor, hominem ad omnem vitæ ... nem inutilem eſſe, qui expers ſit philoſophiæ. Pera enim ... rum penus erat. *ibid.*

*Idem*, dicenti cuidam, quem ad ſapientiæ ſtudium hortabatur, Non ſum idoneus philoſophiæ. Quid igitur viuis, inquit, ſi tibi ... la recte viuendi cura eſt? Non enim in hoc viuit homo, vt ... tum, ſed vt diſcat recte viuere. Natura dat viuere, Philoſophia ... recte viuere. Natura gignit ad virtutem dociles, doctos non ... *Laert.*

*Idem*, percontanti, quid lucri caperet ex philoſophia? ... inquit, aliud, certe hoc, quod omnem fortunam ferre paratus ſum. *Laert. lib.* 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…cum Plato laudaret quendam hoc nomine, quod erga om-…humaniſſimus: Quid, inquit Diogenes, illi tribuendum eſt, …annos in philoſophia verſatus nullum hactenus affecit do-…iens, proprium philoſophi munus eſſe, mederi vitiis ho-…id autem fieri non poſſe, niſi metu ac dolore: metu probri, …præſentis ignominiæ. *ibid.*

…*Citticus*, cum conſuluiſſet oraculum, quonam pacto vitam …inſtituere poſſet? reſpondiſſe fertur: Si concolor fieret mor-…igitur ſentiens ſe ad veterum incitari lectionem, animum …loſophiæ ſtudium adiecit. *Laert. l.7.*

…aſcendens in theatrum, cithara canente Amœbeo, verſus …ipulos, dixit: Eamus, vt pernoſcamus quam vocem, quemque …um edant inteſtina, nerui, lingua, & oſſa, quibus adeſt ratio, …s & ordo. Si in rebus inanimis tantum valent illa, quanto …ebunt, ſi in omni hominis vita ſeruantur? *Idem, Libro nono*

…, negotiator purpuram vehens, naufragium fecit iuxta Pi-…que hac occaſione ſeſe contulit ad philoſophiam, Itaq; ſo-…t dicere: Tum bene nauigaui, quum naufragium feci. Alii …eum cum Athenis eſſet, audiſſetque merces periſſe naufra-…iſſe: Benefacis fortuna, quæ me ad Philoſophiam (alii, ad pal-…) appellas. *Laert. l.7. c.1.*

…*mus*, adoleſcens quidam, qui apud Zenonem philoſophiæ …dederat domum reuerſus, cum à patre iuberetur ſpecimen …ditionis edere, ait: Oſtendam paulo poſt quid incrementi fe-… Verum cum nihil diceret, pater iracundus, exiſtimans impen-…periiſſe, cœpit loris verberare filium. Eam parentis ſeuerita-…quam æquo animo tuliſſet, ac rurſus efflagitanti patri, vt pro-… documentum daret: Hoc, ait, ex philoſophia didici, vt poſſim … & verbera patris æquo animo perpeti, cum ſecus faciant alii. …*lib. 8. apoph. ex Ælian. lib. 9. Var. hiſt.*

…, rogatus, quod illi è philoſophiæ ſtudio acceſſiſſet emolu-…? reſpondit:

*Θέρμετι χοῖνιξ, καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.*

*Chœnix lupini, & abſq; cura viuere.*

…, ſe minimo contentum, ob libertatem ſuauiter viuere. …*l.6. c.5.*

… rogatus, quoad eſſet philoſophandum? Donec, inquit, ex-… duces qui ſunt, videbuntur eſſe agaſones. Sentiens opinor …e opus eſſe philoſophia, vbi qui populo præſunt, ſtolidi … indocti: & homines, quibus imperant, habent pro aſinis. …

… dicebat, philoſopho nulla re opus eſſe. Eoque pecuniam …it apud trapezitam hac conditione, vt ſi liberi eſſent idiotæ, … eam illis: ſin philoſophi nummos diſtribueret in plebem, … indoctis opus eſſet pecunia: philoſopho, nec opus, nec vtilis. …

…*ippus* rogatus, quid differrent docti ab indoctis? Quod in-…qui domiti ab indomitis. Quemadmodum equus indomitus …em vſum incommodus eſt ob inſcitiam ac ferociam: ita qui … affectibus quos ſola domat philoſophia: ad omnem vitæ …tudinem inutilis. *Laert. l.2. c.8.*

… rogatus, quid fructus cepiſſet ex philoſophiæ ſtudio? Quod … quibuslibet, inquit, libere loqui poſſim. Nec enim metuebat …, nec faſtidiebat humiles. Quoniam animum habebat ſpe … ac metu liberum, nemini ſeruiebat, neque cuiquam aſſenta-… *ibid.*

*Idem* iuſſus eſt aliquando è ſua philoſophia nonnihil dicere, …que detrectantem vrgeret Dionyſius: Ridiculum, inquit, ſiqui-… me vt de philoſophia loquar, rogas, & quando oporteat loqui … me doces: Senſit, hoc ipſum eſſe philoſophi, ſcire quando lo-…dum ſit, quando tacendum: at qui petit vt audiat aliquid ex …ſophia, declaret ſe philoſophiam, à philoſopho velle diſcere, …, qui cogit ad loquendum, is videtur ipſo philoſopho do-…, vt qui melius norit loquendi tempus, quam philoſophus ipſe. …

*Idem*, Ariſtippus percontanti Dionyſio, quid eximium haberent …loſophi præ cæteris hominibus? Vt inquit, etiam ſi omnes leges …rantur, tamen æqualiter victuri ſimus. Vulgus legum præſcri-…rcetur peccando: Philoſophus rationem habet pro legibus, … ideo quod rectum eſt faciens, quia lex iuſſit: nec à ſcelere tem-…ns, quia lex vetuit: ſed quia nouit illud per ſe rectum eſſe, hoc … ſe turpe. *ibid.*

*Idem*, percontanti Dionyſio qui fieret, vt philoſophi diuitum li-…na tererent, non contra? Quoniam, inquit, philoſophi norunt …bus egeant, illi neſciunt. Philoſophi ſciunt abſque pecunia viui … poſſe: itaque petunt ab eis qui quod opus eſt dare poſſunt. Quod ſi diuites æque intelligerent ſe egere ſapientia, multo magis …terent philoſophorum limina. Miſerior eſt enim egeſtas animi …am corporis: atque hoc miſeriis egeni ſunt diuites, quod non …elligant, quam precioſa, quamque neceſſaria re careant. *ibi-dem.*

*Idem* petiit talentum à Dionyſio, quumque rex redarguendi na-ctus occaſionem, diceret. Nonne tu prædicabas, philoſophum non egere? Da, inquit, & poſtea de hoc diſputabimus. Cum accepiſſet pecuniam: Annon, inquit, recte dixi philoſophum non egere? Non eget, qui quum opus eſt, habet vnde accipiat. *ibidem.*

*Idem*, quidam multa debacchatus in philoſophos etiam hoc adiecit, quod conſpiceret illos ſemper obſidere fores diuitum, cui Ariſtippus: Et medici, inquit, ægrotantium domos frequentant, nemo tamen ægrotus eſſe mallet, quam medicus. Scite retorſit conuitiū. Philoſophi prædicant felicitatem quam qui ſapienti vindicant: & tamen aſſidue verſantur apud diuites: aliquid venantes ab aliis, vnde colligebat, diuites eſſe beatiores quam philoſophos. Sed ille interpretatus eſt, philoſophos ideo potiſſimum colere diuites, quod ob luxum ac delitias cæteris mortalibus & ſtultiores & corruptiores magis egerent præceptis ſapientiæ philoſophus autem animorum male habentium medicus eſt. Porro beatius eſt eſſe medicum, quam ægrotum. *Laert. l.2. c.8.*

*Idem*, in Aſia comprehenſus eſt ab Artapherne ſatrapa. Id temporis quum quidam eum interrogaret, num & illic haberet ſolitam animi fiduciam: Inepte! inquit, quaſi vnquam fuerim fidentiori animo quam nunc alloquuturus Artaphernem. Nimirum hoc illi præſtabat philoſophia, ne quem hominem metueret, ſed cum omnibus libere ageret. *ibid.*

*Idem*. Orator quidam Ariſtippum reum defendit in iudicio, vicitque litem. Is cum velut artem ſuam præferens philoſophiæ, diceret. Quid tibi profuit Socrates, Ariſtippe? Hoc inquit, quod oratio quam pro me dixiſti, vera fuit. Defenderat vt virum bonum & innocentem. Vt autem talis eſſet, qualis ab oratore prædicabatur, Socrates præſtiterat, à quo philoſophiam didicit. Orator non id efficit vt quis ſit vir bonus ſed vt talis videatur iudicibus, etiamſi non ſit. Præſtantius igitur eſt quod præſtat philoſophus, quam quod orator. *ibid.*

*Idem*, cuidam exprobranti, quod in propria cauſa oratore conductitio fuiſſet vſus: Nil mirum inquit, & cœnam apparaturus coquum conduco. Alter videri volebat, ob hoc oratorem præſtantiorem philoſopho, quod eius operam conducerent, ille retorſit in diuerſum, innuens, inferiorem eſſe qui conducitur: oratoris enim munus inferius eſt, quam vt philoſopho conueniat. *ibidem.*

*Idem*, eos qui liberalibus imbuti diſciplinis philoſophiam negligerent, dicebat eſſe ſimiles procis Penelopes: quod hi cum Melanthe & Polydora ancillis rem habuerint, & omnia potius ſe habituros ſperauerint, quam dominæ nuptias. Senſit, liberales diſciplinas eſſe velut pediſſequas philoſophiæ moralis, quæ cum primis ſit adhibenda, & cuius gratia reliqua diſcuntur omnia. Simile quiddam dixiſſe fertur & Ariſto de Vlyſſe, qui quum deſcendiſſet ad inferos, ait illum cum omnibus fere manibus fuiſſe colloquutum, cum ipſam reginam ne videre quidem potuerit. *Laert. l.2. c.8.*

*Socrates* Phyſiognomon Zopyrus, qui profitebatur ex habitu corporis & oris lineamentis poſſe hominis ingenium certo deprehendere, inſpecto Socrate pronuntiauit, illum eſſe hominem bardum ac ſtupidum, tum mulieroſum ac puerorum amoribus impurum, vinolentum, & intemperantem. Quum amici vehementer indignati mirarentur homini: Socrates illos cohibuit, dicens: Nihil, inquit, mentitus eſt: omnino talis eram futurum, niſi me philoſophiæ gubernandum tradidiſſem. *Eraſm. libro 8. apoph. ex Cic. 3. Tuſc. quæſt.*

*Plato*, tum demum bene cum rebus humanis agi, dicere ſolebat, quando vel philoſophi regnarent, vel reges philoſopharentur. *Polybius lib. 12. hiſt.*

*Zeno Citticus* dicebat, pleroſque philoſophos in multis ἀσόφους εἶναι, id eſt, non ſapere: ſed in fortuitis vulgaribuſque rebus eſſe imperitos, & adiiciebat illud Scaphei, qui cum animaduerteret quenquam è diſcipulis vehementer inflatum, procuſſo illo dixit: Bonum non eſt in magno, ſed in bono eſt magnum: οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κεῖται, ἀλλὰ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Magnum enim eſt quicquid recte fit, at non ſtatim bonum eſt, quod magnum. *Laertius libro ſeptimo capite 1.*

*Ariſtippus*, poſtquam Ariſtippus magnam pecuniarum vim ſibi comparaſſet, & admiratus Socrates diceret. Vnde tibi tam multa? Vnde, inquit, tibi tam pauca? Non enim minus admirandum arbitrabatur, quod Socrates tantus philoſophus, & qui tantos haberet amicos, pauper eſſet, quam quod ipſe diues. *ibid.*

*Idem* interrogatus, cur ſic ipſum argueret Dionyſius? Eandem, inquit, ob cauſam, ob quam cæteri. Significans, philoſophi libertatem omnibus eſſe moleſtam. *Laert. l.2. c.8.*

*Diogenes*, cuidam procaciter interroganti, cur quum nihil ſciret ſe philoſophum profiteretur: Si philoſophum, inquit, ſimulo, hoc ipſum eſt philoſophari. Subnotans philoſophiam rem eſſe vſq; adeo difficilem, vt eam vel ſimulare, magna ſit philoſophiæ pars. Quemadmodum multum regis habet, qui ſcite regis perſonam poſſit gerere. Et qui ſimulat, imitatur: at imitari philoſophos, eſt philoſophari, hoc eſt, philoſophiæ ſtudioſum eſſe. *Laert. l.6.*

*Idem*, quodam die cum populus theatrum egrederetur, ipſe aduerſus populum nitens ingrediebatur; interrogatus, cur id faceret?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſet? Hoc, inquit, in omni vita facere ſtudeo. Sentiens, hoc eſſe philoſophari, in omnibus actionibus quam maxime à multitudine diſſidere: propterea quod vulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione. *ibid.*

*Idem*, percontanti, cur cæteris mendicis benigne largirentur homines, philoſophis non item? Quoniam, inquit, ſperant citius futurum vt claudi cæciue fiant, quam philoſophi. Qui miſerentur afflictorum, quales fere ſunt mendici, faciunt hoc contemplatione communis hominum ſortis: ita cæco opitulantur, cogitantes, hoc ipſum mihi poterit accidere, de philoſopho non item cogitant. Dictum feſtiuius eſt ob abuſum verbi, ſperant, vt philoſophus fias, ſperari poteſt: cæcitatem aut claudicationem nemo ſperat. *Laertius.*

*Idem* interrogatus, an philoſophi placentis veſcerentur? Omnibus, inquit, vt cæteri homines. Rurſus hic aliud reſpondit, quam interrogabatur. Quærebat percontator, an conueniret philoſophis, frugalitatem profitentibus, veſci placentis, cibis delicatorum? Diogenes εἰρωνικῶς ita reſpondit, quaſi philoſophi non eſſent homines, & tamen veſcerentur cibis humanis. Siquidem animalia bruta non veſcuntur quibuslibet: bos comedit fœnum, canis nequaquam, aues amant frondes ſalicum, equi auenam. Quędam aues paſcuntur granis iuniperi, quædam carniuoræ ſunt, quædam veſcuntur piſcibus. Huc alluſit Diogenes. *ibid.*

*Demonax* à quodam interrogatus, cuiusnam ſectæ philoſophus eſſet? Quis, inquit, tibi dixit me philoſophum eſſe? & ſic ridens abiuit. Sed cum iterum rogaretur, cur riſiſſet? reſpondit: Cur non riderem, cum tu me ex barba philoſophum eſſe iudicas, ipſe autem barbam non habes? *Eraſm. l. 8. apoph.*

*Epictetus*, eos qui barba & pallio, verbisque magnificis philoſophos agebant dicere ſolebat eſſe philoſophos ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν, id eſt, factis procul, verbis tenus. *Gellius, l. 17. c. 19.*

*Timotheus Cononis F.* quum floreret omnino rebus ſecundis, & facillime vrbes caperet, ſe fœlicem ac beatum eſſe prædicabat. Verum cum in Platonem philoſophum ſorte incidiſſet, hominemque philoſophantem diu audiuiſſet, omnia contemnens, in quibus fælicitatem conſiſtere vanâ opinione ductus, putauerat, proclamaſſe dicitur poſt Platonis diſputationem: O vitam vere beatâ ac fœlicem! Audiui Platonem diſſerentem non de diuitiis non de triremibus, aut nauticis rebus, neque de ſupplementis, aut quemadmodum auxilium eſſet ferendum, nec de tributo ſociorum, ſiue inſulanis, neq; de ſimilibus nugis ac næniis: ſed de illis quæ profitebatur Plato, quibus veram fœlicitatem (contemptis omnibus) aſſcribebat. *Ælian. l. 2. de var. hiſt.*

*Ariſtoteles*, percontanti, quid lucri cepiſſet ex philoſophia? Vt ea, inquit, nullo imperante faciam, quæ vulgus facit metu legum. Idiota à furto abſtinet, quia lex minatur pœnam: Philoſophus abſtinet, quia per ſe turpe eſt, etiamſi liceat impune. *Laertius libro 5. cap. 1.*

*Lacones.* Lacedæmonii literas quidem diſcebant ad vſum, cæteras vero diſciplinas exoticas eiiciebant: nec minus homines harum profeſſores, quam ipſos libros. Hæc autem erat illorum eruditio, bene parere magiſtratibus, patientem eſſe laborum, & in prælio aut vincere aut mori. Hoc animo fuerunt olim & Romanorum quidam, qui philoſophos Græcos vrbe pepulere, quod curioſis diſciplinis auerterent iuuentutem ad otium & ignauiam, redderentque ad diſſerendum quidem inſtructos, ad agenda vero Reipub. munia inutiles. *Eraſ. ex Plut. in Lacon.*

*Demonax*, rogatus à ſophiſta quopiam, Quod viaticum attuliſſet ad philoſophiam? Admodum Cynice reſpondit, ὀρχεῖς, id eſt, teſtes. Significans ſe nudum acceſſiſſe. *Eraſm l. 8. apoph.*

*Dionyſius iunior* poſteaquam regno fuit expulſus, cuidam dicenti, Quid tibi Plato & philoſophia profuit? Vt tantam, inquit, fortunæ mutationem facile feram. Neque enim ſibi manus admouit, quod alii ſolent: ſed Corinthi ludum literarium aperuit. *Plutarch.*

*Demetrius Phal.* cum exularet, ac Thebis inglorius humilisque viueret, audiſſetque Cratem philoſophum, qui ipſum inuiſeret, multa placide prudenterque de moderate ferendo exilio diſſerentem. Male ſit, inquit, negotiis & occupationibus, per quas hactenus talem virum non licuit cognoſcere. *Laert. l. 5. c. 5.*

*Philippus* Alexandrum filium hortabatur, vt auſcultaret Ariſtoteli, cui traditus erat inſtituendus, daretque operam philoſophiæ: Ne, inquit, multa committas, quæ me feciſſe nunc pœnitet. Perſpexit egregius princeps, neminem philoſophiæ expertem regnó idoneum eſſe, nec puduit fateri, ſe multa per errorem feciſſe peperam, quod à teneris vnguiculis philoſophiæ præceptis non fuiſſet imbutus. Nam qui experimentis diſcunt adminiſtrare regnum, licet ingenio fœliciſſimo nati ſint, tamen & ſero & magno Reipublicæ malo tandem euadunt boni reges. At qui philoſophiæ præceptis præmunitus accedit, ſi adſit, mens integra, vix poterit ab honeſto deflectere. *Plut. in apoph. regum & impera.*

*Alexander*, cum eſſet Corinthi, adiit Diogenem pro dolio ſedentem, cumque eo multa collocutus eſt: à quo digreſſus, indignantibus amicis, quod rex illi cani tantum habuiſſet honoris, [illegible] principi nec aſſurgere dignaretur: Imo, inquit, ni Alexander [illegible] Diogenes eſſe vellem. Adeo demiratus eſt animum [illegible] ac rebus humanis omnibus ſuperiorem, vt nihil regno [illegible] iudicaret. Pręcipua regum fœlicitas eſt, quod nulli [illegible] quid volunt, facile efficiunt: tum quod nullius egeant [illegible] pſum homini pręſtat philoſophia multo verius, quam [illegible] narchis. Quanquam Alexander maius quiddam exiſtimabat [illegible] regem eſſe. *Laert. l. 6.*

*Polycletus* dicere ſolebat, eorum opificium eſſe moleſtiſſimum [illegible] quibuscunque lutum perueniret ad vngues. Plaſtas opinor [illegible] los notans. Admonuit autem, eas artes exercendas, vnde [illegible] ſpurcaretur opifex. Tale nimirum eſt philoſophiæ ſtudium [illegible] *lib. 6. apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

*Nazianzeni:* Arbor quædam eſt fabuloſa, quæ [illegible] germinat, & contra ferrum decertat. Et ſi quid mirabilius [illegible] rabiliori dicere oportet, morte viuit, & abſciſſa pullulat, [illegible] ſumpta augetur. Hoc referunt fabulæ, & arbuſti illius [illegible] eſt. Mihi autem manifeſte videtur, tale quid philoſophum [illegible] qui per afflictiones clareſcit, & ex grauibus materiam [illegible] ac in aduerſis gloriatur, nec dextris iuſtitiæ armis extollitur [illegible] niſtris deprimitur, ſed ſemper ille idem, licet non eiſdem [illegible] tanquam aurum in fornace igne examinatum. *In orat.* [illegible] *reuerteret ex agro.*

*Auguſtini:* Quæ iſta eſt ſecunda plaga, Ranæ in abundantia [illegible] ranis hæretici intelliguntur atque Philoſophi. Habet [illegible] ſignatam philoſophorum vel hæreticorum prauitatem, [illegible] res ranarum loquacitatem. Ranę ſunt clamantes in paludibus [illegible] ſis per ſuperbiam, & inanes contentiones: ſtrepitum vocis [illegible] poſſunt, doctrinam veræ ſapientiæ non poſſunt inſinuare [illegible] Chriſtianæ veritati contradicunt, & in ſua vanitate [illegible] ſunt, tædium afferentes auribus non cibos mentibus. *De* [illegible] *tia decem præceptorum & decem plagarum, cap. 2.*

*Lactantij:* Cum ſæpe philoſophi per ignorantiam [illegible] ratione deſciuerint, atque in errores inciderint [illegible] ſolet his euenire, quod viatori viam neſcienti, & non [illegible] ignorare, vt vagetur, dum percontari obuios erubeſcit. *De* [illegible] *cap. 7.*

*Plutarchi:* Non quemadmodum paraſitus conuitio [illegible] à quibus alitur, ridet, ac nihil commouetur: Ita à philoſopho [illegible] henſus, debet eſſe affectus: ſed nec offendi oportet, nec [illegible] ter negligere. *in mor.*

*Vt tragœdi* in theatris: Ita philoſophus in ſcholis eſt [illegible] nempe ad finem vsque. *in mor.*

*Seneca.* Vt montium proceritas minus apparet [illegible] bus: vbi acceſſeris, tum apparet quam ſint in arduo: Ita [illegible] ſpicit, quam excelſus ſit animus philoſophi, quantumque [illegible] omnes humanas emineat, niſi propius contempleris, & [illegible] ad illum acceſſeris. *Apud Eraſm.*

*Plinij:* Aiunt Aſiæ & Græciæ balneatores, cum [illegible] pellere, carbonibus iniicere ſemen æræ: quod id [illegible] nes: Ita philoſophi quoties volunt à ſuis libris ſubmouere [illegible] indoctum, mathematicos quosdam numeros & figuras [illegible] ſcent, vt ex iis oborta vertigine capitis, librum abiiciant. *Libro* [illegible] *cap. 17.*

*Eraſmi Roterodami:* Vt auguria & auſpicia non valent, niſi [illegible] quærunt, & obſeruant: Ita præcepta philoſophiæ non mutant [illegible] hos qui meliores fieri ſtudent, & hoc animo ad legendum acceſſerint. *in Simil.*

*Vt Pſylli* in Africa, Narſi in Italia, non ſolum niſi non læduntur [illegible] ſerpentibus, verum etiam contactu ac ſaliua medentur aliis [illegible] clitantibus: Ita philoſophis non ſatis eſſe debet, ſi ipſi non [illegible] pantur vitioſis affectibus, verum oportet oratione aliis quoq; [illegible] ditates noxias eximere. *in Simil.*

*Chryſoſtomi*, quemadmodum ſepulchra extrinſecus ornata [illegible] teriorem illam faciem amoueris, cadauerum & exeſorum oſſium plena reperiuntur: Itidem in philoſophorum opinionibus, [illegible] verborum ſuperficie & ornatu, multa inania abſurdaque deprehenderis, maxime vbi de anima philoſophantur, nunc honore, nunc contumelia, nullo modo, modeſtiave adhibita, eam afficientes. *Hom.* [illegible] *in Ioan.*

*Baſilij:* Similes ſunt noctuæ oculis, qui in philoſophia [illegible] ſunt occupati: propterea quod noctu iſtius oculi acriter cernunt, ſole autem ſplendente perobſcure. Horum etiam mens ad [illegible] rum inanium contemplationem acutiſſima eſt, at ad veri [illegible] nis conſiderationem hebetiſſima & caliginoſiſſima. *Apud* [illegible] *ſerm. 17.*

*Nazianzeni:* Quemadmodum terra & cœlum nec non [illegible] & ſimilia, non ideo ſunt contemnenda, quia quidam male his [illegible] abuſi, pro Deo ea quæ Dei non ſunt, venerantes: Ita quicquid [illegible] litatis ex philoſophia percipi poteſt, id omne ad vitæ vſum [illegible] ctificare debemus: ita tamen vt periculum effugiamus & nequ[illegible]

qua[illegible]

…contra creatorem creaturam, iuxta inſipientes conciremus, …ificio opificem deprehendamus: & ſicut diuinus inquit A… …s, omnem intellectum Chriſto captiuemus. *In oratione fu… …de laudibus Baſilij.*

…doreti Epiſcopi: Sicut aues vocales humanam quidem vo… …itantur, non tamen intelligunt quid loquuntur: Ita philoſo… …itatem neſcientes prodiderunt. *Serm.* 1.

…lonis Iudæi: Sicut apud medicos quæ dicitur logöiatria, mul… …ſed vt ægrotos adiuuet: remediis enim & chirurgiis & diæ… …m verbis morbi curantur: Sic & in philoſophia, verba tantum …m venditant & venantur, vitam autem morbis refertam cu… …ec poſſunt, nec volunt, nec pudet eos à teneris annis ad vlti… …usq; ſenectutem ſententiales friuolas oppugnare, propugna… …tanquam felicitas in hominibus verbisque, & immodica ina… …curioſitate ſita ſit, ac non potius in componendis moribus. …de cogn. quaſt.

…loſophiæ rationem triplicem priſcos aiunt agro aſſimilaſſe, ita …uralem arboribus ſtirpibusque facerent ſimilem: Moralem …fructibus, propter quos ſunt arbores: denique rationalem ſepi …ceriæ. Quemadmodum enim maceria fructus plantasque a… …ſeruat, arcens irrumpendi nocendique cupidos: Ita & ratio… …pars philoſophiæ præſidium munitiſſimum eſt reliquarum …m, moralis atque naturalis. *De agricultura.*

…yrij Platonici: Sicut medici cum faſtidientibus ægrotis por… …nt ſaporis amari medicamentum, dulci ipſum liquore …ut, atque adeo ſalutarem amaritudinem tegunt: Sic etiam …iloſophia vetus, ſententiis ſuis, fabularum, carminum ac …ami ctu velatis, antiquos illos animos cepit, neque aliter …diſſimulata diſciplinæ moleſtia ad inſtitutionem illexit. …ep.

…thagoræ: Quemadmodum medicinæ nullus eſt vſus, niſi mor… …corporibus exterminet: Ita neque philoſophiæ, niſi animæ vi… …pellat. *Apud Stob. ſerm.* 80.

…geneis: Vt ignari nonnulli mel Ponticum guſtare volunt: gu… …autem ceu minime dulci amaroque ſuccenſentes, illico re… …: Sic aliqui curioſi philoſophorum, & præſertim Diogenis …dum facere volebant, à quibus redarguti, ſtatim dato tergo …*In diatribis & apud Stob ſer.* 11.

…tarchi: Vt apicula ex floſculis ſuccum mellis colligit, cum alii …delectentur, niſi colore & odore, Sic philoſophiæ ſtudioſus & ex …uenit, quod ad bene viuendum conducat, cum alii tantum …atedeliniantur. *in mor.*

*Quemadmodum* agricola ſylueſtribus ſecurim aut ignem ad… …ac funditus extirpat: vineas vero, atque oleas, amputat cau… …circumſpecte, ne forte ſuperuacua reſecans, lædat & id quod …eſt: Sic philoſophus ex animo iuuenum libidinem, auari… …inuidiam penitus reuellet: cæterum pudorem immodicum …emendabit, ne ſimul omnem euellat verecundiam. *In Mo… …*

…*latera* non poteſt conſiſtere, ſed aut in hanc, aut in illam ver… …item: Sic in philoſophia, qui non proficit ad bonam men… …reuoluitur ad malam mentem. *In mor.*

…*adhortantur*, & excitent ad philoſophiam, nec docent nec …eam, perinde faciunt, vt ii qui præmungunt lucernam, nec …dunt oleum. *in moral.*

…*madmodum* Anacharſis dixit, Athenienſes ad nihil aliud vti …, niſi ad numerandum: Ita quidam vtuntur philoſophiæ …pis tantum vt oſtentent. *in moral.*

…*fodit* puteos, qui fontes habet, aut nouit: Sic non petit aliun… …cunque conſilium, qui ipſe didicit philoſophiam. *In Mora…*

…in cauſa nihil tribuens amori, tantum rem perpendit, ac ſe… …m eam pronunciat: At in audiendis philoſophis multis lapſi… …de fauendum eſt. Vnde veteres iuxta Mercurii ſtatuam, …rum item ponere ſoliti ſunt. *in moral.*

…*curatione* non ſentitur morbi leuamen, niſi ſincerus habi… …ducant: Sic in philoſophia non proficitur, niſi paulatim ali… …decedat de ſtultitia, donec in alium mentis habitum proficiat. …*or.*

…*Philoſophiæ* ſtudio, ceu per metamorphoſin quandam, qui… …velut aues facti conferunt ſe ad contemplationem naturæ: qui …ceu catelli ad rixas & morſus ſophiſmatum & quæſtiuncula… *in mor.*

…*nauem* fregit, tamen ſpe vehitur: nam fieri poteſt, vt corpus …in terram deferatur: At qui excidit à philoſophia, totus periit. …*or.*

…*vaſis*, cum explentur liquore, aer expellitur: Sic qui profece… …in philoſophia, veris implentur bonis, ac minus iam glorian… …barba & pallio, minusque ſeueri ſunt in alios in ſeipſos durio… *in mor.*

*Qui ſubinde* ſubſiſtit in via, minus proficit: At in philoſophia et… …relabimur in malitiam, intermiſſo ad honeſta curſu, ceu nauis, …acta æſtu. *in mor.*

*Vt ad lineam* applicandus eſt lapis, non ad lapidem linea: Sic vita ad philoſophorum decreta corrigenda eſt, non ea ſunt ad mores noſtros trahenda *in moral.*

*Menedemus* aiebat multos nauigare Athenas, qui primum eſſent ſapientes, deinde fieri philoſophos, id eſt, ſapientiæ ſtudioſos, deinde rhetores, poſtremo idiotas: Sic in philoſophia quo magis profeceris, hoc minus turgebis faſtu. *in mor.*

*Vt non* medentur, qui vendunt pharmaca: Ita non ſunt philoſophi, qui quicquid è philoſophia ſumpſerint, id transferunt ad oſtentationem. *in mor.*

*Senecæ*: Quomodo multum inter auaritia & pecuniam intereſt, cum illa cupiat, hæc concupiſcatur: Sic inter philoſophiam & ſapientiam. *Lib.* 2. *epiſt.* 90.

*Vt ſemina bona* ſi in ſolum bonum inciderint, ſimilia origini proueniunt, eadem humis ſterilis ac paluſtris necat: Sic philoſophiæ præcepta, ſi in bonum, aut prauum animum inciderint. *Apud Eraſm.*

*Philoſophus* etiam eloquens perinde eſt quaſi bonus gubernator etiam formoſus ſit. *Apud Eraſ.*

*Vt primum* eſt expurganda bilis, vnde naſcitur inſania, deinde monendus homo: alioqui qui furioſum admoneat quomodo debet procedere, quomodo ſe gerere in publico? furioſior fit ipſo furioſo: Sic primum animus eſt liberandus falſis opinionibus, poſtea tradenda præcepta philoſophiæ. *Apud Eraſm.*

*Vt puerorum*, dum primum diſcunt ſcribere, digiti tenentur, & aliena manu per literarum ſimulachra dicuntur: Poſt iubentur imitari propoſitum: Sic primum animus ad præſcriptum adiuuetur oportet, donec incipiat per ſe philoſophari. *Apud Eraſmum.*

*Vt in corpore* latet animus, vnde vim & impetum ſumant omnia: & myſteria, quæ eſt ſacrorum pars optima, non patent, niſi initiatis: Ita philoſophiæ præcepta nota ſunt omnibus, id vero quod in ea eſt optimum, latet. *Apud Eraſm.*

*Alia remedia* cum adminiſtrantur triſtia, poſt ſanitatem denique delectant: Philoſophia pariter ſalutaris eſt & dulcis. *Apud Eraſm.*

*Lana quosdam* colores ſtatim imbibit, quosdam non niſi ſæpius macerata & recocta Sic alias diſciplinas ingenia cum accepere, protinus præſtant, Philoſophia niſi alte deſcendit, & diu ſedit, non colorabit animum. *Apud Eraſm.*

*Ciceronis:* Vt medici toto corpore curando, minimæ etiam parti ſi condoluit, medentur: Sic philoſophia, cum vniuerſam ægritudinem ſuſtulerit, tamen ſi quis error aliunde extitit, ſi paupertas momordit, ſi ignominia pupugit, ſi quid tenebrarum offundit exilium, ſemper ad eundem fontem reuertendum eſt. *Libro* 3. *Tuſc quaſt.*

*Dictamnum* herba ſagittas educit è corpore, hanc cerui monſtrauêre: Ita philoſophiæ ratio, fortunæ iacula eximit animis. *Lib.* 25. *c.* 8. *& Theophraſt. l.* 9. *c.* 16.

*Lauri baccæ* amaræ quidem ſunt, ſed ſaluti conferunt: Ita philoſophiæ præcepta, ſalutaria magis quam blanda ſunt aut iucunda. *Lib* 16. *c* 30.

*Vt acetum* acre quidem guſtu, ſed aduerſus ſerpentium ictus mire valet: Ita præcepta philoſophiæ auſtera quidem illa, minimeque blanda, ſed contra peſtiferas animi cupiditates remedium adferunt præſentaneum. *Lib.* 23. *c.* 1.

*Sicuti naſturtium* ad venerem quidem reddit ſegniorem, ſed animi vim acuit: Ita philoſophiæ ſtudium, corporis curam ac vigorem, ad animi vigorem traducit, vt hoc plus ſapiat homo in rebus æternis, quo magis ſtupet ad iſta corporea, craſſaque. *Libro* 20. *cap.* 13.

*Politiani*: vt non ex omni ligno, veteri prouerbio, Mercurius fingitur: Ita profecto non cuiusvis naturæ eſt intima philoſophiæ adyta penetrare. *In præfatione in Charmidem Plato.*

*Vt medicina* corpus: Ita animum curat philoſophia. *In Lamia.*

*Quemadmodum* in corpore viſus, quanquam ipſe opus nullum peragit, dum tamen aut indicat vnumquodque, aut iudicat, ita opifices iuuat, vt non plus manibus debere illi, ſe quam oculis ſuis ſentiant: Ita philoſophia licet nihil agat, & contemplationi tantum vacet, modum tamen præſcribit officio. *In Lamia.*

*Ioannis Pici Mirandulæ:* Quemadmodum marmorea domus picturam non recipit, ſi opus albarium ſuperinduxeris: ſic autem adimes de dignitate, de pulchritudine, Non aliter & ſapientia, & quæ tractantur à philoſophis, tectario non clareſcunt, ſed offuſcantur. *In epiſtol. ad Hermolaum Barbarum, quæ eſt inſerta Politiani epiſt. l.* 9.

*Solent qui theſauros* occultare volunt, ſi non datur ſeponere, quisquiliis integere, vel ruderibus, vt prætereuntes non deprehendant, niſi quos ipſi dignos eo munere iudicauerint: Simile philoſophorum ſtudium, celare res ſuas populum: à quo cum non probari modo, ſed nec intelligi illos deceat, non poteſt non decedere, habere aliquid, quæ ipſi ſcribunt, theatrale, plauſibile, populare: quod demum multitudinis iudicio accommodare ſe videatur. *In epiſtol. ad Hermolaum Barbarum, quæ extat in Politiani epiſt. l.* 9.

*Iacobi Sadoleti Epiſcopi*: Quod ſol iſte oculis, veritas mentibus lucem & diem adfert: atque hic facit vt res, quales ſunt, tales etiam cernantur, illa, vt quod ſunt, id illud ipſum ſint. Sed hoc lumen & proprie & proxime philoſophia ipſa ſectatur: omnemque ſitam curam, omnem operam, ſtudium impendit in eo, vt huius luminis percipienda veritate fiat compos: quod cum apprehenderit, ſuumque & proprium tenuerit, iam ipſa in luce & veritate habitans, attollit in altum circumcirca errantibus, vt communicatione lucis illi admoniti, minus ruant in tenebris, minus perturbentur, in quo maximus eſt concurſus mortalium, maxima varietas, hi enim quanquam luminis aliqua ex parte participes, vmbris tamen plurimis impediti atque impliciti, quæ quo longius abſunt ab editiore lumine, hoc volitant maiores ſæpiſſime falluntur in eo quod appetunt, & pro bonis mala ampleſtuntur: cumque ſe pedem tuto ponere exiſtimauerunt, labuntur præcipites. Hoc lumen, quod eſt ſua cuique ratio, certiſſimis ſcientiis ac doctrinis illuminata, & ſibi ipſa in omni conſilio actioneque prægrediens, neque alieno indigens ductu, philoſophia ipſa continet: ad quam quod ſit rectum iter, tertia mox noſtræ inſtitutionis pars indicabit. Sed vt hoc lumine & maxime veritas eſt, ſic in illo genere poſteriore virtutis, quod diſciplina & monitis diximus comparari, quemadmodum luminis, ita & veritatis radius quidam ineſt: non principem, ſed accerſitam lucem, &c. *Lib. de recte inſtituendis lib. fol.* 68.

*Roterodami*: Vt pyrites gemma non aperit vim igneam, niſi ſi atteras, tum enim digitos adurit: Ita quorundam malitiam non ſenties, niſi cum illis conſuetudinem aut commercium habueris: aut non ſentias philoſophiæ vim, niſi exercueris. Ita ſuccina attritu vim attrahendi & odorem produnt. *in Simil.*

*Vt Democrates* medicus Conſidiæ mulieri, omnem curationem auſteram recuſanti, lac caprarum dedit, quas lentiſco paſcebat: Sic iis qui prorſus à tetricis philoſophiæ præceptis abhorrent, fabellæ quædam amœniores proponendæ, ſed quæ philoſophiam reſipiant. *in Simil.*

*Vt aqua* maris in imo dulcior eſt, quam in ſummo: Ita quo altius penetres in philoſophiam, hoc minus habet amaritudinis. *In Simil.*

*Sicuti* qui morbo laborant regio, iis mel cæteris dulciſſimum, amarum eſt: Sic ſapientiæ præcepta piis iucunda, triſtia ſunt iis, qui prauis affectibus corrupti ſunt. *in Simil.*

*Fraxinum* campeſtrem in tantum horrent ſerpentes, vt nec matutinas, nec veſpertinas illius vmbras quamuis longiſſimas, vnquã attingant, & ſi gyro frondibus huius arboris claudatur ignis & ſerpens, citius in ignem fugiet, quam in fraxinum: Ita nihil conuenit vitiis & ſtudio ſapientiæ, ſub cuius vmbra quiſquis ſe continuerit, tutus erit ab huius vitæ venenis. *in Simil.*

*Hedera* pota neruis nocet, eadem foris adhibita prodeſt: Sic Philoſophiam ſi penitus imbibas, nocet ad pietatem: ſi leuiter & veluti foris admoueas, prodeſt ad eruditionem. *in Simil.*

*Vt vino* non eſt aliud corporis viribus vtilius, ſi recte vtaris: nec eodem eſt quicquam pernicioſius, ſi modus abſit. Ita philoſophia ſalutaris res eſt, ſi modice adhibeas: peſtilentiſſima, ſi eius ſtudio temulentus, à communis vitæ muniis reddaris alienus. *in Simil.*

### ¶ ADAGIA.

Neque literas, neque natare nouit.
*Conſule tit. Ignauia. Inſcitia.*
Philoſophari. φιλοσοφεῖν. *Iſocrat.*
*Qui ſententias ſerias dicunt, Græcis dicuntur* φιλοσοφεῖν.

### ¶ EXEMPLA PROFANA.

*Socrates*, cum ſpectris, fabulis & ſuperſtitione refertam accepiſſet à Pythagora & Empedocle philoſophiam: atq; ad miram inſaniam perductam, aſſuefecit in rebus ipſis prudentiam quærere, & ſobria ratione perſequi veritatem. *Plut. in Socr. dæmonio.*

*Fridericus II. Imper.* libros Ariſtotelis omnes, & pleraque alia, in ſacris & profanis literis, vniuerſamque philoſophiæ ſuppellectilem, ex Græco atque Arabico ſermone, per interpretes doctiſſimos vertendam curauit, & Academiis legendam exhibuit. Quibus rebus ſe à teneris vnguiculis oblectatum fuiſſe profitebatur. *Auent. l. 7. Annal. Boiorum.*

*Ergamenes Rex Æthiopum* Græcis doctrinis & philoſophiæ deditus fuit. *Diod. l. 3. c. 1.*

*Scythæ* philoſophos præſtantiores Taraboſteſcos: item Phileatos olim appellabant: è quibus ſacerdotes ac reges Ægyptiorum more creare conſueuerant. *Bonfinius l. 2. Dec 1.*

*Abderitæ*, cum ciuem ſuum Democritum ob conſumptum patrimonium ampliſſimum multare decreuiſſent: poſteaquam philoſophiæ eius admiranda dogmata, in quæ opes tantas inſumpſiſſet, cognouêre, laudatum dimiſêre. *Athenæus, l. 4. c. 20.*

*Philippus Macedo Alexandro* filio iuſſit, vt audiret Ariſtotelem, & philoſophiæ vacaret ne, inquit, multa admittas, quorum me admiſſorum pœnitet. *Plut. in apoph.*

*Dionyſius ſuperior*, poeticæ admodum deditus, philoſophiam ſpernebat. Itaq; Platonem quoq; in paruo habuit pretio. [illegible] *Dione, & Cælius l. 22. c. 17.*

*Saluſtius* à philoſophia dehortabatur adoleſcentes [illegible] cauſa: ſiue vt magiſtros offenderet, illorumque odio [illegible] ſcholis inſidiaretur: ſiue quod magnitudinem illius vitæ [illegible] reputans, omnes eo mortales inferiores ducebat. *Suidas.*

### ¶ EMBLEMA.

Quæ ſupra nos, nihil ad nos.
Emblema CII. Andr. Alciati.

*Caucaſia æternum pendens in rupe Prometheus*
*Diripitur ſacri præpetis vngue iecur.*
*Et nollet feciſſe hominem: figuloſq; peroſus*
*Accenſam rapto damnat ab igne facem.*
*Roduntur variis prudentum pectora curis,*
*Qui cæli affectant ſcire Deumq; vices.*

*Vide Doctrina, Diſciplina, Inſtitutio:*

# Phyſiognomia.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PHyſiognomia, vel vt alii malunt, Phyſiognomonia, [illegible] μονία, vel φυσιογνομία, vel φυσιογνωμοσύνη, [illegible] gnoſcendi ſeu iudicandi de natura. Scientia [illegible] num ex aſpectu corporis ac præſertim vultus cognoſcitur. [illegible] *cus Stephan. Theſaur. Græcæ ling. T. 4. c. 279.* De qua [illegible] ris extat libellus inter Ariſtotelis opera.

Phyſiognomia cum y Græco ſcribitur, dicitur ad verbum [illegible] ræ regula. Nam *teſte Gellio*, id verbum ſignificat mores [illegible] hominum coniectatione quadam, de oris & vultus & ingenii [illegible] que totius corporis filo atque habitu ſciſcitari. [illegible] *lit. P.*

Phyſiognomiæ ars quædam eſt, tum quia [illegible] conſequi corpori talem formam, quia ſcientes circa [illegible] que animalium ex forma poſſunt conſiderare. *Ariſt.* [illegible] *cap. 1.*

Phyſiognomones priores iuxta tres modos aggreſſi ſunt [illegible] ſciplinam, quiſque iuxta vnum. Alii ex generibus anima[illegible] nentes ſecundum vnumquodque genus figuram animalis [illegible] animam, alii in talibus corpori ſimilem habenti corpus & [illegible] ſimilem putabant. Alii autem quidam faciebant, [illegible] mnibus animalibus experiebantur, ſed diſtinguebant [illegible] num genere ſecundum gentes quæcunque differunt ſecundum [illegible] ſus & mores: vt Ægyptii, Thraces & Scythæ: Quædam autem [illegible] bus à parentibus, quales mores diſpoſitionem ſequunt: [illegible] autem vnicuique mores iracundo, coeunti, & in vnaquaque [illegible] paſſionum. *ibid cap. 2.*

Phyſiognomizantes ex feris non recte ſignorum [illegible] ciunt: non enim eſt vtique dicere percurrentem formam [illegible] iuſque animalium, quod quicunque vni ſimilis huic corpore [illegible] anima ſimilis erit. *Ariſt. Phyſiog. c. 2.*

Phyſiognomizanti ſigna communia nihil manifeſtabunt [illegible] *dem.*

Phyſiognomia eſt circa naturales paſſiones eorum quæ [illegible] intellectu, & eorum quæ ſuper acquiruntur, quæcunque [illegible] nientia transmutant ſigna eorum, quæ phyſiognomizantur. [illegible] *cap. 3.*

Phyſiognomiæ ſigna accipiuntur ex motibus, ex figuris, ex [illegible] ribus, & ex moribus in facie apparentibus, & ex lenitate, ex [illegible] carne, ex parentibus: & ex figura totius corporis. *ibid.*

Phyſiognomizantis vnus eſt modus, nullus autem aggreſſus [illegible] Vt ſi neceſſe ſit iracundum, & triſtem, & paruum ſecundum [illegible] inuidum eſſe, & ſi non ſint inuidi ſigna: ex illis tamen [illegible] contingat vtique phyſiognomi, & inuidum inuenire, maxime [illegible] dem, quando talis proprius modus fuerit eius, qui philoſophia[illegible] fuerit: poſſe enim quibuſdam exiſtentibus neceſſe eſſe [illegible] putamus philoſophiæ, quod eſt, quando contraria ſunt [illegible] paſſiones, phyſiognomoniſare etiam mala. *ibid.*

Phyſiognomi potiſſimum eſt, quando ſigna non ſunt [illegible] ſed ſub contrariantia, nihil ponere, niſi ſint diſcrepantium [illegible] quædam quibuſdam credibiliora. Et maxime quidem in [illegible] ſed non in toto genere referre decet: ſimiliora enim ſunt [illegible] non enim totum genus hominum phyſiognomizamus, ſed [illegible] dam eorum, quod in genere. *Ariſt. Phyſiogn. cap. 5.*

Phyſiognomiæ ſigna principaliſſima ſunt, quæ in principaliſ[illegible] ſimo ſunt loco qui eſt circa oculos, frontem, caput & faciem. [illegible] cundus circa pectus & humeros. Conſequenter circa crura & [illegible] dis, [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…rca ventrem minimus. Omnino autem, vt ſic dicam, iſta …feſtiſſima ſigna præbent: in quibus & prudentiæ plurimæ …paret. *ibid. c.* 10.

…ſiognomiæ tota ſcientia eſt in hoc, vt per ſigna & paſſiones …amus. *Alb. Mag in prior.*

…ſiognomia non imponit neceſſitatem hominibus, ſed …onem oſtendens ex ſanguine, & ſpiritu, quæ retineri …freno rationis. *De anim. libro primo, tract ſecundo, capite* …

…ſiognomia primo ſexus differentiam ſcrutatur. *ibid.*
…ſiognomiæ perfectio principaliter in oculis conſiſtit. *ibidem,* …

…ſiognomiæ vnum eſt fundamentum, quod illius animalis …cipit operationes, cuius in vno, vel plurimis membris acci… …ram *Ethic. c.* 1. *tract.* 7. *c.* 2.

…ſiognomi debent conſiderare principalia, in quibus animæ …ales conueniunt operationes, vt diſpoſitio capitis in cranio, …ſunt cellularum diſtinctiones, ſcilicet ſenſitiuæ, & ſyllogiſti… …memorialis & motiuæ: & ſicut eſt in dextro, & ſiniſtro, per quæ …corpus mouetur: & ſicut eſt in diſpoſitione manus, quæ eſt …entum intellectus practici. Nam talium enormis turpitudo; …ura ſit frequenter iudicat animi peruerſitatem. *Alb. Magn.* …*tract.* 2. *c.* 2.

…notarum ſignorumque in corpore humano ſenſibus ſubie… …plura ſunt ac diuerſa genera, ſic artium quæ illa conſide… …mant, atque interpretantur, non vnum genus. Aliæ notæ …am aut affectam valetudinem referunt ac declarant. Aliç con… …m toti corpori, vel præcipuis partibus, temperiem, naturæq; …ac firmitatem, vel languorem atque imbecillitatem dete… Aliæ inſitas à prima origine inflexiones propenſioneſque, ad …morum, actionum, ſtudiorum, affectuum, genera; vel abditos …rum ſenſus affectioneſque & à natura conſtitutiones ac con… …iones arguunt, & ceu aperiunt ac produnt. Aliæ, naturæ du… …que impulſus, ad euentus proſperos aut contrarios, præſenſio… …e & vim futuri præſagam patefaciunt. Σημειωτικὴ, id eſt, conie… …ex ſignis, ſanitatis aut inualetudinis ſigna penſitat & exami… …de tempore totius ac partium ſingularium iudicium fert ac …, Ονειροπολία, præſagientia declarat ſomnia, & quæ illa …ntur, ſcrutari ſtudet atque explanare. De animorum mori… …conſtitutione atque inclinatione, coniecturam facit, ex notis …motibus, in toto corpore ſingulisque partibus φυσιογνωμονία, id …turæ notatio & conſideratio. Hæc naturales animæ affectio… …ide accidentia quæ interueniunt & Phyſiognomonica ſigna …attente conſiderat ac expendit. Signa quorum iudicio du… …perducimur ad cognitionem affectionum ex oculis abſcon… …m commemorat Ariſtoteles, his verbis. Ex motibus de na… …que & ingenio coniectant, & ex figuris, tum ex coloribus; …oribus, qui in facie apparent, & ex leuitate, & ex voce, & ex …, & ex partibus & effigie totius corporis. Ac ſunt in vniuerſum …modi, quæ dicunt Phyſiognomones de vniuerſis generibus …

Zopyrus phyſiognomiæ peritiſſimus, Socratem, cum habitum …ris inſpexiſſet, vt legimus apud Ciceronem & alios, ſtupidum …nciauit & bardum, quod iugula concaua non haberet, addidit …m mulieroſum. Tunc Alcibiades cachinnum ſuſtuliſſe dicitur, …in Socrate nihil horum eſſet obſeruatum. Nam & errata natu… …mendarat, & ex naturalibus cauſis nata vitia edomuerat ac com… …erat voluntate, ſtudio, diſciplina, ad eum modum vt nemo vn… …in eo vllum eorum veſtium viderit. Nouimus ipſi quoſdam …lationum artifices, qui cum res poſcebat, exuere naturam pri… …, & aſſumere nouam, eamque tanta fingere calliditate pote… …, vt connatam quis non aſcitam eſſe putaret. Cæterum cum …, aut conſuetudine acquiſita, aut conſilio ſuſcepta, impediant …icia de naturalibus; recte monet Ariſtoteles, ne ex vno ſigno …quam temere quis affirmet, ſed inquiſitis collatiſque pluribus …oret quæ conſentiant, quæ diſcrepent, quæ idem arguant, quæ …rarium declarent. Si omnia vel plurima vni ſignificato ſuffra… …ur, certius pronunciari poſſe: Si vnius cæterorumve monitis …tera refragentur, cohibendam eſſe aſſertionem. Verum hæc ad di… …ationes ipſas pertinent.

### ¶ Apophthegmata.

*Zeno Citticus* videns adoleſcentem: Animi tui veſtigia, inquit, …a explorata ſunt mihi. Notans hominis laſciuiam, In Græco au… …m pluſculum eſt gratiæ: θυμὸς enim non tantum animum ſigni… …, ſed animi etiam concitationes. *Laertius libro ſeptimo, capite* …*imo.*

*Diogenes* interrogatus de quodam adoleſcente, qualis vide… …ur? Arcadem eſſe reſpondit. Siue ſignificans, illum eſſe ſtu… …do ingenio: ſiue, vt eruditi quidam malunt, mollem & pathi… …m, quod Arcades feruntur glandibus victitare, teſte epigram… …mate,

Πολλοὶ ἐν ἀρκαδίῃ βαλανοφάγοι ἄνδρες ἔλασιν.

Glans autem apud Latinos interdum obſcœnam habet ſignificationem. *Eraſ. Rot. l.* 8. *apoph.*

*Stratonicus* muſicus cum eſſet Pellæ, & in puteum deſcendiſſet, rogauit, num eſſet aqua potabilis? cum dixiſſent, qui aquam hauriebant. Nos iſtam bibimus: Non eſt igitur, inquit, potabilis, quod illos videret pallidos, luridoſque. Nam id interpretabatur malæ valetudinis argumentum, quam ex aqua contraxerant. *Athen.*

*Cleanthes*, Hominis mores ex conſpectu deprehendi poſſe dicebat. Verum cum philoſophum (qui hoc audierant) cuperent, hominem cinædum, ſed multis laboribus ab ineunte ætate exercitatum adducunt, vt artis ſuæ ſpecimen ederet. Cleanthes igitur, cum hominis faciem, item manus calloſas, & ſole aduſtas vidiſſet, & aliquandiu ſiluiſſet, iuſſit hominem abire foras. Ille cum diſcederet, ſternutamento concuſſus eſt. Quo audito, Cleanthes, ait, Satis naturam hominis intelligo, mollis eſt. Non enim facile ſternutant, qui ſub dio laborant. *Laert. lib.* 7. *cap.* 2.

*Anonymus.* Chalcidenſis quidam, qui cum Orobazo deſcenderat, Syllæ vultum ſæpius contemplatus, & ingenium motumq; corporis inſpiciens: Neceſſe eſt, ait, hunc fieri magnum virum, mirorq; quod omnium adhuc primus non ſit. *Plut.*

### ¶ Similitudo.

*Roterodami*: Vt ſunt quidam fontes, qui potu pecudum, atque etiam hominum cutem & pilos tingunt albo nigrove: Ita elucet etiam in ipſo hominis vultu, & fronte quod aiunt, quibus præceptis imbutus ſit, & quibus ex authoribus hauriat vitæ rationem. *In Similibus.*

*Vide Natura.*

---

# Pictor.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Pictor, Græce ζωγράφος, γραφεύς, έος, ὁ, eſt formarum iudex *Plato in Theot.* Hebr. verbum *Chakak*, effigiauit, delineauit, deſcripſit, conſtituit ſeu ſtatuit imaginem & formas: dicitur non tantum de picturis imaginum, ſed etiam de ducendis literarum & omnium rerum lineamentis. Significatione congruit cum *Chikkah* & *Chok*. id eſt, effigiauit, conſtituit effigiem. Hinc εἰκάζω, εἰκονίζω, effigio, εἰκὼν effigies. Inde *Mechakkeh* pictor, qui pingit quicquid libet, vude Horatii dictum in Arte, *Pictoribus atq; Poetis, Quidlibet audiendi ſemper fuit æqua poteſtas.* Iisdem verbum *Kalahh* ſignificat torquendo cauauit, cauam imaginem fecit, cælauit, in ære argentove, aut etiam in ligno vel ſaxo ſculpſit, pinxit, 1. Reg. 6. 32. *Kelahhim* cortiuæ, vela, tapetes *Mikklahhoth*, cælaturæ, imagines, *Koleahh* pictor, ſculptor, acu pictor.

Pictor eſt imitator eius quod opifex facit: *Idem de Republ. dialog.* 10. Multa vident pictores in vmbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. *Cic.* 4. *Acad.*

### ¶ Sententiae Philosophorum.

Pictor non minus bonus eſt qui de picto exemplo qualis pulcherrimus homo fuerit, & omnibus in pictura ſatis expreſſis, demonſtrare non poſſit etiam fieri poſſe vt talis vir extet: ſiç nos de ciuitate non recte dicere putes, ſi non poſſumus demonſtrare fieri poſſe, vt ciuitas ita habitetur vt à nobis dictum eſt *De Republ. Dial.* 5. *Plato.*

Picturas cum intuemur, procul aſpicimus, cur colores partim cauo, partim deuexo repræſentantur? Si prope, eodem in plano omnes videmus: quia vis conſpiciendi quoties in longum extenditur, langueſcit: & partem albiorem deuexam videt, nigriorem cauam. *Alex. Aphrod. prob. l.* 1. *num.* 49.

Pictura non reſpicit ad id quod eſt: ſed ad id quod videtur. *Plato dial.* 10. *de Repub.*

Pictor ſutorem ac cæteros artifices imitatur, etiamſi de ſutoria arte nihil intelligat: at iis, qui non intelligunt, ſutor eſſe videtur. *Plato, de Republ. dial.* 10.

Pictura in totum imitatoria, cum procul à veritate abeſt, ipſius opus amat, & cum quadam in nobis parte procul à ſapientia remota conuerſatur, ipſique ſocia ac amica eſt, ob nihil ſani aut veri. *ibidem.*

Pictorum ars in ſingulis animalibus pingendis nullum alium finem habere videtur, quam vt colores inducat, & deducat, aut quomodocunque id pictores appellent & nunquam ab exornando ceſſerit,

ſerit, donec nullum aliud incrementum ſuperſit, vt pulchriores picturæ fiant. *Idem Plato de leg. dial. 6.*

Pictura eſt poeſis tacens: & poeſis eſt pictura loquens. *Franc. Patric. de Repub. l. 1. c. 10.*

## ¶ Apophthegmata.

*Diogenes* conſpiciens duos centauros pugnantes in tabula peſſime pictos. Vter, inquit, horum deterior eſt? Notans pictoris imperitiam: quaſi dubitaret vter eſſet deterius pictus. Vſus eſt autem voce ambigua: nam χείρων & peior dicitur & in pugna inferior. *Laert. l. 6. Bruſ. l. 5. c. 23.*

*Anonymus.* Quidam conſpectâ tabulâ, quæ picturam habebat quomodo Lacedæmonii trucidarentur ab Athenienſibus: dixit, Fortes Athenienſes. Id Lacon audiens, ſubiecit: in tabula. Significans, ridiculum eſſe de pictura gloriari, quod ea non minus mentiri ſoleat, quam poetæ, *Plut. in Lacon.*

*Apelles* videns tabulam à Protogene pictam quam Demetrius in bello ſeruârat deprecantibus Rhodiis: aliquandiu præ ſtupore tacitus eam eſt contemplatus, tandem in hanc vocem erupit: Ingens labor, ac mirandum opus: deſunt tamen Gratiæ, quæ hoc aliaque eiusdem auferant, atque in cœlo reponant, eam tabulam Protogenes nondum abſoluerat. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Idem* tempeſtatis vi Alexandriam delatus, quidam eius æmuli ſubornarunt planum, hoc eſt, ſcurram regium qui eum vocaret ad cœnam. Is non ſuſpicans dolum, venit. At quum rex, qui illi erat infenſus, indignaretur, & oſtenſis vocatoribus iuberet indicari à quo vocatus eſſet: Apelles arrepto carbone extincto foculo, imaginem delineauit in pariete, vt rex protinus ex inchoato opere agnoſceret planum ſuum. Eadem opera & artis ſuæ & ciuilitatis ſuæ ſpecimen dedit. Sit hoc, ſi libet, apophthegmatum. *Bruſ. l. 5. c. 25. ex Plinio & Luciano.*

*Idem* Alexandrum Fulminiferum pinxit, adeo expreſſe, vt diceretur: Deorum Alexandrorum; alterum Philippi nullis viribus vincibilem, alterum Apellis nullo artificio imitabilem. *Bruſon. ex Plutarch.*

*Anonymus*, Pictor quidam interrogatus, quem habuiſſet artis magiſtrum? digito populum oſtendit: Sentiens, ſe ad multitudinis iudicium pingere: & obſeruantem, quid quisque probaret aut improbaret, artem fuiſſe conſequutum. Idem ab Apelle factitatum legimus, qui poſt tabulam latitans, ſubauſcultabat ſpectatorum cenſuras. *Eraſm. l. 8. apoph.*

*Zeuxis* certamen artis exercuit cum Parrhaſio. Quum enim Zeuxis tam ſcite effinxiſſet vuas, vt in ſcenam aues aduolarent, Parrhaſius detulit linteum pictum, ita veritate repræſentata vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret, tandem remoto linteo oſtendat picturam. Mox intellecto errore. Viciſti, inquit, Parrhaſi. Nam ego aues fefelli, tu artificem. *Bruſ. l. 5. c. 23. ex Plinio.*

*Idem* poſtea pinxit puerum vuas ferentem, ad quos quum aues aduolaſſent, proceſſit iratus operi: vuas, inquit, melius pinxi quam puerum. Nam ſi hoc conſummaſſem, aues puerum timere debuerant. Ingenuitatis exemplum. At aues viderunt in puero nullum eſſe motum: itaque aut mortuum, aut dormientem arbitratæ ſunt. *Plin.*

*Idem* Agatharcho ſe laudante quod animalia facile celeriterque pingeret, damnans celeritatem: Ego vero, inquit, Diu. *Plin.*

*Protogenes* Rhodi viuebat. Eò Apelles videndi eius gratiâ profectus eſt: continuoque petit officinam, in qua tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anicula quædam cuſtodiebat. Ea Protogenem negauit eſſe domi, rogauitque à quo quæſitum diceret reuerſo? Ab hoc, inquit Apelles, arreptoq; penicillo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis, per tabulam. Reuerſo Protogeni quæ geſta erant anus indicauit. Ac lineam ille contemplatus, continuo dixit. Profecto Apelles Rhodum venit: nec enim in alium cadit tam abſolutum opus. Mox induxit alio colore lineam illa ſubtiliorem: anuique mandauit, vt ſi rediret hoſpes, diceret oſtenſa linea, hic eſt quem quæris. Reuerſus Apelles, & vinci erubeſcens, tertio colore lineas ſecuit, nullum relinquens amplius ſubtilitati locum. Protogenes victum ſe confeſſus, in portum deuolat, hoſpitem quærit, domumque ducit victus victorem. Ex minimo veſtigio artifex agnoſcit artificem. *Plin.*

*Demetrius* quum Rhodum obſideret, & in ſuburbio cepiſſet tabulam quandam, Protogenis clariſſimi pictoris opus, in qua pinxerat Ialyſum, id eſt, Bacchum, Rhodiis per caduceatores obſecrantibus vt tabulæ parceret, reſpondit: Se citius patris imagines quam eam picturam obliturum. Tantum honoris habuit arti rex. *Plut. in Demetrio.*

*Anonymus.* Romæ in foro pendebat tabula quædam, habens imaginem paſtoris vetuli cum pedo, de hac Teutonum orator rogatus, quanti eam æſtimaret? ſatis Germanice reſpondit, ſe nolle ſibi dono dari talem viuum ac verum. Barbarus non agnouit artificium, tantum ſpectabat formam. Atqui quæ natura deformia ſunt, plus habent & artis & voluptatis in tabula. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Nealces.* Arato deſtinanti tyrannorum communi odio abolere tabulam inſignis artificii, quæ Ariſtratum in curru victorem ... bat: Nealces ſupplex interceſſit, vt opus incolume ſeruaret ... cum tyrannis, non cum tyrannorum imaginibus belligeraret ... ſe. *Eraſm. l. 6. apoph.*

# Pietas.

## ¶ Definitio et Etymol.

Pietas, Græce εὐσέβεια, ας, ἡ, & εὐσεβής, έος, ὁ, ἡ, pius dicitur ... tem pietas, iuſtitia aduerſus Deos. *ſecund. Cice. lib. 1. de ... Deorum.* Pietatem Dei erga nos, miſericordiæ, benignitatis, beneficentiæ & eiusmodi nominibus Hebræi exprimunt. No[ſtram er]ga Deum, Reuerentiæ, timoris, honoris, cultus nomine de[ſignant]. Erga parentes, conſanguineos, patriam, affines, amicos, C... deſignatione.

Pietas eſt per quam ſanguine coniunctis, patriæque & be[neuolis] officium & diligens tribuitur cultus.

Pietas accipitur aliquando pro cultu diuino. Vnde pieta[s] eſt quod religio, Græce latria, ſeu theoſebia; vnde proprie p... theoſebia, id eſt, cultus Dei interior, qui proprie pertinet ad ... theologicas. Religio vero eſt latria, quæ pertinet ad ſeruitutem di]uinam exteriorem *Hæc ex Aug. lib. 10. de ciuitate Dei cap. 4.*

Pietas à vulgo ſumitur pro actibus miſericordiæ, qua De[us] ſtatur hos actus ſibi fieri, & ex hoc Deus dicitur pius. *Ex B. T[hom.] ſec. ſecund. q. 101. art. 1.*

Pietas eſt ſpecialis virtus, & principaliter eſt ad parentes, ... triam, in quibus includuntur omnes conſanguinei, ciues, ... triæ. *Ex B. Thom. ſec. Secunda, q. 80. art. 1.*

## ¶ Loci Biblici.

Pietas, pro legitimo & ſpirituali Dei cultu, *2. Pet. 3. 11.* ... porantur corporis macerationes, *1. Tim. 4. 7. 8.* commenda[tur] ... 8. & 6. v. 6. 11. *Tit. 2. 12.* pietas ditat. *Prou. 25. 5.* Pietas ſpera[t] ... ternam, *Tit. 1. 1. 2.* Pietas, vel impietas, non Deo, ſed homini ... vel nocet, *Iob. 35. 6. &c.* in pietate aſſidui eſſe debemus, ... pietas magnus quæſtus eſt. *1. Tim. 4. 7.* pie volentes viuere ... ſto, perſecutionem patientur, *2. Tim. 3. 12.*

Pii, aduenæ, hoſpites & peregrini in hoc mundo, *2. Cor.* ... 13. 14. *1. Pet. 2. 11. 2. Pet. 1. 13. 14.* pii amici Chriſti, *Ioan. 15. 14.* ... miles futuri. *Matth. 22. v. 30. Marc. 12. v. 25.* Benefici, *Pſal.* ... ues regni cœleſtis, *Epheſ. 2. 19. Heb. 12. Verſ. 22. 23. & 13. 14.* ... Chriſti, *Rom. 8. 17.* conſortes diuinæ naturæ, *2. Pet. 1. 4.* ... cum Chriſto, *Rom. 12. 5. 1. Cor. 10. 17. & 12. v. 13. 27. Epheſ. 4.* ... 15. *Hebr. 13. 3.* creaturæ nouæ, *1. Cor. 5. 7. Gal. 6. 15. Epheſ. 2.* ... in fide, *Iac. 2. 5.* Filii lucis, *Ioan. 12. 36. Epheſ. 5. 8. 2. Theſſ. 5.* ... dientiæ, *1. Pet. 1. 14.* forma, ſeu exemplar debent eſſe aliis, ... Hæreditas Domini, *Pſal. 28. 9.* Hæredes Dei, *Rom. 8. 17.* ... *Iac. 2. 5.* hæredes terræ, *Pſal. 37. v. 11. 22. Prou. 2. 21.* hæredes vitæ æter]næ, *Tit. 3. 7. 1. Pet. 3. 22.* Infantibus quomodo ſimiles, *1. Petr.* ... eſſe nequeunt, *Pſalm. 34. 10.* Lapides viui ſunt, *1. Petr. 2.* ... des, *Prou. 21. 26.* Piſcibus bonis ſimiles, *Matth. 13. 48.* ... in mundo habentur, *Eſai. 8. 18.* purgamenta mundi, *1. Corinth.* ... 13. Reges ſunt, *Apoc. 1. Verſ. 6 & 5. 10.* & regale Sacerdotium, ... 9. quomodo Sacerdotes, *Eſa. 61. 6. & 66. 21. Heb. 13. 15. Rom.* ... *Apoc. 1. 6 & 5. 10. & 20. 10.* ſpectaculum facti ſunt mundo, Angelis & hominibus, *1. Cor. 4. 9.* ſtulti habentur, *Verſ. 10.* ſerui ſunt ... *Rom. 6. 18.* conferuntur ſemini, *Matth. 13. 28.* ſuperiores ſunt ... hoſtibus ſuis, *Pſal. 149 v. 5. 6. 7. Eſai. 41. 15. & 54. 17.* Terræ bonæ ſimi]les, *Matth. 13. 23. Marc. 4. 20. Luc. 8. 1 Heb. 6. 5. 7.* tritico comparantur, *Matth. 3. 12 Luc 3. 17.*

Pii Deo chari & pretioſi, *Eſa. 43. 4. & 49, 16, Deut. 32, 10, Pſal.* ... *Zach. 2, 8. Matth. 10, 31, Luc. 12, 6, Ioan. 4, 21. 23, & 16, 27, &* ... 1, 6, cur Deo chari, *Ioan. 16, 27,* à Deo cogniti, *1. Cor. 8, 3. 2. Tim.* ... Chriſto dilecti, *Ioan. 14, 21, & 15, 9, 14,* in mundo contempti, *Pſal.* ... 4, 1, *Cor. 4, v. 9, 10, 13,* Pii vno ac ſolo Deo contenti, *Pſal. 73, 25,* ... laudem crediti, *Eſa. 43. 7. 21.* interdum à Deo relicti, & omni con]ſolatione deſtituti videntur, *Pſal. 22. 2, & 88, 9, 19, & 148, 5, Eſa.* ... *Matth. 27, 46, Marc. 15, 34. & 14, 37, Luc. 22, 45,* pii omnes à Deo do]cti, *Eſa 54, 13. Ier. 31, 34, Ioan. 6, 45.* mundo exoſi, 15, 19, & 17, 14, ... 3, 13. propter mundi odium non miſeri, *Matth. 5, 11, Luc. 6, 22,* ... & 15, 18, pii imitandi, *Phil. 3. 17,* peccato mortui, *Rom. 6, 2, 11, 1. Pet.* ... ludibriis obnoxii, *Pſal. 79, 4,* variis ærumnis expoſiti, *Prou. 11,* ... 8. v. 14. *Matth. 5. v. 12.*

A Deo plantati, *Eſa. 61. 3,* pii cum impiis non puniendi, *2. Reg.* ... 10, 23, pii in cœleſtibus ſedentes, *Epheſ. 2, 6,* è mundo ſelecti, *Ioan.* ... 19, & 17, 6, 14, 16, à Deo per Spiritum Sanctum ſignati & vncti, ... *Corinth. 1, 22, Epheſ. 1, 13. & 4, 30.* pii aliis vtiles ac fructuoſi, *Prou.* ... 11, *Ioan. 15, 4,* pii nihil aggrediuntur ex ſeſe, *Pſalm 119, 24, Act. 20,* ... Spiritu Dei aguntur, *Rom. 8, 9, 14,* in Chriſto manent, *Ioan. 6, 56,* ... 15, 4, pii ſeipſos probant, *2, Cor. 13, 5,* pii in dies proficiunt, *Ioan.* ... & 15, 2, *Epheſ. 3, 19, & 4, 15, Philip. 3, 12, Coloſſ. 1, 9, 10, & 2, 7, 1, Theſſ.* ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

2.Theſſal.1.11.& 2.17.1.Petr.2.2.Petr.5.12.& 3.1.1.Ioan.2.

conditio in hoc ſeculo miſera, Pſal.139.109.Eſa.41.14.& Luc.1.3.4.13. Matth.11.18 Luc.2.7.& 6.23. Ioan.15.20. Rom.8. 9.11.& 15.19. 2.Cor.4.10. Hebr.10.33. & 11.35. piorum con- ram præſentem beata, Matth.13.43.& 22.30. Marci 11.25. Apocal.3.21.& 7.16.17.& 14.13. piorum coniunctio arctiſ- 15.11.22, conſilia optima, Prou.12.20. conſolatio, Pſalm.119. 5.12. Luc.6.22.& 12.31. 2.Cor.1.5.7. 1.Tim.4.10. 1.Petr. in bono, Pſalm.119.31.69. conſortia vtilia, Prouer.13.20. glorioſa futura, 1.Cor.15.53. Phil.3.21. Deſiderium, Pſalm.119. 22.17. dignitas ac præſtantia, Matth.10.31. Luc.8.21. Ioan.1. 1.Cor.2.9.& 3.22.& 7.23. Epheſ.2.19.1.Pet.2.9. 1.Ioan.3.1.2. benedicta, Prou.14.11.& 15.7. domus cœleſtis, 2.Cor.5.1. Exer- Pſal.119.15.27.48.78. Epheſ.5.19, Col.3.16.1.Theſſ.5.11.1.Timoth. 1.22. Tit.2.12. Fortitudo, Mich.4.13. Gaudium, 1.Paral.16. 12.& 9.3.15.& 13.6.& 14.7.& 16.9.& 30.8.& 32.11.& 33.21. & 40.17.& 48.2.& 51.9.& 53.7.& 58.11.& 63.6.8.& 64. 7.& 90.15.& 92.5.& 95.1.& 97.8.9.11.12.& 100.1.& 104. & 107.42.& 109.28.& 119.14.54.74.162.& 122.1.& 126. 2.5. Prou.13,9.& 21.15.& 29.2.6. Eccl.5.17.18. Cant.1.4. Eſa. & 25.9.& 92.19.& 30.29.& 35.10.& 41.16.& 51.3.11.& 58. 10.& 65.14.18.& 65.10.14. Ierem.15.16. Ioel.2.23. Abac.3.18. Zach.2.10.& 9.9.& 10.6. Matth.5.12.& 28.8. Luc.1.14.& 5.23.& 10.20.& 13.17.& 16.6.37.& 20.28.& 24.41.52. Ioh. 18.& 15.11.& 16.20.22.24.& 17.13.& 2020. Actor.2.26.46. 8.39.& 11.23.& 12.14.& 13.48.52.& 3.31. Rom.12.12.15.& 2.Cor.6.10.& 13.11. Galat.1.22. Phil.1.4.& 22.18.& 4. 1.Theſſ.1.6.& 5.10. Hebr.10.34. Iac.1.2. 1.Petr.1.6.8.& 4. 2.Ioan.v.4.13. 3.Ioan.v.3.4. Apoc.18.20.& 19.7. Piorum Rom.8.23. 2.Cor.5.2.4. gloria, 1.12. piorum gloria in futuro Matth.13,43. Philip.3.21. Col.3.4. 2.Theſſ.1.7. Piorum hæredi- Pſal.73.26. Piorum hoſtes perdendi, Pſal.37.22. Piorum iu- eſſe debeat, Matth.5.20. Piorum labor minime inanis, Galat.6.9. Heb.6.10. Apoc.14.13. Laus. Deus Ierem.17.14. 1.Cor.7.14. Piorum liberationis fructus & finis, Pſalm. & 40.2.4.& 56.43.& 106.47.& 118.17. Eſa.37.20. Ierem.33,9. libertas, 1.Pet.2.16. lingua quod rectum eſt, loquitur, Pſalm.

Meditatio, Pſalm.1,2,& 119,v,143.147.174.& 143.6. Pro- Piorum membra, Spiritus ſancti templa, 1,Cor,6,19. pio memoria æterna, Pſalm.12,6. laudabilis, Prou.10,7. Marci 14,9. mors quieta, Gen.15,14,& 25.8. piorum mors interdum præ- Eſa.57,1. piorum multitudo, 49,20. Hebr.12,1. mundities, in Ioan.15,3. Act.15,9. piorum omnium nota, Eſa.66,5. Ezech. 47.& 10,27.& 13,25.& 18,37. 2.Tim.2,19. 1,Ioan.4,7, Apoc. opera, Deo præcunte facta, Ioan.3,21. piorum paucitas multitudinis reſpectu, Eſa.8,16.& 53,1. Ioan.12.8. Mich.7. 20,16.& 22,14. Luc.12,32.& 13,23. Rom,9,28. 1,Petr.3,10. pio- Eſa.57,16. Agg.2,10. poſteritas, Pſal.34,11.& 92,12. Eſai.54, 11.& 65.14. Zach.8,12. piorum imprimis habenda ratio, Rom. 6,10. Epheſ.1,15, Coloſſ.1,4. Heb.6,10. piorum ruina letha- Prou.24,16. piorum ſalus æterna, Eſa.45,17. gratuita eſt, 5.8. piorum liberatio cum impiorum interitu coniuncta, & 35,4.& 49.25.& 59,20.& 6,2.& 63,4. Ier.12.15.& 25.12.& 20.& 50.18. Thren.4.22. Ezech.28.26. Ioel.3.1. Abd.v.17. Soph. Zach.1.15.& 2.8.& 10.11.& 12.6.& 14.12. Piorum ſecuritas Pſalm.1.3.& 15.5.& 31.21.& 112.7. Prou.1.33.& 10.v.9.30.& 12.21. & 14.32.& 15.19.& 28.1. Eſa.26,7.& 53.16.& 54.14.& 58.11. Ier. & 23.6.& 32.37.& 33.16.& 46.27. Ezech.28.26.& 34.28.& 38.8. 4. Soph.3.13. Agg.2.v.10. Zach.14.11.11. Matth.7.25.& 11.29. Ioan.10.28. Rom.8.v.31.33.35. Coloſſ.3.35. Hebr.6.v.19.& 13.6. 13.14. 2.Pet.1.10. 1.Ioan.3.21.& 4.17. Piorum ſemen benedi- Iob.42.16. Pſal.18.51.& 37.25.13.& 45.25.& 102.29.& 112.2. Pro- 21.& 14.25.& 20.7. Eſa.44.3.& 48.19.& 54.13.& 79.21.& 65. 32.39. Zach.10,2. Act.3.39. Piorum ab impiis ſeparatio, Matth. 49.& 25.32. Piorum ſocietas honorifica, 1.Ioan.1.v.3. Piorum Deus, Pſalm.39.8.& 40.5.& 91.v.2.9.& 142.6. Ioel.3.16. Piorum Epheſ.44. Piorum ſpes minime vana, Pſalm.9.19.& 17.7.& & 25.v.2.20.& 28.7.& 31.2.& 71.v.1.5.& 32.10.& 34.v.6.9.& 40.& 61.7.& 71.5.& 86.2.& 61.2.& 112.7.& 119.116.& 125.1. 6.& 143.8. Prou.10.v.28. Eſa.26.3.& 30.18.& 40.31.& 45.17. 13.& 50.7.& 57.13. Ier.31.17. Rom.5.v.2.3.& 8.v.24.& 9.33.& Heb.6.16. Piorum ob impiorum felicitatem tentatio, Pſalm. 13. Eſa.49.14. Piorum ob populi calamitatem triſtitia, Eſaia in lætitiam vertitur, Pſal.30.12.& 68.14. Eſai.61.3.& 65.20. Ier. Ioan.16.20. Piorum victoria, Pſal.149.v.6. Eſa.41.15.& 54.v.17. 7.21. Mich.4.13.& 59. Malach.4.3. Matth.16.18. Luc.1.71. Rom.8. & 15.20. 1.Cor.15.57. 1.Ioan.2.14.& 4.4.& 5.4. Apoc.12.11. Piorum fructus, Apoc.21.& 3.v.5.12.21. Piorum vita Deo conſecrata, 14.7. Coloſſ.3.3. Piorum vitæ finis, Pſal.118.17.& 119.175. Eſa.43. & 60.21.& 61.3. Piorum vnanimitas, Act.4.32.& 5.12.& 15. Rom.15. piorum cum Chriſto vnitas, Ioan.17.11. piorum vocatio præſtan- tiſſima, 1.Theſſ.2.12.& 4.7. 1.Pet.2.21.& 3.9.& 5.10. piorum voluptas in Deo ſita, Pſal.37.4. piorum zelus, 119.130. Rom.12.11.

Piorum & impiorum diſcrimen, Geneſ.4.v.4.4,5, Exodi 5,1,2.& 14.13. Pſalm.1,v.4,5,6,& 20,8,& 34,16,27,& 37,17,& 109,28.& 125,5. Prouerb,10,v.3,25,28,30.& 11,v.23.24.31,& 12,v,21,22,& 13,25,& 14. 13,& 24.16, Eſaia 60,2.& 65,14, Oſe.14,10. Ioan.2,9, Mich,4,5, Matth. 3,12, Rom.8,5,2.Cor.2,16, Galat.4,29. Hebr.6,v.7.8,& 10,38, 1.Pet.2,7. 1.Ioan.2,19.& 3,10,& 4,6,& 5.10. 2.Ioan.v.11. Piorum ſub Magiſtratu impio & ethnico degentium *exempla*: Abraham ſub Pharaone in Ægypto, Geneſ.12.10. Iſraelitæ ſub Pharaone, Exodi 12.40. Iudæi ſub Philiſtæis, Luc.15.11. parentes Dauidis ſub Achis, 1.Sam.2.3. Dauid cum ſuis ſub Achis, 27.v.2.3. Elias cum ſeptem millibus piorum, qui non flexerunt ipſi Baal cum Achabo & Iezabel, 1.Regum 19. verſicul.18.

Piis male eſſe non poteſt, Eſaia 3,10. piis benefaciendum, Iudic.5. v.12. Pſal.16.3.

Piis fauendum, & eorum innocentia tuenda. *Exempla*: Ionathas, 1.Sam,20.v.32, Abimelech, 22,14. piis liberatis interdum impii affliguntur, Eſaia 43,v.3,4.

Pios eripit Dominus è tentatione, 2.Petr.2,v.9. nec ſinit eos vltra tentari quam quod poſſunt ferre, 1.Cor.10.13. ſola Dei miſericordia fidunt, Pſalm.52.10.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

Fili, honora Dominum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum. *Prouerb.7.*

Honora Dominum ex tota anima tua. *ibid.*

Ineptas & aniles fabulas deuita: exerce autem teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. 1. *Tim.4.*

Eſt autem quæſtus magnus, Pietas cum ſufficientia. 1. *Timoth. cap.6.*

Tu autem homo Dei: hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. *ibid.*

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobrie & iuſte, & pie viuamus in hoc ſeculo, &c. *Tit.2.*

## ¶ Patrum Sententiæ.

Penes Deum nec pietas ſine iuſtitia eſt, neque ſine pietate iuſtitia, nec ſine pietate cœleſti ſenſus, ſine bonitate æquitas, ſine æquitate bonitas non habetur. Virtutes ſi ſeparatæ ſunt, dilabuntur. Æquitas ſine bonitate ſæuitia eſt, & iuſtitia ſine pietate crudelitas eſt. *Petr. Chryſoſt. ſerm.145. de generat.*

Pietas amica eſt parentibus, grata Deo, dominum conciliat, neceſſitudines fouet: Dei cultura, merces parentum, filiorum ſtipendium. Pietas, inquam, iuſtorum tribunal, egenorum portus, miſerorum ſuffragium, indulgentia peccatorum. *Ambroſius in Pſalm. 118.*

Neceſſitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur: Nulla enim merces Deo melior ea, quæ habet pietatis munera. *In libr. de Viduis.*

Volens diſcipulus reuerti domum, & ſuis omnia renuntiare, magiſtri voce prohibetur, ſepultura patri non datur, & pietatis genus eſt, impium eſſe pro domino. *Hier. in epiſt. ad Mar.*

Clades in ſuos, pietas in Deum eſt. Nemo pietatem debet anteferre religioni: qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. *in epiſt. ad Paulum.*

Ordinate in me charitatem. Rectus ordo eſt, poſt Deum, amare patrem & amicos. Si tamen neceſſitas venit, vt vtrumq; ſeruari non poſſit, odium in ſuos, pietas eſt in Deum. *in Cant.*

Ille bene agit, quæ pia ſunt, qui ſcit prius ſeruare quæ iuſta ſunt: vt collatus in proximos riuus miſericordiæ de iuſtitiæ fonte ducatur. *Greg. lib. mor.*

Sunt nonulli, qui pietatis ſuæ viſcera tendere vſq; ad incognitos neſciunt, ſed ſolum, quos per aſſiduitatem notitiæ didicerunt, miſerentur: apud vos plus familiaritas quam natura valet, dum quibuſdam neceſſaria, non quia homines, ſed quia nati ſunt, largiuntur. *ibid.*

Beneficium debet exhiberi per pietatem, & bonum verbum tribui per humilitatem. *ibid.*

Penſemus, ſi poſſumus, diſpenſationem ſupernæ pietatis, ſtantibus, ſi ceciderint, minatur pœnam: lapſis verò, vt ſurgere appetant, promittit miſericordiam; conſiderantes nempe quod iuſtus eſt, nolite negligere peccata veſtra: conſiderantes quod pius eſt, nolite deſperare. *in quadam homi.*

Nulla eſt ſcientia, ſi vtilitatem pietatis non habet, & valde inutilis eſt pietas, ſi ſcientia diſcretione caret. *lib. Mor.*

O clementiſſima pietas! quæ non ſua deſinit largiri beneficia, non ſolum vbi nullum inuenit meritum, ſed plurimum etiam, vbi totum videtur contrarium. *in quadam epiſt.*

Pietas eſt ex benignæ mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix, affectio & diuini cultus religioſa deuotio. *Hugo in l. de clauſtro anima.*

Hæc enim eſt perfecta pietas, quæ antequam flectatur precibus, nouit conſiderare fatigatos. *Caſſ. in l. 4. epiſt,*

## ¶ Poetarvm Dicta.

Ouid. l. 4. Faſt.

*Hinc ſatus Æneas, pietas ſpectata per ignes,*
*Sacras, patremq́ humeris, altera ſacra tulit.*

Ibidem.

*An magis hunc morem pietas Æneia fecit:*
*Innocuum victo, cui dedit ignis iter.*

Horat. 1. Carm. 2.

*Integer vitæ ſcelerisq́ purus,*
*Non eget Mauri iaculis, neque arcu,*
*Nec venenatis grauida ſagittis*
*Fuſce pharetra.*
*Siue per Syrtes iter æſtuoſas,*
*Siue facturus per inhoſpitalem*
*Caucaſum, vel quæ loca fabuloſus*
*Lambit Hydaſpes.*

Plautus Rud.

*Supplicij facilius pius à Dijs ſupplicans,*
*Quam qui ſceleſtus eſt, inueniet veniam ſibi.*

Horat. 1. epiſt. 16.

*Vir bonus eſt quis?*
*Qui conſulta patrum, qui leges iuraq́ ſeruat.*

Idem ibidem.

*Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu,*
*Rector Thebarum, quid me perferre, patiq́*
*Indignum coges? adimam bona, nempe pecus, rem,*
*Lectes, argentum: tollas licet, in manicis, &*
*Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.*
*Ipſe Deus, ſimulatque volam me ſoluet opinor,*
*Hoc ſentit, moriar, mors vltima linea rerum eſt.*

Idem 1. Epiſt. 7.

*Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum:*
*Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis,*

Idem 1. Epiſt. 16.

*Oderunt peccare boni virtutis amore.*

Iuuenalis 13.

*Rari quippe boni: numero vix ſunt totidem, quot*
*Thebarum portæ, vel diuitis oſtia Nili,*

Ex Græcis Comicis,

Θεὸν σέβου, καὶ πάντα πράξεις εὐθέως.
*Numen colenti cuncta numen diriget,*
Θεὸν σέβου, καὶ πάντα πράξεις εὐθέως.
*Deum colendo cuncta facies protinus.*
Θνητὸς πεφυκὼς, μὴ φρόνει ὑπέρθεα.
*Ne ſupra numen ſapere mortalis ſtude.*

Anthol. Sac. Iac. Billii.

In pietatis magiſtros, parum pie viuentes.

*Multa quidem interna multi de pace loquuntur,*
*Cum tamen in medio pectore bella gerant.*
*Quamq́ pia menti Chriſtus ſit dulcis: at illi*
*Interea haud guſtu quod docuere tenent.*
*Mercurij rectum callem tibi monſtrat imago:*
*Quam tamen oſtendit, non tenet illa viam.*
*Huic ſtatuæ ſimilem pietatis iure magiſtrum*
*Dixero, cui pietas nil tamen ipſa ſapit.*

De piorum ſpe.

*Spes mala cuncta leuat, vinumq́ educit ab vndis,*
*Mellaq́ de rigida pinguia rupe trahit.*
*Spes quoque ſancta pijs eſt ignea nocte columna,*
*Intus quæ nullis frangitur icta malis.*
*Chriſticolæ ô ſortem populi bis terq́ beatam,*
*Rebus in aduerſis cui datur iſta comes!*
*Hac duce nam quiuis læta ſubit aſpera mente,*
*Viuit & in medijs vt Salamandra rogis,*

De mutuo piorum & impiorum aduerſum ſe iudicio.

*Inſanire putat mundus, quos mille labores,*
*Pauperiemq́ videt ferre grauemq́ famem.*
*At contra iuſti mundum, quod vbique ſequatur*
*Quæ carni arrident, mente carere putant.*
*Sic igitur pugnant animis mundusq́ pijq́:*
*Nec qui nunc litem finiat, vllus adeſt.*
*Aſt illam Chriſtus dirimet, cum venerit olim,*
*Ac mundo vincet ſancta cadente manus.*

Probos viros ab improbis lædi non poſſe.

*Corporeo cerni virtus ſi lumine poſſet,*
*Mox eius caperet pectora noſtra decor.*
*Quamq́ decore nitet virtus, tam robore pollet:*
*Nam virtute nihil fortius eſſe poteſt.*
*Lædere qui tentat veræ pietatis alumnos,*
*Ingentem ſtuppa verberat ille rogum.*
*Stuppa iniecta rogo ſeſe conſumit: at ignis*
*Maiorem ſtuppa vim moriente capit.*

Pietas periculoſa, ſed fœlix.

*Impia pars mundi parti eſt infeſta piorum,*
*Nec tolerare poteſt diſſimiles animos.*
*Ridens nolentes opibus præſentibus vti,*
*Sperantesq́ ſibi credita poſſe dare.*
*Sed ſpernenda hæc ſunt populis opprobria ſanctis,*
*Quæ ſtulte iaciunt corda aliena Deo.*
*Nam ſpes noſtra ex hoc viſu fit certior omni,*
*Quod ſpondens, quicquid credimus, hoc Deus eſt.*

Vita Chriſtianis ſit pia & honeſta.

*Nec falſarum habitu virtutum ornata iuuatur,*
*Perdit mens veri neſcia, quidquid agit.*
*Nouerit ergo Deum ſapiens, totisq́ medullis*
*Diligat, idq́ ipſo ſe quoque amator amet.*
*Sit bonus & iuſtus, ſit verax atque benignus,*
*Sit forma & ſpeculum, lux & imago Dei.*
*In Chriſto factus nouus, & iam carne vetuſta*
*Exutus, vilem mente relinquat humum.*
*Vt ſacri templi quacunque in parte locetur,*
*Magnum erit in capitis corpore, quidquid erit.*

Quâ notâ veri Dei filij agnoſcantur.

*Admonet ad ſolem pullos Iouis ales aduncis*
*Vngue tenens ſobolem dum probat ipſa ſuam,*
*Si radios ſpectent illæſo lumine, veros*
*Agnoſcit: ſi non, deijcit atque necat.*
*Sic quoque germanæ ſobolis falſæq́ periclum,*
*Æthereæ genitor qui manet arce, facit.*
*Nam veros cenſet, qui mentem ad ſidera tollunt.*
*At ſpurios, quorum mens grauis ima petit.*

## ¶ Sententiæ Philosophic

Pietas fundamentum eſt omnium virtutum, parent[…] vereri, atque non multo ſecus ac parentes liberos ama[…] *Cic. pro Plan.*

Pietate aduerſus Deos ſublata, fides etiam & ſocieta[…] neris, & vna excellentiſſima virtus, iuſtitia tollatur nec[…] *Nat. deor*

Pietas eſt per quam ſanguine iunctis patriæq́ beneuole[…] & diligens tribuitur cultus. *Idem in Rhetor.*

Habet ſuos impetus pietas. *Quint. Dec. 6.*

Prima pietatis magiſtra natura eſt.

Mortalis cum ſis, ne ſapias quæ ſupra Dei voluntatem[…]

Deum cole, & omnia facies diuino inſtinctu.

De pietate & loquere & diſce.

Nulla vis maior eſt pietate vera. *In hiſt. Sax.*

Si omnes mei familiares pietate erga Deum prædi[…] eos inter ſe aliquid patraturos aut in ipſum, dicebat *Cyru[…] nophonte, lib. 8.*

Eximia ciconiis ineſt pietas, nam quantum tempori[…] runt fœtibus educandis, tantum & ipſæ à pullis inuicem[…] *Solin. in l. de mir. mun.*

Leonum clementiæ indicia multa ſunt, proſtratis pa[…] ros potius quam in fœminas ſæuiunt, infantes non niſi m[…] perimunt, nec à miſericordia ſuperantur *ibid.*

Pietati ſumma tribuenda laus eſt. 2. *de Orat. Cic.*

Omnibus eſt amori pietas. *Cic. C. Caſſ. Fam. 15*

Philoſophis Æmylius Paulus teſtem ſe præbuit, qu[…] ſcientiam eſſe colendi Numinis definierunt. *Plut. in P. Æmyl[…]*

Plus apud bonos pietatis iura quam omnes opes va[…] *hiſt. lib. 3.*

Græci Æneæ pietate oblectati vniuerſas poſſeſſiones o[…] runt: confitentes erga eos qui pietatem in Deos exercen[…] rentes reuerenter colunt, etiam natura inimicos non po[…] quos & placatos ſe præbere. *Aelian. var. hiſt. lib. 3. cap. 2[…]*

Commendabilis eſt pietas quæ parentibus præſtatur *[…] lib. 5. cap. 4.*

Diligere parentes, prima naturæ lex eſt. *Idem, ibid.*

Cæteræ virtutes admirationis tantummodo multum, p[…] rò in parentes amoris plurimum meretur. *Idem, ibid.*

Prima & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, qu[…] vocis miniſterio, nullo vſu literarum indigens, proprijs ac t[…] ribus charitatem parentum pectoribus liberarum infundit[…] ergo doctrina proficit? Vt politiora ſcilicet, non vt melio[…] ingenia: quoniam quidem ſolida virtus naſcitur magis qu[…] gitur. *ibid.*

Vera & ſola pietas eſt neceſſaria, qua conſeruata iis qui[…] uere inſtituerunt cætera deſpicienda ſunt. *G. Pachymer. hiſt.[…]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſententia is prudentiſſime rebus ſuis conſulet, qui primum cauſa optima quæque fuerit amplexus, deinde liberis etiam ſuis proſpexerit. Qui verò toto animo incertam gloriam ur, & iis caſibus qui animum obruunt, nec conſtantiæ quic-bent ſe ſubijcit, & iucundiſſima, optimis, ſine ſua & ſine ſuo-a antepoñit, is miſer mihi videtur, tum ob temeritatem, pter inane ſtudium: quod præter Deum eius voluntati & aduerſantem, è veſtigio etiam euidenter alia quam ſpera-itur, & in extremas periclitatur miſerias. *Nicephor. Gregor. lib.*

num Numen omni modo, omni tempore, ipſe cole, iuxta patrias, & alii vt colant effice. *Dion.lib.52.*

Nunquam dolor ita inualeſcet, vt memoriam Numinis ex ani-mo excutiat. *Heliodor.lib.2.*

## § SIMILITVDINES.

*Chryſoſtomi:* Quemadmodum qui in bello regia ſigna circum-t, magnis indigent viribus, maximaque peritia, vti ne id hoſti-rodant: Ita & qui Chriſti nomen portant, non in bello ſolum, etiam in pace, ſummis viribus indigent, ne id maledicis lin-ponant, ſed id ſtrenue ferant, vexillo crucis armati. Ingenti e-profecto opus eſt robore, vt quis digne portet Chriſti nomen. qui indignum aliquid vel dixerit, vel fecerit, aut etiam cogita-Chriſti nomen non legitime portat, neque habet in ſemetipſo m. Porro qui id portat, is triumphat non in foro, ſed in cœ-que aſtant angeli laudantes. *Homilia tertia de diuer-*

*Sicut mercator* non ſentit nauigationis laborem, lucrorum ſpe tus: & pugil generoſe fert capitis vulnera, coronam reſpici-a & nos quoq; cœlum & ad cœleſtia intendentes bona; quæ inferantur grauia, generoſe cuncta & feremus, bona futu-ſpe roborati. *Hom. 16. cum Princeps intraſſet Eccleſ.*

*Nazianzeni:* Sicut variæ ſunt vitæ electiones, ita & multæ apud manſiones, quæ ſecundum dignitatem vnicuique diuidun-diſtribuuntur: & hic quidem hanc excolit virtutem, alius ve-m, quidam etiam plures, nonnulli quoque omnes: ſi ſaltem ſibile, tantummodo vltra pergat quiſque, & anteriora concu-æ veſtigia inſequatur eius qui recte deducit & dirigit, quiq; auguſtam viam & portam ad latitudinem quæ illic eſt perdu-*in oratione de paupertate.*

*Anſea:* Rudis adhuc animus & quaſi infans, maxime exorna-initio pulcherrima quæque & rerum digniſſima comple-pietate[illegible] infallibili, rationemque ſequitur. *Ad Philocr.*

*Marſilij Fi[illegible]rentini:* Sicut non poteſt quicquam ignis pro-rtione fieri frigidiſſimum: Ita non poteſt homo, qui ſolus Deo ſapientiſſimo, beatiſſimoque, ſtultiſſimus miſerrimusq; Neque etiam poteſt Deus, qui ſumma veritas & bonitas humanum genus prolem ſuam decipere. Naturalis autem com-que opinio de Deo, inſerta nobis eſt communi origine ac pe naturarum. *libr. de religione Chriſtiana, cap.* 1.

*Eraſmi Roterodami:* Vt Apelles pictor queri ſolitus eſt periſſe in quo non duxiſſet lineam: Ita Chriſtianus dolebit, ſi quoti-euaſit ſeipſo melior in pietate. *in ſimil.*

*Vt ferrum* aut chalybs cætera quidem duritie rigoreque ſupe-ab adamante vincitur: Ita res quidem potens eſt amor in libe-id hunc quoque ſuperat pietas in Deum. *in ſimil.*

*Chryſoſtomi:* Sicut mercenarius totum diem circa domini opus pendit, vnam autem horam circa ſuum cibum: Sic & nos omne pus vitæ noſtræ debemus impendere circa opus glorię Dei, mo-autem partem circa vſus noſtros terrenos. *in caput decimum Matth.*

*Sicut caſta* mulier, quæ virum ſuum amat, nullum amat alium autem alterum amauerit, iam non amat virum ſuum: Ita & ho-ſi Deum amat, mundum non amat: ſi autem mundum amaue-iam Deum ex toto corde non amat. *in Matth. homilia quadra-geſima quarta.*

*Sicut* in imagine ſua rex honoratur, & contemnitur: Sic & Deus in homine vel diligitur, vel oditur. *in caput vigeſimum ſecundum Matth hom.*41.

*Ita non* aliter factum eſt: quam cum à barbaro quidam in acie vir dimiſſo telo periculoſe percuſſus, neque id ſemel, ſed ite-atque grauius perpeſſus, non ceſſerit, ſed vndiq; ſanguine per-; magno in hoſtem impetu ruerit, confeſtimque trucidauerit. Sic etiam Dauid, quanto magis ſaucium dices, tanto maioris illum animi oſtendes: quæ poſtquã ita miſere depreſſus fuit atq; deiectus, velociter ſurgere, ac ante primum aciem ſtare, percuſſoremq; ipſum humi ſternere potuit: quod quale quantumque ſit, hi maxime non ignorant, qui in ſummas peccatorum ærumnas deciderunt, non e-nim ait magni excelſique animi ego iudico, ſi cum recte vadas, iter tuum fœlici curſu non perficias. *homilia vigeſima ſeptima in Matth.*

*Quemadmodum* quercus altius demiſſis radicibus, nullius venti viribus ſternitur: Ita animam diuino confixam timore nullus tentationum ventus euellet. *hom.53. in Ioan.*

*Quemadmodum* ignis naturam talem eſſe videmus, vt ſi quis multas in vnum lampadas coegerit, ſplendidam reddat & intendat lucem: Sic & in ipſis fidelibus ac credulis vſuuenit. Quum enim à nobis mutuo auulſi ſumus, fit neſcio quo pacto, vt mœſtiores reddamur: quum autem mutuo nos conſpicientes, membris domeſticis hinc inde impliciti, fit vt magnam conſolationem accipiamus. *hom.2. epiſt. ad Rom.*

*Arbor* cum in altum radices miſerit, ne vehemens quidem illam procella agitare poterit: Si verò ſuperficie tenus fibras perrexerit, neq; ad profunda deſcenderit, paruus licet venti flatus irruat, eam à radicibus euulſit: Ita & nobis. Si affixerimus diuino timore carnes noſtras, nihil mouere nos poterunt: ſi vero verbo tantum diuinæ religionis ſacramenta perceperimus, exigua pulſio totum perimit ac perdit. *hom.9. ad Titum.*

*Quemadmodum* homines vino & potationibus dediti, ſingulo quoq; die ſimul ac ſurrexerunt, obambulant, curioſeq; diſquirunt, vbi compotationes agantur, vbi conuiuia, vbi cœnæ, vbi commeſſationes, vbi temulentia, phialæ, crateres & pocula: Sic qui verè pii ſunt, quotidie, ſimul ac ſurrexerunt, curioſe perquirunt, vbi futura ſit exhortatio, vbi ſalubris admonitio, vbi doctrina, vbi ſermo ad pietatem veram Chriſtiq; cognitionem conducens. *in orat.2. aduerſus Iudæos.*

*Quemadmodum* nauis naucleri manu regitur, ne pereat tempeſtate maris: Sic timor Domini gubernaculis vitæ noſtræ aſſiſtens, docet qua ratione futura nobis pericula vitanda ſint. *hom.7. de fide Annæ.*

*Sicut in mare* decidens immenſum ſcintilla breuis, facile deletur: Sic quantacunq; Deum timenti illidantur velut in vaſtum lætitiæ pelagus incidentia, extinguuntur & perduntur. *hom.*18. *Gau. in Domino ſemper.*

*Baſilij:* Sicut faber ſecurim faciens, aut falcem, meminit ſemper eius qui opus iniunxit, & retinet in corde ſuo, cuius magnitudinis vel qualitatis vel formæ iniunxerit fieri ſecurim: & illud ſemper intendens quod ſibi meminit à domino operis iniunctum, ad hoc dirigit manuum miniſterium, vt forma operis cum eius qui iniunxit animo ac voluntate conueniat: ſi autem obliuiſcatur, quid vel quale ſit, quod ſibi fuerat imperatum, ſine dubio aliquid aliud quam ſibi fuerat iniunctum, faciet. Ita & Chriſtianus omnem conatum, & omne ſtudium in actibus ſuis adhibere debet, vt ſecundum voluntatem Dei qui opus iniunxit, ſuum quoq; dirigat opus, vt actus ſui ornentur, & poſſit eius qui præcipit voluntatem implere. Tunc etiam illud complere poteſt quod dictum eſt: Siue manducetis, ſiue bibatis, ſiue aliud quid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite. Si verò declinet aliquis à regula, & corrumpat obſeruantiam mandati, ex ipſo arguetur quod ſit immemor Dei. *De inſtitut. monach. capite* 2.

*Procopij:* Quemadmodum duces ſeu imperatores prius commeatum præbent militibus, & deinde ſignum pugnæ proponunt: Sic diuinæ virtutis milites ſpirituali capto cibo pergunt in hoſtem, auſpiciis & ductu Ieſu. *in eod.*

*Marci eremitæ:* Quemadmodum in aqua ignis durare non poteſt: Ita neq; turpis cogitatio in corde Dei amante. Quoniam omnis qui Dei amator eſt, etiam laboris amans eſt. Cæterum labor voluntarius, naturaliter voluptati inimicus exiſtit. *De lege Spir.*

*Thalaſſ.* Sicut fluit cera à facie ignis: ſic à timore Dei impurior cogitatio. *ad Paulinum presbyterum.*

*Maximi monachi:* Quam rem aliquis amat, eandem etiam omnibus modis amplectitur, & omnia quæ illi erga illum impedimento ſunt, aut obſtaculo, contemnit, ne re adamata priuetur: Ita qui Deum diligit, puræ precationis curam habet, & omnem affectum illi erga hoc obſtantem ex ſeipſo eiectum abijcit. *lib.2. de charit.*

*Quem amat* aliquis, hunc omnibus modis ſtudet, & adproperat, etiam reuerenter habere & colere. Itaq; ſi quis Deum amat, omnino etiam quæ ſibi maxime placitura ſunt, feſtinat facere: cæterum ſic qui carnem amat, ea quæ carni voluptati ſunt, facit. *libr.3. de charitate.*

*Antonij monachi:* Quemadmodum ſolis radius per foramen illapſus, quicquid in domo eſt, illuſtrat, ita vt vel minima videantur, & puluis ipſe volitans: ſic etiam timor Dei, cum diſcretione natus in corde omnia eius peccata prodit. *in Meliſſa part.1. ſermon.66. ex Ioan. Climace.*

*D. Auguſtini:* Diligendo pulchri efficimur. Quid facit homo deformis & diſtorta facie, ſi amet pulchram? Aut quid facit fœmina deformis, nigra & diſtorta, ſi amet pulchrum? Nunquid amando poteſt eſſe formoſus? Quando in ſpeculo videt, erubeſcit faciem ſuam leuare ad illam formoſam, quam amat. Quid facit vt pulchra ſit? Expectat, & expectando ſenectus additur, & turpiorem facit. Non eſt ergo quod des illi conſilium, niſi vt compenſet ſe, & non audeat amare impar imparem. Anima noſtra fœda eſt per iniquitatem: amando Deũ pulchra efficitur. Qualis amor, qui reddat

pulchram

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

pulchram amantem? Deus ſemper pater eſt, amauit nos fœdos, vt ex fœdis faceret pulchros. Erimus pulchri amando eum qui pulcher. Quantum in te creſcit amor, tanto creſcit pulchritudo, quia ipſa charitas animæ eſt pulchritudo. *In epiſt. Ioan. tract.9.*

*Plinij*: Vt vniones tametſi in mari naſcantur, tamen plus habent cognitionis cum cœlo, cuius faciem reddunt: Ita pius ac generoſus animus magis à cœlo pendet vnde ducit originem, quam à terra in qua viuit. *Lib. 9. cap. 35.*

*Cedrus & iuniperus* ſi oleo perungas, nec tineas ſentiunt, nec cariem: Ita ſimul imbutus diuini ſpiritus ſucco animus, nullam huius mundi ſentit corruptelam. *Lib.16.cap.40.*

*Thriueri*: Ingratus vt & filius, qui mercedem à patre accipit: Ità & nos quoque vel nullo propoſito præmio, ſed ſolius pietatis ſtudio Deum oportet colere. *in apoph.*109.

*Chryſoſtomi*: Sicuti ouis ad mortem ducitur, & non clamat: vita eius tollitur, & manſuetudo eius non immutatur: Sic & ſancti maledicuntur, & non maledicunt: percutiuntur, & non repercutiunt: bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt: dolorem ſentiunt, & clamorem non emittunt. *in Matth 25. hom.54.*

*Enimuero* in Olympicis certaminibus, athleta intra ſtadium certat, magiſter autem ludi foris conſidens, ſermonibus affert auxilium, eatenusque duntaxat certamen iuuat, quatenus acclamationibus, ſermonibusque valet: neque enim vlla ei lege permittitur, manibus illum adiuuare. At ſecus res habet in pietatis certaminibus. Idem enim eſt & athleta, & magiſter ludi: & idcirco non extra caueam ſedet, ſed ingreſſus ad certamina ipſa, firmat compugiles, dicens: Propter quod malis non ſuccumbimus. *Hom. de reſurrect.*

*Sicut hi qui in corporali* certamine pugnant, ante coronam & brauium in meditatione & palæſtra ipſa magnam accipiunt mercedem, eo quod corpora ſua firmiora & validiora exercitando faciunt: Ita & nos virtutis certamen certantes, priuſquam aperiatur cœlum, priuſquam filius adſit, priuſquam retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, eo quod anima ſapientiæ ſit amantior. *ibid.*

## ❡ Exempla Biblica.

Pietatis exempla: Abel, *Geneſ.*4.*v.*4. Henoch, 5. 22. Noah, 6.*v.*9. & 7.*v.*1 & 8.20. Abraham, 12.*v* 7.8. & 13.*v.*4.18. & 18.*v* 18.19. & 21. *v.*33. Abrahæ famulus, 24.12. Iſaac, 26.25. Iacob, 28 18. & 33.20. & 35.7. Ioſeph, 42.18. Moſes, *Exodi* 17.15. Ioſias, 2. *Reg.*22.*v*,13 & 23.2. Dauid, 2.*Paral.*21 26. Aſa, 2.*Paral.*14.11. Ioſaphat, 17. 3. Ezechias, 29.20. *Eſa.* 37.1. Nehemias, *Nehem.* 8.7. Iob, 1.*v.*5.20. quidam Ieroſolymitani, *Actor.*8 2. Cornelius, 10.2. Barnabas, 1.24. Lydia, 16.14. Iuſtus, 18 *v.*7. Lois & Eunice, 2.*Timoth.*1.5. Oneſiphorus, 16. electa illa Domina ad quam Ioannes ſuam ſecundam ſcripſit Epiſtolam. 2. *Ioan.* 1. *v.*4.

## ❡ Exempla Profana.

*Agrippa* Iudæorum Rex, patriæ rituum ſeruator religioſiſſimus, purus à contaminationibus mentis omnibus, cui nulla dies præteribat ſine ſacrificio. *Ioſeph. lib.*19. *c.*7.

*Conſtantinus Magnus* vir magni animi, & virtutis eximiæ fuit: atque inter omnes Imperatores hoc vno nomine maxime memorabilis, quod primus ex Imperatoribus non ſolum Chriſtum amplexus ſit: ſed Chriſtianos etiam Imperatores reliquerit. Eius mortis nuntia ſtella crinita fuit, quæ permultos ante dies clariſſime fulſit. *Sigonius lib.*4.

*Theodoſius* poſterior aui ſui & nomen, & pietatem referens, inſtituit aulam ſuam veluti ſcholam, in qua ad pietatem ſe ſuosque exercuit: habens ordine diſtributa tempora lectionum, Pſalmorum, ieiuniorum, imò & vigiliarum *Socrat. lib.*7.*c.*22. *Theodoretus*; *lib.*5.*c.*36. *Niceph. lib.*14.*c.*3.

*Tiberius* excubitorum comes ſub Iuſtino II. ob pietatem erga Deum, & liberalitatem erga pauperes in tanta fuit gratia: vt à Iuſtino Imperatore ſucceſſor declararetur. *Theat. Zuing fol.*30.36.

*Leo V.* pijſſimus Imperator, filius Baſilii Macedonis Imp. viuente patre Cæſar creatus: poſtquam Conſtantinus maior natu ante patrem diſceſſit, philoſophus (quod literis, ac potiſſimum Aſtronomiæ eſſet deditus) cognominatus fuit. *Cuſpinianus.*

*Honorius Imp.* cum ſemper in Deum Opt. Max. imperaret, veræque religionis ſtudioſiſſimus eſſet, liberauit eum Deus à multis vndique inſurgentibus tyrannis. *Sigeb. in Chron.*

*Cerbonum* Epiſcopum Populonii Totilas Gothorum Rex ob occultatos Romanorum milites, vrſo in circo obiecit: Verum Deus beſtiam illam prohibuit, ne quidquam ei noceret, ſed deflexa ceruice, demiſſoque capite, pedes eius lamberet. *Sabellicus libro quinto, Enn.*8.

*Stenkelus* Sueciæ Rex, iuſtitia & religione inſignis, temporum promeruit ſuorum tranquillitatem: & in pace (quod rarum eſt, regibus præſertim Aquilonis) quieuit, circa annum Chriſti plus minus, 1110. *Cranzius lib.*5. *Sueciæ, c.*12.

## ❡ Hieroglyphica.

In antiquis operibus Iuuenes duo ſubiecti iugo, currum trahere conſpiciebantur: erant hi *Bithon & Cleobes* fratres. H[...] cum id eorum indicabat pietatem, qui matrem curru [...] ad Iunonis templum vexerint. Hiſtoriam Pauſanias & ali[...] re. *Pier. Val. lib.*3, *pag.*31. *B.*

Recte & *pietatem*, quæque mutuo mortales mortalibu[s] debent, per *Formicam* expreſſeris: ſi commeare eas in form[...] ſpectes, *Formicæ* alterius cadauer inferentes: prodire e[...] quas, factasque obuiam retrocedere quaſi conſternatas: [...] mum vermiculos ab inferiori loco, vtpote redemptionis p[...] quibus cadauer redimant, conuectare: alias vero tent[...] diſſectæ fuerint, vt partes committant & cohærere faciant. [...] *Val. lib,*8. *pag.*69. *B.*

*Ciconiam* videre eſt paſſim in Hadriani Imper. numis [...] ſcript. *Pietas Auguſta.* Significat hæc hominem erga pa[...] um, & veræ charitatis inſignem. *Pier. Val. lib.*17. *pag.*15[...]

## ❡ Emblema.

Pietas filiorum in parentes.

Emblema CXCIV. Andr. Alciat.

*Per medios hoſteis patriæ cum ferret ab igne*
*Æneas humeris dulce parentis onus.*
*Parcite, dicebat: Vobis ſene adorea rapto*
*Nulla erit, erepto ſed patre ſumma mihi.*

*Vide Virtus, Bonum, & Bonitas.*

---

# Pigritia.

## ❡ Definitio et Etymolog[ia]

Pigritia, Græce ἀεργία, ας, ἡ, & ἄεργος, ȣ, ὁ, ἡ, piger dicitur [...] tem pigritia metus conſequentis laboris. *ſecund.* Ci[c.] *Tuſcul. quæſt.*

Pigritia venit à piger: piger verò dicitur quaſi æger.

## ❡ Loci Biblici.

Piger excitatur ad laborem, *Prouerb.*6.*v.*6. laborem [...] egeſtate erit, 20.4. & 21.5. cui ſimilis, 26.14. pigri lapidatio, [...] *v.*1.2. in pigrum, *Prou.*21.*v.*25.26. & 22.13. & 26.15.

Pigritia damnatur, *Prouer.*13.4. & 19.*v.*15.24, & 2[...] 22.13. *Eccl.*11.4. *Rom.*12.11. Pigritiæ mala, *Prou.*20.4. & [...] & 28.19. *Matth* 13.25.

## ❡ Sententiae Biblic[ae]

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet [...] quis in me non manſerit, mittetur foras: ſicut palmes, [...] colligent eum, & in ignem mittetur & ardebit. *Ioan.*15.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum [...] *cob,*4.

Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. *Ierem.*48.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exciden[...] ignem mittetur. *Matth.*7.

Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & [...] tiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, [...] pem: parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe [...] dat. *Prou.*6.

Vſquequo piger dormies? quando conſurges è ſomno [...] *dem.*

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: ſic piger his [...] runt eum in via. *Prou.*10.

Vult & non vult piger: anima autem operantium [...] tur. *Prou.*13.

Pigrum deijcit timor: animæ autem effœminatorum [...] *ibid.* 18.

Abſcondit piger manum ſub aſcella, nec ad ſinum ap[...] *ibid.*19.

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate [...] dabitur ei. *ibid.*

Omnis piger ſemper in egeſtate eſt. 17.

Deſideria occidunt pigrum: noluit enim quicquam opera[ri] *dem.*

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Heſiodus.

Ω δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἀεργος
Ζώῃ κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀρμήν,
Οἵ τε μελισσάων κάματον τρύχουσιν ἀεργοί.

Id eſt.

*... autem dij indignantur & homines, quicunque piger*
*... fucis occultantibus ſimilis aculeum,*
*... apum laborem conſumunt pigri.*
*... δ᾽ τ᾽ ὄνειδος.*
*... autem vituperium.*
*... ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν,*
*... δ᾽ ἀμβαλλόμενος μελέτη ἔργον ὀφέλλει.*
*... δ᾽ ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.*
*... enim piger vir implet domum,*
*... differens ſtudium ſane opus auget.*
*... differens vir damnis luctatur.*
*... δ᾽ ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων,*
*... βιότοιο, κακὰ προσελέξατο θυμῷ.*
*... autem piger vir vanam ſpem exſpectans,*
*... indigens victus mala cogitauit animo.*

Plaut. in Bacchid.

*... ne inuideatur, ipſi ignaui recte cauent.*
*... indies actiones ſuas procraſtinant.*

Perſ. Sat. 5.

*... hoc fiet, idem cras fiet, quid? quaſi magnum*
*... diem donas? ſed cum lux altera venit,*
*... cras heſternum conſumpſimus: ecce aliud cras*
*... hos annos, & ſemper paulum erit vltra.*
*... quamuis prope te quamuis temone ſub vno*
*... tentem ſeſe fruſtra ſectabere cantum.*
*... rota poſterior curras, & in axe ſecundo.*

Mart. lib. 5. epigram.

*... te victurum, cras dicis Poſthume ſemper.*
*Dic mihi cras iſtud Poſthume quando venit?*
*... longe cras iſtud tibi eſt? aut vnde petendum?*
*Numquid apud Parthos Armenioſq́ latet?*
*... cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos:*
*Cras iſtud quanti dic mihi poſſet emi?*
*Cras viues, hodie iam viues. Poſthume ſerum eſt.*

Curt. lib. 8.

*... ſapit quiſquis, Poſthume, vixit heri.*

Phocylides.

*... ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.*
*... fruſtra apud ignem ſedens minuas charum cor.*

Plaut. Rud.

*Opera*
*Haud fui parcus mea, nimis homo nihil eſt, qui piger eſt,*
*Nimiſq́, id genus odi ego male.*

Iacob. Bill. Antholog. Sacra.

De hominum in amplectenda virtute pigritia.

*... quis inſtituit ſceleratam abrumpere vitam,*
*Atque Dei toto pectore iuſſa ſequi.*
*... tamen in vitijs hæret miſer, atque ſeneſcit:*
*Nec, quæ mente frequens parturit, illa parit.*
*Haud aliter quam qui ſomno grauiore ſepultus,*
*Quem tenet, hunc fruſtra deſeruiſſe cupit.*
*... ſi quis clamet, Pulſo iam ſurge ſopore,*
*Mox mox iſtud, ait: dormitat vſque tamen.*

## Sententiæ Philoſophicæ.

...mouuntur hi, qui nec ſibi, nec aliis, in quibus, vt dicitur, nul-...r, nulla induſtria, nulla cura eſt. *Cic. lib. de Offic.*

...pro labore deſidia, pro continentia atque æquitate libido & ...inuaſerunt, fortuna ſimul cum moribus mutatur.

...ſocordiæ atque ignauiæ te tradideris, nequaquam deos im-...ati infeſtique ſunt. *Salluſt. in Catilinaria.*

...eſt pigritia corporum fatigatis.

...eſt ingenii, contentum eſſe iis, quæ ſunt ab aliis inuenta. *...lib. 10.*

## Apophthegmata.

*Themiſtocles* pigritiam hominis viui ſepulturam vocauit: qui ...pletis centum & ſeptem annis, ſe mori videret, dixiſſe ſe ...plurimum dolere, quod de vita tunc egrederetur, quando ſa-...cepiſſet. *Plut.*

*Democritus*, perpetuam cunctationem actiones omnes imperfe-...reddere dicebat. *Stob. ſerm. de aſſiduit.*

*Euſebius philoſophus*, Ignauia, inquit, corpus tabefacit, animam ...nit. Exercitatio verò ad ſpeciem Deo ſimillimam ipſam eue-... *Stob. ſerm. de Otio.*

*Anacharchus* dicebat, ſi quis alterum audiret imprecantem ſibi ...nus & pedes inutiles, iratum illi procul dubio fore, diuites au-... curare ipſa manus ſuas pedesque faciant inutiles, interim ob ...ipſum ſe beatos exiſtimare. *eod. ſerm.*

## Exempla Sacra.

Pigritiæ exempla: Iſraelitæ, *Num.* 11. v. 4. & 21. 4. reduces à captiuitate, *Agg.* 1. 2. Operarii, *Matth.* 20. 3. Seruus nequam, 25. 26. Apoſtoli, *Marc.* 14. 40.

## Hieroglyphica.

Multis hieroglyphicis elegantiſſimis Sapiens Salomon pigritiam traducit & deteſtandam exhibet, Prouerbiorum & Elcleſiaſticis libro. Tabellas belliſſimas lectori vigilanti ſpectandas proponimus.

1. Vides, *Prouerb. cap. 6. verſ.* 9. 10. 11. pannis obſitum, lacerum, ſquallidum nebulonem, manibus complicatis dormitantem, quem egeſtas vt viator armatus circum obſidet.

2. Alio loco, pigrum in menſa accumbentem intuere, manum applicans ſub axilla, nec ad os applicantem, quod grauem laborem in eo poſitum eſſe putet. *Prouerb. 26. v. 15.* Huc refer lepidos verſus Cratetis Comici apud Athenæum lib. 6. de votis cuiuſdam ignauorum ignauiſſimi in Moroma inſula ridicule ſomniantis.

3. Propter frigus, inquit Sapiens, *cap. 20. v. 4.* piger arare nolit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.

4. Cum priori conuenit & illud, *Prouerb.* 10. 5. Qui ſtertit æſtate, filius erit confuſionis, huic opponitur filius ſapiens, qui congregat in meſſe.

5. Piger appoſitè comparatur homini dormienti, *Prouerb.* 20. 13. Noli diligere ſomnum, inquit ſapiens, ne te opprimat egeſtas: aperi oculos tuos, & ſaturare panibus.

6. *Cap. 21. v. 25, 26.* Deſideria (inquit ſapiens) occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiſcit & deſiderat. Huic opponimus aureum dictum *Ora & labora.*

7. Dicit piger, leo eſt foris, in medio platearum interficiar. *Prouerb.* 22. 13. dicit piger, leo eſt in via, & leæna in itineribus. *Prou.* 26. 13. Vt ſibi molliores delitias faciat, piger chimeras fingit & pericula, ne in publicum progredi, vel nonnihil operæ in vocatione honeſta peragere cogatur.

8. Elegans aliud hieroglyphicon exhibet *capit. 26.* Prouerb. *v.* 14. Ianua (inquit) vertitur in gyrum ſuper cardine ſuo, & ignauus ſuper lectum ſuum.

9. In pigritiis humiliatur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus. *Eccleſ.* 10. 18. Habes lector recondita & planæ diuinæ ſapientiæ hieroglyphica pigritiam ſuis coloribus pingentia, vide *lib. 5. hieroglyph. collect. Lugduni editorum, Anno* 1610. *pag.* 145. 146. 147.

# Podagra.

## Definitio et Etymolog.

Ποδάγρα eſt, vbi imbecillitas atque humoris natura alieni defluxio pedes occupant. *Leonardus Fuchſius inſtit. Medic. ſectione 1. libr. 3 capit.* 25. Sic dicta, quod pedicæ more, quam Græci ποδάγραν appellant, pedum vſum impediat. Ouid.

*Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.*

## Philoſophorum Sententiae.

De podagra. Dial. lxxxiv.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Turpi torqueor podagra. R. Neſciebas ſenectutis morem, incomitata non venit, magnam ſæpe morborum aciem deducit. D. Podagra crucior moleſta. R. Extrema & ignobili parte corporis laboras, quid ſi nobiliſſimis laborares, corde, vel capite? D. Pigra coerceor podagra. R. Vaga mens hominis freno eget, hunc paupertas tenet, illum carcer, aut grauior morbus. Ludens te pedibus alligat fortuna non podagra, ſed pedicæ ſunt, iam diſce conſiſtere. D. Podagra inutilis factus ſum. R. Ad curſum credo, vel ad ſaltum, ad choreas, ad palæſtram, an te autem ad hæc natum putas? ad alia ſi neſcis altiora quædam officia natus es, quæ ſi caput non ægrotat, exequi nil prohibet. Studere licet artibus ingenuis, dare operam pietati, ſeruare iuſtitiam, & fidem, fragile corpus, & fugacem mundum ſpernere, odiſſe vitia, amare virtutes, colere amicitias, conſilio patriã iuuare. Hæc ſunt viri boni munimina, quid hic pedibus loci eſt? D. Debilitatus ſum podagra. R. Pugnare cũ hoſtibus forſitan morbus vetet, non cũ vitiis, quo neq; facilius & certe crebrius eſt bellum: & quid ſcimus an hic ipſe dolor corporis contra quem dimices, tibi ad exercitium animi datus ſit? D. Pedib⁹ conſiſtere nequeo. R. Vide quã de reliquo ædificio ſpem habeas, cuius fundamentũ tam inualidum ſentis. Vigila ne te incautũ opprimat ruina. Contrahe ſarcinulas, teq; ad migrandũ para. D. Podagra me ingẽs habet. R. Solet hic morb⁹ (vt perhibent) diuitias comites habere. En tibi remedium aliud, bene ſpera aut lan-

aut languoris amaritudinem opum dulcedo ſolabitur, aut inopiæ pellet aſperitas, ita vel ſolatium aderit vel finis. Si hæc fallunt, veniet quæ non fallet. Illa vitæ malis omnibus finem dabit. D. Pedum premor ægritudine. R. Si ſalutem cupis, aut pauper ſis oportet, aut vt pauper viuas. Multos hac ægritudine liberaſſe traditur paupertas, vera defecatrix corporum: quoſdam verò frugalitas, quam voluntariam, ſeu fictam & imaginariam paupertatem dixerim. Vidiſti aliquos perpetua vini abſtinentia curatos, ita fit, dolor dolore, clauus clauo pellitur, vt antiquo dicitur prouerbio. Vix moleſtum aliquid ſine moleſtia curatur, vt prætereà cum hoc morbo cumque aliis multis pacem habeas, non Baccho ſolum, ſed & Veneri bellum indixiſſe profuerit. Sed quid agimus? animorum remedia promiſimus, non corporum. Habes tamen quam puto vnicam morbi huius curam. Hanc ſi probas vtere, ſi minus, non te fallant opifices fomentorum. Patientia in aduerſis efficaciſſimum atque optimum, & ſæpe vnicum remedii genus eſt. D. Podagræ vitio curuatus ſum. R. Ad iter inhabilis, minus idoneus ad laborem, non ineptus ad reliqua gerere, non rei modo familiaris, ſed Reipublicæ & ſummi, ſi ita ſors tulerit, imperii curam potes. Itaque memorandum valde Septimii Seueri Romani principis dictum vnum, qui ſenex ac podagricus dum coniurationem nobilium, qui ſe viuo filium eius Auguſtum dixerant, deprehendiſſet: comprehenſis authoribus ſeditionis ac filio, omnibusque ante ſolium eius diffuſis, metuque vltimi ſupplicii tremefactis, ac territis, ipſe manu ad caput relata tandem inquit, ſentitis caput imperare, non pedes. D. Podagra me miſerum miris modis torquet. R. Noli ſolas aſperitates rerum flere, ſed memento ſi quid dulce, aut iucundum tibi obtigit, quo incommodum hoc ſolari poſſis. Vnus ex multis peſſimis vulgo mos eſt, vt in aduerſis querulum, atq; impatiens, obliuioſum in proſperis, atque ingratum ſit, quo nihil iniquius fieri poteſt. Nam quis æquis auribus audiat exempli cauſa vel Seuerum ipſum quem diximus de podagra, vel Domitianum de caluicio, quod ægerrime dicitur tuliſſe, vel Auguſtum ſenem de ſiniſtri debilitate oculi, vel Iulium Cœſarem de timore nocturno, & quiete viſis turbida, vel poſtremo, alios fortunatiſſimos viros de vna, ſeu de altera naturæ (ſi dici licitum) aut fortunæ iniuria, ſic quærentes, vt imperii, atque opum victoriarum, ac tantorum ingrati, atq; immemores ſint honorum dum ſe homines meminerunt, quos plenam, perfectamque felicitatem hic ſperare dementiæ ſit, amara dulcibus temperare modeſtiæ, hoc podagræ proprium, hoc morborum omnium commune remedium inuenies, ſanumq; conſilium, ſanctumq; fateberis ſenis illius læta multa adepti, dura multa perpeſſi, qui bonis de manu Dei licet læte acceptis mala quæque patienter ſuſcipienda cenſebat, quamuis mali aliquid dare vel facere manus illa non nouerit, ſed humanam reſpexit opinionem. D. Podagra me in lectulo nodis inſolubilibus preſſum tenet. R. Te tacente ſtare animus poteſt, cœlumque, & terras, ac maria permeare.

## ❡ Apophthegmata.

*Anaxarchus* dicebat, ſi quis alterum audiret imprecantem ſibi manus & pedes inutiles, iratum illi procul dubio fore. Diuites autem, cum re ipſa manus ſuas pedesque faciant inutiles, interim ob hoc ipſum ſe beatos exiſtimare. Notauit autem vir prudentiſſimus eos qui ex otio variiſque delitiis podagram ſibi ipſis parant. *Stob. ſerm.28. de Otio.*

*Publius Cyrus*, cum eſſet orta iocoſa quæſtio, quodnam eſſet moleſtum otium, & alius aliud opinaretur, reſpondit, podagra. Otium vt rem ſuauiſſimam expetunt omnes, ſed otium podagrici cum ſummo cruciatu coniunctum eſt. *Pontanus Eraſmus libr.6. apophthegm.*

*Cicero* in Vatinium, qui cum pedibus æger eſſet, volebat tamen videri commodioris valetudinis factus, dicebatque iam ſe bina millia paſſuum ambulare. Dies enim, inquit, longiores ſunt. *Hoc Fabius tribuit Ciceroni, Macrobius libro ſecundo, capite 4. Saturn. Auguſto.*

Narratur & hodie quiddam non minus facetum, ſi modo accederet vetuſtatis commendatio. Miles quidam in conuiuio iactitabat ſibi baliſtam eſſe, quæ iaculum excuteret ad ſpatium nulli credibile. Reclamantibus conuiuis omnibus affirmabat famulum ſuum id vidiſſe factum. Accerſito famulo percontatus eſt illum, an non ipſe vidiſſet quod narraret: Tum famulus, Verum, inquit, narras, here, ſed dum vento ſecundo miſeras ſagittam. *Eraſm. Roterod. libro 4. apoph.*

*Alphonſus* interrogatus, cur podagrici loquaciores cæteris eſſent? reſpondit, podagricos pedum vitio afflictos, ambulare non poſſe: ideoque lingua, velut ambulatione quadam eos crebrius vti ſolere. *Panorm.3. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Pet. Fundanus* audiens quendam familiarem de pedum dolore eiulatus emittere, nec poſſe illos compeſcere, accurrit ad clamores: Ecquid, inquiens, alii de itinere queruntur aſſiduo, laboribusque quam plurimis: de perpetua negotiorum inquiete quereris atque otio: quod ſi tibi moleſtum eſt, exurge parum, & peregre proficiſcere. *Pontanus.*

# Pœna.

## ❡ Definitio et Etymolog[ia]

POEna, Græcum vocabulum eſſe videtur. Illi enim [...] dicunt, licet Varro à pendendo dictam velit. [...] ſupplicium, quo quis ob delictum afficitur. Heb[...] verbo *Hanaſch*, id eſt, mulctauit, puniuit, condemnauit.

Pœna eſt noxæ vindicta, *ſecundum Vlpian.* Octo p[...] nera Cicero eſſe commemorat, ſcilicet, Damnum, V[...] ra, Talionem, Ignominiam, Exilium, Seruitutem, Mortem [...] fit pœnitentia, ſiue pœnitudo, & punitio, & impun[...] & pœniteor.

## ❡ Loci Biblici.

Pœnæ impiorum in theſauris reconditæ, *Deuteron.* [...] delinquentibus pœna à Iudicibus irroganda, 25.1. [...] cti, *Exodi* 25.5. furis, *v.*1. *&c* homicidii, 21.12. idololatr[...] perbiam peccantis, *Num.*15. v.30. talionis, *Geneſ.*9. v.6. [...] *Leuit*, 24.17. *Deut*.19. v.19. pœnarum tria genera Dauid[...] 2. *Reg*.13.

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

*Infernalis pœna horribilis ob abſentiam omnis boni.*

Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. P[...]

Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & [...] ſiderium peccatorum peribit. 112.

Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores [...] & ſtridor dentium. *Matth.*8.

Diſcedite à me omnes operarii iniquitatis, Ibi erit fletus [...] dentium: cum videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & [...] tas in regno Dei, vos autem expelli foras. *Luc.*13.

Eleuans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis [...] ham à longe, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans [...] Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat [...] digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia [...] hac flamma. 17.

*Propter præſentiam omnis mali.*

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque [...] uiſſima. *Deut.*32.

Ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium & [...] ros peccatum illius. *Iob.*24.

Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, ſulphur & [...] larum pars calicis eorum. *Pſal.*11.

Pones eos vt clibanum ignis, in tempore vultus tui [...]

Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *Sap.*11.

Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſummatio [...] flamma ignis. *Eccleſ.*21.

Concupietis ardorem & parietis ſtipulam: ſpiritus [...] vorabit vos. *Eſa.*33.

Audite qui longe eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite [...] dinem meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit [...] hypocritas, *ibid.*

Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante [...] habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis. *ibid.*

Et conuertentur torrentes eius in pacem, & humus [...] phur. 34.

Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio, & potum [...] quam fellis. *Ierem.*9.

Ecce enim dies veniet ſuccenſa, quaſi caminus: & erunt [...] ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula; & inflammabit [...] dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non dere[...] radicem & germen. *Malach.*4.

Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum [...] mentum & luctum. *Apoc.*18.

Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc [...] cunda. 20.

*Interminabilis.*

Vermis eorum non morietur, ignis eorum non extinguetur [...] runt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. *Eſa.*66.

Diſcedite à me maledicti, ite in ignem æternum, qui præparatus [...] eſt diabolo, & angelis eius. Et ibunt hi in ſupplicium æternum [...] autem in vitam æternam. *Matth.*25.

Bonum eſt tibi luſcum introire in regnũ Dei, quam duos oculos [...] habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non mo[...] tur, & ignis non extinguitur. *Marc.*9.

Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & [...] ria virtutis eius, cum venerit gloriari in ſanctis ſuis, & admirabilis [...] fieri in omnibus, qui crediderunt in die illo. 2. *Theſſ.*1.

Si quis adorauerit beſtiam, & imaginem eius, & acceperit [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...in fronte ſua, aut in manu ſua, hic bibet de vino iræ ...mixtum eſt mero. *Apoc.14.*

## ¶ Sententiæ Patrvm.

...pœna peccati iuſtiſſima, vt amittat vnuſquiſque illud, quo ...noluit, cum ſine vlla difficultate poſſet, ſi vellet, id eſt, vt ...recte non facit, amittat ſcire quid rectum ſit: & qui re... cum poſſet, noluit, amittat poſſe, cum velit. *Augu.l.3.de*

...Domine, & ſic eſt, vt pœna ſit tibi omnis inordinatus ani... *confeſſ.*

...omnium pœnarum erit eorum, qui præter peccatum ...nale contraxerunt, nullum inſuper addiderunt. *in Ench.*

...impunitum non debet eſſe peccatum, puniatur à te, ne tu ...niaris. Peccatum tuum iudicem te habeat, non patronum *...enda pæn.*

...non impediunt iuſtum ab æterna vita quædam peccata ve... quibus vita iſta non geritur: ſic ad ſalutem æternam nihil ...pio aliqua bona opera, ſine quibus difficillime vita cu...ſimi hominis inuenitur. *In l.de ſent. Proſperi.*

...quin inter tres peccatores imo, impio, gentilem, hæ...ecclesiaſticum, multo maioribus pœnis dignus ſit, qui ma... dignitatis? *Hier. ſuper Ezech.*

...rectius maiori ſupplicio dignum iudicauerim animum, ...ſibdit inſtrumenta virtutum. *Aug. in quadam Ep.*

...Dei cernimus, & pia agere, & crudelia tolerare. Hinc ergo ...diſtrictus iudex quanta illic feriat diſtrictione, quos re... illic cruciat, quos amat. *Greg. in moral.*

...uno ſole omnes tanguntur: nec tamen ſub eo vno ordine o...ſentimus, quia iuxta qualitatem corporis ſentitur etiam ...lobris. Sic damnatis vna eſt gehenna, quæ affligit & tamen ...vno calore comburit: quia quod hic agit diſpar valetu...rum, hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum. *ibid.*

...iudicii iuſtitiam pertinet, vt nunquam careant ſup...quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato, ...iniquo terminus vltionis, quia quamdiu valuit, ha... terminum criminis. *ibid.*

...Dei longanimitatem negligat, quia tanto diſtrictiorem ...iudicio exiget: quanto longiorem ante iudicium pa...rogauit, *hom.13.in Euang.*

...eſt patiens, redditor patiens dicitur, quia peccata ho...patitur, & reddit: nam quos diu, vt conuertantur, tolerat, ...ſos durius damnat. *ibidem.*

...illic poſita bene eſſe perdidit, & eſſe non perdidit: ex qua ...cogitur, vt & mortem ſine morte, & defectum ſine defe... ſine fine patiatur: quatenus ei & mors immortalis ſit, & ...indeficiens, & finis infinitus. *Lib.4.dialog.*

...ideo cum fine dereliquerũt, quia cum fine vixerunt. Nam ...vtique ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. ...enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, quia nun...nunt peccare, dum viuunt. Ad magnam igitur iudicantis ...pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, quia in hac vita ...noluerunt carere peccato. *ibid.*

...quiſquis eo atrocius in tormentis obruitur, quo altius in ...eleuatur, tranſit quod extollitur, permanet quod punitur. ...ratur in via, in peruentione damnabitur: & quaſi per a...para ad carcerem peruenit, qui per præſentis vitæ proſpera ... tendit. *in Mor.*

...præſens, quæ iniuſti animam à prauis deſideriis mutat, ab ...ſuppliciis non liberat, quos mutat: nam quem præſentia ...non corrigunt, ad ſequentia perducunt. *ibid.*

...ſt, vt quos culpa ſimul inquinat, par etiam pœna adſtrin...qui nequaquam diſpari ſunt iniquitate polluti, nequaquam ...crucientur diſpari: quatenus ſimul damnatio conterat, ...miles elatio ſubleuabat. *ibid.*

...rendo modo fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defe... ſine defectu: quia & mors ſemper viuit, & finis ſemper incipit: ...cere defectus neſcit. Mors perimit, & non extinguit: dolor ...ſed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit, ſed ne...quam tenebras excutit. *ibid.*

...ob hoc inflexibilis & obſtinatæ mentis malum punitur æternali...temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempo...vel operamentum eſſe conſtat in pertinaci voluntate ita vt ſi ...quam moreretur, nunquam velle peccare deſineret: imo ſem...viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet, *Bernard.in epiſt. 252.*

Quid tam pœnale, quam ſemper velle, quod nunquam erit, & ...per nolle, quod nunquam non erit? *Bernard. de conſid.*

...ius eſt enim iniuſtum iuſte euadere, quam iuſtum iniuſte ...: quia reus, etſi ſemel euaſerit, poteſt iterum perire, innocens ...ſi ſemel perierit, iam non poteſt reuocari. *Chryſoſt. ſuper Matth.cap.1.*

Non quod plurimi ſolam pertimeſcant gehennam, ego autem ...gloriæ amiſſionem multo amarius, quam ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium: horribile valde quis ponit gehennas, niſi tale dictutus eſt, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore expelli, & eſſe exoſum Chriſto. *In Matth.6.*

Quis putas tunc mœror erit, quæ triſtitia, quum ſeparabuntur impii à conſortio factorum, & à viſione Dei, & traditi in poteſtate dæmonum ibunt cum ipſis in ignem æternum? ibique ſemper erunt ſine fine, in luctu & gemitu, vbi erit dolor intolerabilis, fœtor incomparabilis, timor horribilis, mors corporis & animæ, ſine ſpe veniæ & miſericordiæ: vbi nec qui torquet, aliquando fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur: ſed ſic morientur, vt ſemper viuant, & ſic viuent, vt ſemper moriantur. *Hug.l.1. de anima.*

Iuſte puniuntur, qui licitis abutuntur: iuſtius vero puniuntur, qui aliena rapere conantur: ſic Satanas cœlum, ſic protoplaſtus perdidit paradiſum. *ibid.*

Occultam culpam ſequitur aperta percuſſio, vt malis exterioribus interna puniantur, & cor publice corruat, qui latenter peccabat. *Caſſ.in Pſal.*

## ¶ Poetarvm Dicta.

Hor.1.Serm.3.

*Adſit.*
*Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas:*
*Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.*

Claud.Epig Satisfact.

*Me dolor incautus, me lubrica duxerit ætas,*
*Me timor impulerit, me deuius egerit ardor,*
*Te tamen haud decuit paribus concurrere telis.*

Ouid. epiſt.5.

*Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum eſt,*
*Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.*

Claud.conſ. Manlii.

*Qui fruitur pœna, ferus eſt, legumq́ue videtur*
*Vindictam præſtare ſibi cum viſcera felle*
*Canduerint, ardet ſtimulis, ferturq́ue nocendi*
*Prodigus, ignarus cauſſæ.*

Sen. Troad.

*Sic pœna petitur, quæ peti grauior poteſt?*
*Famulare collo nobili ſubeat iugum.*

Antholog.Sac.Iac.Bill.

Diuinas minas impiis contemptui eſſe.

*Quid ſibi vult, tumido quod dormit in æquore Ionas,*
*Quem tamen inſequitur vindicis ira Dei?*
*At contra vigilant innoxia pectora, votis*
*Flebilibus Deum ſupplicibusq́ue vocant.*
*Scilicet hi Ionam referunt, ad iuſſa minasq́ue*
*Numinis æterni quos ſopor altus habet.*
*Aſt alios illi, quos verba minacia terrent,*
*Cum tamen hæc tantum perfida corda petant.*

## ¶ Sententiæ Philosophicæ.

Nec domus, nec Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea nec recte factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis. *Cicero 3.de Natura Deorum.*

Legibus præmia propoſita ſunt virtutibus, & ſupplicia vitiis. *1.de Orat.*

Verus iuſtus, atque honeſtus labor, honoribus, præmiis, ac ſplendore decoratur: vitia autem hominum, atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur. *1.de Orat.*

Improbis pœna ſtatuenda eſt: nec minor vero iis qui ſecuti erunt alterum, quam iis, qui ipſi fuerint impietatis duces. *In Lælio.*

Quos ipſa natura retinere in officio non poteſt, ii magnitudine pœnæ maleficio ſubmoueri debent. *Pro Roſc.Amer.*

Quotuſquiſque reperietur, qui impunitate propoſita abſtinere poſſit iniuria? Impunitas peccandi maxima eſt illecebra. *Libr.3. Offic.*

Non ſatis eſt eum, qui laceſſerit iniuriæ ſuæ pœnitere: vt ipſe ne quid tale poſthac committat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores. *1.Offi.*

Eſt vtilius, vnius improbi ſupplicio multorum improbitatem coercere, quam propter multos improbos vni parcere. *5. Act. in Verr.*

Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, & tarditatem ſupplicii grauitate penſat. *Valer.l.1.*

Facit non rarò atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem. *Liuius, decad.1. l.8.*

Pœnæ leues non poſſunt refrenare iuuentutis inſaniam & ingenii ferocitatem, neque rerum honeſtarum contemptores ad temperantiam reducere. *Dionyſ.Halic.l.2.*

Magnorum delictorum magnas oportet eſſe pœnas. *G. Pachymer.hiſt.l.3.*

Satis pœnarum eſt potuiſſe puniri : grauis tamen pœna eſt, quum facti pœnitet. *Sen.in prol.*

## ¶ Apophthegmata.

*Socrates.* Ciuitates optime gubernari dicebat, cum iniuſti dant pœnas. *Plat.l.2.de legib.*

*Solon* percontatus. Quid magis ad Reipub.ſalutem prodeſſet? Reſpondit: Si boni præmiis inuitantur, mali autem pœnis coercentur. *Cic.ad Brut.Stob.ſer.*41.

*Idem* interrogatus, quanam ratione nullum in vrbe ſcelus perpetraretur? dixit: Si tam indignarentur illi, quibus non eſt facta iniuria, quam quibus facta eſt. Senſit autem vir prudentiſſimus, tum demum ſaluam eſſe Rempublicam, cum qui boni viri ſunt, malos pœnis coercent, ne inſontes afficiant contumelia. *Stob.ſerm.*41.

*Pythagoras.* Ciuitatem optimam eſſe dixit, quæ poſtquam malos pœnis coerceret, viros tantum bonos admitteret. *Stob.ſer.*41.

*Theophraſtus* ſciſcitatus, quidnam vitam humanam conſeruaret? Reſpondit: Beneficentia, Honor & pœna. *Stob.*41.

*Lycurgus* dicere ſolitus eſt, duabus potiſſimum rebus contineri Rempublicam: Præmio ſcilicet & pœna. Quo dicto eam demum Rempublicam ſaluam eſſe putauit, in qua boni præmiis inuitantur, flagitioſi verò pœnis afficiuntur. *Cic.in epiſt. ad Brut. & Eraſm. l.1. apoph.*

*Ageſipolis Cleombroti F.* quum quiſpiam ei dixiſſet ipſum cum æqualibus obſidem fuiſſe, filios vero, eorumque vxores minime: Merito, inquit, decet enim nos noſtra peccata noſtrasque pœnas ferre. *Bruſ.l.5.c.12.ex Plut.*

*Anonymus.* Chius quidam irâ contra ſeruum, incenſus: Non inquit, in piſtrinum ego te detrudam: ſed Olympiam ducam. Recte autem ille putabat, multo durius eſſe ſupplicium, ſi Olympiæ in conſpectu à radiis ſolaribus coqueretur, quam ſi in molam ac molendinum dederetur. *Ælian.l.14.de var.hiſt.*

*M.Cato* dicebat, ſe omnibus peccantibus ignoſcere, præterquam ſibi ipſi. Multum diſſimilis illi Mæuio, qui carpens alios ſibi condonabat omnia. Sibi ignoſcit, quem non pœnitet admiſſi: de ſe pœnas ſumit, qui cura penſat, quod incogitantia commiſſum eſt. *Plut. in apoph.*

*Idem* frequenter dicere ſolebat, ſe malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro maleficio perpetrato non dare pœnam. Significans, nil eſſe magis pernicioſum, quam ſi improborum mores pœna non coerceantur. *Plutarch.in apoph. & Eraſm. l.5.apoph.*

*Idem* ſolitus eſt dicere, iniuriam etiam ſi facienti nihil adferat periculi, vniuerſis tamen periculoſam eſſe. Quid aliud dicere voluit, quam pœnam delicti non negligendam eſſe; ne ex vnius iniuria multi porro contumeliis afficiantur ab improbis. *Plutarch.in Rom. apoph.*

*Idem* præterea dicebat, eos magiſtratus qui maleficos pœnis non coercent, non tantum non ferendos, ſed lapidibus obruendos eſſe, ne ex pœnæ neglectu ſalus Reipublicæ labefieret. *Plut. eodem loco.*

*Alphonſus*, cum equitem luxurioſum, & bonorum ſuorum decoctorem punire vellet, quibusdam à rege obnixe petentibus, ne in corpus lueret debita, quæ ille plurima per luxum libidinemq; contraxerat: Reſpondit: Equidem hunc neque ſui regis gratia, neque patriæ commodo, neque propinquorum & amicorum ære alieno ſuſcepto tam grande patrimonium profudiſſe, ſed omnem ſuam ſubſtantiam corpori indulſiſſe. In corpore igitur luere æquius eſſe, vt pœna malefactis ex æquo reſpondeat. *Panorm. l. de rebus ab Alphon.rege geſtis.*

*Manes Florentius* cum meretrice deprehenſus, quum pro more in perpetuam facti ignominiam (nam in Anglia, qui extra matrimonium mulieribus commiſcentur, in conſpectu populi retentis tantum fæmoralibus, nudi eccleſiam circumire cogebantur) exueretur à ſacerdotibus, fœmorali tantum conceſſo, omni parte nudus eſſe voluit, verum cum interrogaretur, an non puderet coram virginibus, mulieribus, omnique populo virilia oſtentare? Minime, inquit, gentium. Nam pudenda hæc, quæ peccauerunt, ea potiſſimum dare pœnas decet. *Æneas Sylu.lib.de dictis Alphonſi.*

*Alexander.* Quum Græci, qui apud hoſtes ſtipendium faciebant, veniſſent, in poteſtatem Alexandri, Athenienſes quidem iuſſit Alexander in compedibus ſeruari, quod quum ex publico ſtipendium haberent, tamē apud hoſtes meruiſſent: ſimiliter & Theſſalos, quod regionem opimam nacti, non eam colerent. Thebanos vero dimiſit dicens His per nos nihil eſt reliquum, neque ciuitas, neque agri. Ita moderatus eſt pœnam, vt mortem commeritis non indiceret, niſi vincula: & culpam eorum qui neceſſitatem excuſare poterant, in ſe tranſtulit. *Plut.in apoph.*

*Sylla*, milites in bello ſociali quum Albinum virum prætorium fuſtibus mactaſſent: Sylla tam atrox facinus impunitum reliquit, dicens, ſe illis poſthac promptioribus vſurum in prœliis dum peccatum, fortiter gerendo rem, ſtudebunt penſare. *Plut.in Sylla.*

*M.Cato.* Ipſo die comitiorum quendam è ſponſoribus ... ac pecuniam illi traditam in alium tranſtulit. At populus ... Catonis iuſtitiam damnato pœnam remiſit, dicens, ſatis ... narum, quod à Catone damnatus eſſet. *Eraſ.Rot.l.5.apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Dauidis regis.* Impii peribunt interim, & inimici Domini ... liter quam adeps agnorum qui adoletur ſuper altare, ... vna cum fumo deficient. *Pſal.*37.

*Chriſti Saluatoris.* Quemadmodum agricolæ arbores ... ras, quarum ſterilitas nullo pacto tolli potuit, è medio ... igni deputant: Sic Deus Opt. Max. impœnitentes, & homines ... gnos pœnitentiæ fructus non ferunt, perdet, ac in perpetuam ... nationem coniiciet. *Matth.*3.

*Chryſoſtomi*, Sicut in ſecularibus in eo quod alter pauper ... ter diteſcit, & niſi alter deſcenderet: alter non aſcenderet ... ſpiritualibus in eo quod alter confunditur, alius ... *Matth.23.hom.*43.

*Philonis Iudæi*, quemadmodum medicinæ ſylua ... bo laborantibus prodeſt. Sic & pœnæ inſipientibus. ... *tura.*

*D. Hieronymi.* Sicut mare feruens quieſcere non ... dundant fluctus eius, & reuoluuntur ad littora: atque ... bentur, & in ſe fracti lutum efficiunt quod pedibus ... impii æternæ conculcationi ſubiacebunt, quorum ... dium, & qui nulla pace requieſcunt, in eo quod impii ... *In Eſa.c.*57.

*Agapeti diaconi.* Quemadmodum vmbræ corpora ... animas flagitia comitantur, euidenti effigie actiones ... ideo non datur in iudicio negare. Ipſa enim ... obteſtabuntur, haud ſane vocem emittendo, ſed ... repræſentando, qualia iam à nobis patrata ſint. *De Offic.* ...

*Dionis Nicæi*, Veluti medici in ſanandis hominum ... membra quæ putredini debita, omnes medelas ... ferro amputant, ne cætera membra inde inficiantur ... eos qui in Republ. omnibus dediti vitiis omnem ... contemnunt, ferro etiam ſeparabit ne tanto ... cæteri in peius etiam ruant. *In Aug.*

*Plutarchi.* Cantharides & ſcorpii in ſe circumferunt ... remedium: At ipſi peccato ineſt ſua pœna, ſuppliciumque ... *ralibus.*

*Qui nos* docuit ſagittare, non vetuit iaculari, ſed ... remus à ſcopo: Ita non eſt interdicta punitio, ſed in tempore ... facienda. *In mor.*

*Vt qui diutina* tabe conficiuntur, non effugium ... lente moriuntur: Sic qui non ſtatim puniuntur, non ... nam, ſed longa ducuntur pœna. *in mor.*

*Pigri* remiges ſereno cœlo deſident in portu, ... flantibus ventis nauigare cum periculo: Sic qui non ... animo ſedato, cogitur aliquando vel iratus punire. *in mor.*

*Vt hienæ fel*, & phocæ coagulum atque aliæ peſſimarum ... partes aduerſus magnos morbos efficax habent remedium ... peſſimis tyrannis vtitur nonnunquam ad correctionem ... *in mor.*

*Ciceronis.* Vt nec domus, nec Reſpublica ratione ... plina deſignata videatur, ſi in ea nec recte factis præmia ... nec ſupplicia peccatis: Sic mundi diuina in homines ... fecto nulla eſt, ſi in ea diſcrimen nullum eſt bonorum ... *Lib.5.de Natura Deorum.*

*Seneca.* Serpentes paruulo fallunt, nec publice ... aliqua ſolitam menſuram tranſit, & in monſtrum ... tes potu infecit, & ſi afflauit, deurit, obteritque ... baliſtis petitur. Poſſunt verba dare: & euadere puſilla ... bus obuiam itur. Sic vnus æger nec domum quidem ... vbi crebris mortibus peſtilentiam eſſe apparuit: ... tis, ac fuga eſt, & diis ipſis manus intenduntur. Sub vno ... flamma apparuit, familia vnicuiq; aquam ingerunt. At ... vaſtum, & multas iam domos depaſtum, parte vrbis ... *de Clement.c.*25.

*Plinij.* Vt arbor exciſa repullulat, euulſa non refruticat ... lum ſi penitus tollitur, non renaſcitur. *Lib.22.c.13.*

*Eraſmi.* Vt melior medicus, qui morbum ... quam qui pharmacis expellat acceptum: Ita non paulo ... eſt efficere, ne facinora patrentur: quam ſi perpetrata ... autem fiet, ſi cauſas ex quibus animaduerterit potiſſimum ... gitia, vel recidat, ſi queat, vel certe premat & attenuet. *De inſtit. princ.*

*Ciconiæ* quoties conuolant in campum, quam Pythonis ... vocant (is eſt locus in Aſia) quæ vltima omnium aduenerit, ... cerant, atque ita diſcedunt, in vna omnium ceſſatione ... multitudinis vitia, vnius inſigni ſupplicio ſunt vel ſananda, ... cenda. *in Simil.*

*In aſpidis* ictu nullum eſt remedium, niſi vt partes ... putentur: ita quædam vitia ſola morte ſanari poſſunt. *ibid.*

Vna-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...magis eſt probanda medicina, quæ vitioſas corporis partes ſa... quæ exurit: Ita melior magiſtratus, qui ciues improbos ...quam qui tollit è medio. *ibid.*

...ex vipera, crocodilo, cæteriſq; nocentiſſimis beſtiis medici ...quædam aduerſus venenorum noxam ac morbos efficacia ... Ita animaduerſio in innocentes, multos vel arcet vel re... facinoribus. *ibid.*

¶ FABVLA.

Aſini lapſus.

...poſt longam & probatam ſeruitutem ſuam, & multas one... atque baiulationum egregias operas, quodam tempore, ſub graui onere, cum ad ſaxum improuiſum offendiſſet, in via ce... Tunc accurrit agitator, & acerbiſſimis verbis atque vehemen... plagis illum petit. At aſinus ſecum & ſuam conditio... deplorare, & accuſare ingrati domini ſæuitiam, qui oblitus o... priorum, ob vnam fortuitam offenſam tam grauiter ſe af...

...bula ſignificat, fere homines quid quoque tempore fiat, non ... aliquando factum ſit, ſpectare, & vnum ſæpe delictum memo... multorum egregie factorum inducere ac delere.

# Pœnitentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...œnitentia, Græce μεταμέλεια, μετάνοια, ας, ἡ, & μετανοία, Do... re aliqua commiſſa vel prætermiſſa ſubnaſcens. Vel eſt ...nitentia, mala præterita plangere, & plangenda iterum non ...ttere. *ſec. Ambr. Greg. & Theol. 4 Sent. diſt. 14.*

...nitentia eſt virtus, qua commiſſa mala cum emendationis ...oſito plangimus, & odimus, & plangenda vlterius committere ... *ſec. Magiſt. Sen. diſt. 14.*

...nitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe quod do... commiſiſſe. *ſecund. Augu. & hab. de pœnit diſtinct. 2. can. Pœni...*

...niter, vnde pœnitentia deducitur, dicitur quaſi pœna tenet. ... enim dicimus, cum quæ ipſi fecimus, aut quæ de noſtra ... noſtroque conſilio facta ſunt, ea nobis poſt incipiunt di... ſententiamque in his noſtram demutamus. Et quoniam, ... tædio vel pudori ſunt, pœna quædam eſſe videntur, fit vt ... aliquando pro tædet accipiatur. Sane vt dicimus, me pœni... pœna tenet, ita pœniteor, id eſt, pœna teneor dicimus, ſed ... ablatiui caſus eſt.

¶ LOCI BIBLICI.

...nitere, pro dolorem capere, 2 *Cor.* 7, 8. Vide reſipiſcentia. Ad ... cum ſpe veniæ inuitantur peccatores, *Leu.* 5 *verſ.* 5. 6. ... 29.31 & 30.2.1 *Sam.* 7.3.1 *Reg.* 8 v 33.34 35.37.47.48.2 *Paral.* ... 4 & 20.6 & 34.26 *Nehem.* 19 & 9 v 27.28 *Iob* 8 v 5.6 & 22 ... v 5.6 *Prou.* 28.13 *Eccl.* 17.23. *Eſa.* 1 v 16.17.18 & 30.18 & 31.6. ... & 46.8 & 55.7 & 59.20 & 61 v 1.2 *Ier.* 3 v 1.10.12.14.17.22 & ... 7.3 & 12.15 & 18 v 8.11 & 26.13 & 29.12. & 31 v 18.20 & 36 ... 3.40 *Ezech.* 14.6 & 18 v 11.21.27.13.32 & 33 v 11.14.10. & 43.9 ... 24 *Oſe* 3.5 & 6.1 & 10.12 & 12.6 & 14 v 2.3 5 *Ioel.* 2 v 12.13 *A*... *Ioan.* 3.8 *Mich.* 7.18 *Zach.* 1 v 3.4 *Malach.* 3 v 7.17.18 & 4.6 ... v 2.8 & 4.17 & 11.28 & 18.14 *Marc.* 1.4 & 6.12 *Luc.* 3 v 3.8 & ... 5.32 & 9.13 & 13.5 & 19.10 & 24.47 *Act.* 2.38 & 3.19. & 5.31. & ... 11.18 & 14.15 & 17.30 & 19.4 & 20.21 & 26 v 18.20 *Rom.* 2.4 ... v 12.13 28.2 *Tim.* 2.25.1 *Pet.* 2.1.2 *Pet.* 3 9.1 *Ioan.* 1.9 *Apoc.* 25 & 3 ... Pœnitentia dum ſani ſumus agenda eſt, *Eccl.* 17.24 & 18.25. ie... debet, 1 *Reg.* 8.48.2 *Paral.* 6.38 *Eſa.* 23.18.

...nitentiæ capaces qui, *Luc.* 9.31. pœnitentiæ contemptus quam ... *Eſa.* 22 v 12.13.14 *Ier.* 5.3 *Amos* 6.6 *Agg.* 1.18 *Matth.* 11 *ver.* 21. ... v 13.2 *Cor.* 12 v 21 *Apoc.* 9 v 20.21 & 16.9.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE

*Pœnitentia malum aufert.*

Si pœnitentiam egerit gens illi à malo ſuo, quod loquutus ſum ... eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogita... facerem ei, & ſubito loquar de gente & regno, vt ædificem & ... illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem ... pœnitentiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum, vt face... *Ier.* 18.

Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in Manus Dei, & non ... hominum. *Eccl.* 2.

Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis ... operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudi... & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquita... quas operatus, non recordabor. Nunquid voluntatis meæ ... impii, dicit Dominus, & non vt vertatur à viis ſuis & viuat? *Ezech.* 18 & 33.

Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ...? Facite ergo fructum dignum pœnitentia, *Matth.* 3.

*Bonum confert.*

Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrũ ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam & venite & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, quaſi lana alba erunt, *Eſa.* 1.

Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, *Matth.* 3.

Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnum Dei: Pœnitemini & credite Euangelio, *Marc.* 1.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia, *Luc.* 15.

Sic oportebat pati Chriſtum: & reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, 24

Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Quæ enim ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, 1, *Cor.* 7

Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra *Act* 3.

Auditu auris audiui te, idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere, *Iob.* 42

Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, *Luc.* 5.

*Impeditur diuinæ bonitatis contemptione.*

Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam *Iob.* 24.

Et miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam, *Sap.* 11.

*Mundanæ voluptatis inhæſione.*

Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur: nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium, *Ier.* 8.

Et dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere *Apoc.* 2.

*Pœnitentia perficitur corde.*

Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio: ait Dominus: Reuertere auerſatrix Iſrael, ait Dominus, & non auertam faciem meam à vobis, & non iraſcar in perpetuum. *Ier.* 3.

Et egreſſus foras fleuit amare. *Matth.* 26.

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Ieſus accubuit in domo Simonis leproſi, attulit alabaſtrum vnguenti, ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, *Luc.* 7.

*Ore.*

Sed quia patiens eſt Dominus, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus. *Iud.* 8.

Sacrificium ſalutare, eſt attendere & diſcedere ab omni iniquitate. *Eccl.* 55.

*Opere, vt ſit virtuoſa ſine mali admixtione.*

Si iniquitatem quæ eſt in manu tua, abſtuleris à te & non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia, tunc lauare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis, *Iob.* 11

Pœnitentibus autem dedit viam iuſtitiæ, *Eccl.* 17

Fili peccaſti, non adiicias iterum: ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur, *Eccl.* 21

Quærite bonum: & non malum, vt viuatis. Odite malum, & diligite bonum, *Amos* 5.

Facite ergo fructus dignos pœnitentia, *Luc.* 3.

Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. *Apoc.* 2.

*Fructuoſa ſine procraſtinatione.*

Septies enim in die cadet iuſtus, & reſurget: impii autem corruent in malum, *Prou.* 24

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, *Eccl.* 5.

Hæc dicit Dominus: in tempore placido exaudiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi, *Eſa.* 49

Non eſt enim ei bene, qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti, quoniam & Altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus, 12.

Anguſtia ſuperueniente requirent pacem, & non erit, *Ezech.* 7.

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, & in vltimo vitæ ſpiritu admiſſorum pœniteat, *Aug de eccl. dog. c.* 48.

In tribunal mentis tuæ adſcende contra te: & reum te conſtitue ante te, noli te ponere poſt te, ne Deus te ponat ante te, *In lib. de vtilit. agen. pœn.*

Noli negligere, quod vos prius Dominus peccantes ſuſtinet: quia quanto diutius expectat vt emenderis, tanto grauius iudicabit, ſi neglexeritis. *ibid.*

Sunt multi, quos peccare non pudet: ô incredibilis inſania! de vulnere ipſo non erubeſcis, & de ligatura vulneris erubeſcis. Nonne vulnus fætidum & putridum eſt? confuge ergo ad medicum: age pœnitentiam: dic, iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui: quia tu ſolus ſine peccato. *ibidem.*

Iuſtitia de cœlo proſpexit tanquam Dei dicentis: Parcamus huic homini, quia ipſe ſibi non pepercit: agnoſcamus, quia ipſe agnoſcit, conuerſus eſt ad puniendum peccatum ſuum, conuertar & ego ad liberandum eum. *In Pſal.* 84.

Ad agendum pœnitentiam non ſufficit mores in melius commutare, & à malefactis recedere, niſi & de his quæ facta ſunt ſatisfacias Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis. *Lib. de pœnit.*

Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat: nihil proſunt lamenta, ſi replicentur peccata. Nihil valet à malis veniam poſcere, & mala de nouo iterare. *In ſoliloq.*

Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, & mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, gratiam conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, & roborat. *Lib. de pœn.*

Qui per pœnitentiam peccata diluit, angelicæ felicitatis conſors in æternum erit. *Lib. de mirac. ſacr. ſcript.*

Si quis poſitus in extrema neceſſitate ſuæ ægritudinis voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit: fateor vobis, non illi negamus, quod petit, ſed non præſumimus quod bene hinc exit, ſi ſecurus hinc exit, ego neſcio, pœnitentiam dare poſſemus, ſecuritatem autem non. Non quidem dico, damnabitur: ſed nec dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? tene certum & dimitte incertum. Age pœnitentiam dum ſanus es: ſi ſic agis, dico tibi, quod ſecurus es, quia pœnitentiam egiſti, eo tempore, quo peccare potuiſti. Si vis agere pœnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa. *Serm.* 36.

Quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis vrgentis adminitio compellit, nec dignus eſt in morte accipere ſolatia, qui ſe non cogitauit moriturum. *ibid.*

Peccauit Dauid quod ſolent reges, ſed pœnitentiam geſſit, fleuit, ingemuit, quod non ſolent reges: confeſſus eſt culpam, & obſecrauit indulgentiam. *Amb. de Dauid. l.* 1.

Quod Dauid peccauit conditionis eſt: quod ſupplicauit, correctionis. Lapſus communis, confeſſio ſpecialis. In culpam itaq; incidiſſe naturæ eſt: dolere virtutis. *ibid.*

Qui pœnitentiam agit, paratus debet eſſe ad approbata perferenda, iniuriaſque ſubeundas: nec commoueri, ſi quis ei peccati ſui crimen obiiciat. *Lib. de Ioſeph. cap.* 36.

Nihil peccare, ſolius Dei eſt, emendare ſapientis & corrigere erratum, & pœnitentiam agere de peccato: id tamen difficile eſt in hac vita homini. Quid enim tam rarum, quam vt inuenias virum, qui ſeipſum coarguat, & factum condemnet ſuum? Rara itaque confeſſio de peccato, rara pœnitentia, rara in hominibus verbi huius aſſertio. Repugnat enim natura, repugnat verecundia: natura, quia omnes ſub peccato: qui carnem gerit, culpæ obnoxius eſt. Ergo repugnat natura carnis, & illecebra ſeculi, innocentiæ integritatique. Repugnat etiam verecundia, quia erubeſcit vnuſquiſque propriam culpam fateri, dum præſentia magis quam futura cogitat. *Epiſt. 3. ad Simplician.*

Fidelior factus eſt Petrus, poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit: atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amiſit. *In ſer. ad vincul.*

Quando ſic pœnites, vt tibi amarum ſapiat in anima quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore ipſum te cruciat in corde, iam tunc bene ingemiſcis ad Deum. *In quodam. ſerm.*

Amaritudinem radicis dulcedo pomi compenſat: pericula maris ſpe lucri delectant: dolorem medicinæ ſpes ſalutis mitigat: Qui deſiderat nucleum, frangit nucem: pœnitentiamque agit, qui vult æterno adhærere bono. Præconia Chriſti narrare poſſunt, qui ad palmam indulgentiæ meruerunt peruenire. *Hier in Matth.*

Apud Deum non tam valet menſura temporis, quam doloris non abſtinentia tam ciborum, quam mortificatio vitiorū, propter quod tempora pœnitentiæ pro fide & conuerſatione pœnitentium abbreuianda præcipiuntur, & pro negligentia protelanda exiſtimantur, quum pro quibuſdam culpis modi pœnitentiæ ſunt impoſiti. *In quodam ſerm.*

Neceſſaria eſt pœnitentia, quæ aut æquet crimina, aut certe excedat. *in epiſt. ad Suſan.*

Quum mentem Deus ingreditur, conſtat proculdubio, quod mox pœnitentiæ gemitus ſequatur, vt ei iam ſalubriter flere libeat, quæ prius in iniquitatibus flenda iucunditate gaudebat: ſed quo vberius culpa fletur, eo altius agnitio veritatis attingitur: quia ad videndum lumen internæ bonitatis polluta dudum conſcientia, lachrimis baptizare renouatur. *Greg in Mor.*

Apud miſericordiæ iudicem næ ille fallax habebitur qui ... tatem reuertitur, etiam poſtquam mentitur, qui omnipoten... dum libenter noſtram pœnitentiam ſuſcipit, ipſe iudicio, ... errauimus, abſocndit. *in hom.* 29.

Quot habuit in ſe oblectamenta, tot de ſe inuenit holo... conuertit ad numerum virtutum numerum criminum: ... ſeruire Deo in pœnitentia, quicquid ex ſe Deum contemp... culpa. *in hom. 33. ſup. Euang.*

Qui mala, qui perpetrauit, inſinuat, ſed flere, quæ inſinua... cuſat, quaſi ſubiecta veſte vulnus detegit, ſed torpente mente ... camentum vulneri non apponit. *in mor.*

Fit plerunq; gratior Deo amore ardens vita poſt culpam ... in ſecuritate torpens innocentia. *in pa. c.* 54.

Quum in graue peccatum miſer homo labitur, pecca... & modicum in corde affirmat: miſericordiam prædicat, ... ſpatium vitæ promittit: permanere in peccato ſuggerit: ... contemptum Dei & deſperationem ſui iudicat, & perca... dam hom.

Vnuſquiſque conſcientia conuenitur, vt tanto maiora ... bonorum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora intulit ... per culpam. *in Matth.* 3.

Quem vere pœnitet, laborem pœnitentiæ non abhorr... quicquid ſibi pro culpa, quam odit, iniungitur, tacita ... amplectitur. *in hom. quadam.*

Equum indomitum flagella domant, animam immun... ria & aſſiduitas lachrymarum. *Bern. in quodam ſer.*

Nunc lauandi tempus eſt, nunc purificationem ... ſariam: quoniam nemo mundus à ſorde, nec infans, cuius ... nius diei ſuper terram. *ibid.*

Quid leuius onere pœnitentiæ, quod non ſolum non ... & portat omnem, cui importandum imponitur? Mirum ... turæ: vnde proceſſit materia, inde ſarcina leuigatur, & qua... ſcit in maſſa, tantum decreſcit in pondere. *in epiſt.*

Qui perfecte ſenſerit onus peccati & animi læſionem ... rum ſentit, aut ex tota non ſentiet corporis pœnam, ... quo peccata nouerit delere præterita, & cauere futura. ... *ſermon.*

Fugite, inquit, de medio Babylonis & ſaluate animas ... volate & vrbes refugii: vbi poſſitis & de præteritis agere ... tiam, & in præſentia obtinere gratiam, & futuram glor... liter præſtolari. Non vos retardet conſcientia, quia vbi ... dauerunt, ſuperabundare conſueuit & gratia: nec pœnitent... ritas ipſa deterreat. Nec enim condignæ ſunt paſſiones ... poris ad futuram gloriam, & præteritam culpam, quæ ... nec ad præſentis gratiam conſolationis, quæ immittitur ... turam gloriam quæ promittitur. Si verbis non creditis ... credite, exemplis acquieſcite plurimorum, currunt ... tores ad pœnitentiam, & natura pariter & conſuetudine ... credentibus impoſſibile: nil amantibus difficile, nil ... bus: nil humilibus arduum reperitur: quibus & gratia ... & obedienti deuotio lenit imperium. *ibid.*

Si erramus, paruam pœnitentiam imponendo, ... miſericordia Deo rationem reddere, quam de auſterit... nim paterfamilias eſt largus, diſpenſator non debet ... & ſi Deus benignus, vt quid ſacerdos auſterus? *Chryſ. in Matthae* 23.

Nunquam ſpernit Deus pœnitentiam, ſi ei ſincere ... offeratur, & ſi ad ſummum quis perueniat malorum, ... velit reuerti ad virtutis viam, ſuſcipit libenter & amplect... enim temporis longitudine, ſed affectus ſinceritate ... ſatur. *Lib. de reparatione lap.*

Latro ille qui pendebat in cruce, non eguit prolixi... ris, vt ingreſſum paradiſi mereretur: ſed tantum ... cit quantum expedire potuit, donec vnum poſſet pro... nem: ita vt intra vnum momentum temporis totius vitæ ... abſolutus præcedere ad paradiſum etiam apoſtolos ... *dem.*

Non dolere quia peccaueris, magis indignari ... facit Deum, quam illud peccatum, quod ante perpet... *Matth.*

Tales ſunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam ... nunt: quia dicunt, & non faciunt, ſic dū pœna pœniten... pœna peccati futura contemnitur. Si enim faſcem ſuper ... adoleſcentis, quem non poteſt baiulare, poſueris: neceſſe ... aut faſcem abiiciat, aut ſub pondere confringatur, ſic & ... graue pondus pœnitentiæ imponis, neceſſe eſt, vt pœniten... ciat, aut ſuſcipiens, dum ſufferre non poteſt ſcandalizatus ... peccet. *ibid.*

Clerici peccantes difficile pœnitentiam agunt, erubeſcit ... quando fieri reus, qui ſemper fuerat iudex. *ibid.*

Qui aliquando videt clericum cito pœnitentiam agentem ... deprehenſus humiliauerit ſe: non ideo dolet, quia pecca... confunditur, quia perdit gloriam ſuam. *In Matth.*

Pœnitentia eſt medicamentum vulneris, ſpes ſalutis ... quam Deus ad miſericordiam prouocatur, quæ non ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…ur, ſed profunditate luctus & lachrymarum : pœnitentia au-… menſium ac temporum curſus pœna penſatur, ſed pœna, …mnia cruciatur, & mortificatur caro. *Iſidorus de ſummo bono …*

…nitentia appellata quaſi punientia, eo quod ipſe homo in ſe …endo punit, quod male admiſit. Tria enim, quæ ſunt in per-…ne pectoris, id eſt, pectus, ſonus & manus, ſignificant, quod …ntia eſt de his, quæ mente, voce & opere peccauimus. *Hug. l. …d eccl.*

…nitentia! quid de te noui referam ? omnia ligata tu ſoluis, …a clauſa tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita …as, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas. *Cyp. …d pœn.*

…ano Pſalmorum perſonam pœnitentis aptauit, quia ſexta die …creatus, Chriſtus pro peccatis crucifixus, in ipſo die primus …peccauit. *Caſſ. in Pſal. 6.*

Q…d enim meruit latro, vt ſic paradiſum velociter introiret? …publicanus, qui repente de templo abſolutus exiuit? ipſe dedit …ſſionis ſubitum votum, qui donauit & præmium. *idem in Pſ.*

Quis in ſeculo peccauit enormius Paulo? quis in religione gra-… Petro? illi tamen per pœnitentiam meruerunt aſſequi non ſo-… miniſterium, ſed etiam magiſterium ſanctitatis. Memores igi-…re miſericordiæ, quam filio prodigo reuertenti pater euan-…legitur impendiſſe, & illud: Nolite ergo ante tempus iudi-…quouſque veniat tempus, &c. nam multa ſunt, quæ de iudicio …ominis ignorant: quia fortaſſe, quæ vos laudatis, ipſe repre-…de quæ vos reprehenditis, ille laudabit. *Petr. Chryſologus in …m ſerm.*

…ere autem pœnitentiam nihil aliud eſt, quam profiteri & affir-…e vlterius non peccaturum. Ignoſcitur itaq; his, qui ad pecca-…gnoranter, imprudenter, incauteque labuntur: veniam non …qui ſciens peccat. *Lactant. Firmian. diuin. inſtit. libro 6. c. 13.*

…tamen deficiat aliquis, aut de ſeipſo deſperet, ſi aut cupiditate …, aut libidini impulſus, aut errore deceptus, aut vi coactus, à …ia lapſus eſt. Poteſt enim reduci & liberari, ſi eum pœniteat …, & ad meliora, conuerſus, ſatis Deo faciat.

…mo poteſt eſſe tam prudens, tam circumſpectus, vt aliquando …batur. Et idcirco Deus imbecillitatem noſtram ſciens, pro ſua … aperuit nobis portum ſalutis, vt huic neceſſitati, cui frugali-…tis ſubiecta eſt medicina pœnitentiâ ſubueniret. Ergo qui-… aberrauerit, referat pedem, ſeque quamprimum recipiat ac …mer.

*Sed reuocare gradum ſuperasq; euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor eſt.*

…tis enim male iucundis voluptatibus, vix diuelli ab his poſ-… facilius recta ſequerentur, ſi earum ſuauitates non attigiſſent. …piant ſe malæ ſeruituti, condonabitur his omnis error, ſi er-…ſuum vita meliore correxerint. Nec lucrari ſe quiſquam pu-… delicti conſcium non habebit, ſcit enim ille omnia, in cuius …tu viuimus. Et ſi vniuerſos homines celare poſſumus, Deum …poſſumus, cui nihil abſconditum, nihil poteſt eſſe ſecretum …c. 24.

¶ Poeticae Sententiae.

Menander.

Ἡ μετάνοια γίνετ᾽ ἀνθρώποις κρίσις.
*Pœnitentia eſt hominibus iudicium.*

Periander.

Ἁμαρτὼν μεταβουλεύου.
*Cum peccaueris, ſubeat te pœnitentia.*

Plaut in Aulular.

*Qui homo culpam admiſit in ſe, nullus eſt tam*
*parui pretij,*
*Quin pudeat, quin purget ſeſe.*

Ouid. l. 1. Remed. Amor.

*Vtile propoſitum eſt ſæuas extinguere flammas,*
*Nec ſeruum vitijs pectus habere ſuum.*

Ibid.

*Principijs obſta: ſero medicina paratur,*
*Cum mala per longas conualuere moras.*
*Sed propera, nec te venturas differ in horas?*
*Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.*

Ibid.

*Si cito ſenſiſſes quantum peccare parabas,*
*Non tegeret vultus cortice myrrha tuos.*
*Vidi ego, quod fuerat primo ſanabile vulnus,*
*Dilatum longæ damna tuliſſe moræ.*
*Sed quia delectat Veneris decerpere fructus,*
*Dicimus aſſidue, cras quoq; fiet idem.*
*Interea tacitæ ſerpunt in viſcera flammæ,*
*Et mala radices altius arbor agit.*

Ouid. l. 1. de Ponto.

*Talia cæleſtes fieri præconia gaudent,*
*Vt ſua quid valeant numina teſte probent.*
*Sæpe leuant pœnas ereptaq; lumina reddunt,*
*Cum bene peccati pœnituiſſe vident.*

Hor. 3. Carm. 24.

*Scelerum ſi bene pœnitet,*
*Eradenda Cupidinis.*
*Praui ſunt alimenta.*

Anthol. ſacr. Iacob. Bill.
Spiritualis querela.

*Quidnam optem infelix? vitamne, an funera? nam quo*
*Plus viuo, ſcelerum plus mihi creſcit onus.*
*Sed quid? ſi moriar, iam non delere licebit*
*Crimina per lachrymas, quas metanœa parit.*
*Quidnam igitur faciam, cum mens ab vtraq; trahatur*
*Parte, nec expediat quid mihi ſcire queam?*
*Ad te confugio, ſupplex tibi brachia tendo:*
*Et maneo nutus, optime Chriſte tuos.*

Conuerſio non differenda.

*Conuerti ad rectos mores, & viuere ſancte*
*In Chriſto meditans, quod cupit, acceleret.*
*Cedant virtuti vanarum obſtacula rerum,*
*Ne perdat voti tempora lenta fides.*
*Quid iuuat in longum cauſas producere morbi?*
*Cur dubium expectat cras hodierna ſalus?*
*Scimus correctis veniam non eſſe negandam,*
*Sed nulli noſtrum eſt vltima nota dies.*

Qualis ſit vera & ſeria pœnitentia.

*Quem ſceleris noxæq; grauis bene pœnitet, illi*
*Perpetuus lachrymis obruit ora dolor*
*Nam qui poſt lachrymas ad inania gaudia ſeſe*
*Tranſtulit, ex lachrymis commoda nulla tulit.*
*Qui ſua nunc fletu plectit, ſæuoq; dolore.*
*Crimina, nunc riſu diffluit immodico.*
*Eſt velut is, lachrymis qui cum celebrauit amici*
*Funera, mox epulis nubila mæſta fugat.*

¶ Apophthegmata.

*Pauſanias*, quum in conuiuio quodam Simonidem Philoſophum oraſſet, vt aliquid ex ſapientiæ arcanis in medium adferret: Simonides dixiſſe fertur; Memento te hominem eſſe. Sed Pauſanias in ſumma tum felicitate conſtitutus, non magnopere philoſophi dictum curauit. Cum vero poſtea in Chalceœco cum fame luctaretur, iamque mortem omnium miſerrimam ob oculos videret, magna voce exclamaſſe fertur: ô Cee hoſpes! magnum quiddam in ſermone tuo inerat: ego vero inani perſuaſione ſum adductus, vt eum nullius momenti putarem. *Ælian. l. 1. de var. hiſt.*

*Iſæus ſophiſta*, cum primos pueritiæ ſuæ annos in omnibus voluptatibus contriuiſſet, vir factus in melius vitam inſtituit. Cum igitur forte cum amico deambulaſſet, qui ei formoſam oſtenderet puellam, interrogaſſet, vtrum formoſa videretur? reſpondit Iſæus: Nihil hic iudico, quandoquidem deſii laborare oculis. *Philoſtrat. in ſophiſt.*

*Theodoſius Imper.* dicere ſolebat: Nihil eſſe noui, ſi quis homo cum ſit è vita excedat. Vnius autem Dei eſſe eum, qui ſemel mortuus ſit, per pœnitentiam ad vitam reuocare. *Nicephorus Calliſtr. l. 14. c. 3. eccl. hiſt.*

¶ Similitudines.

*Chryſoſtomi*: Solent Reges nato ſibi filio indulgentiam in regno ſuo donare: ſed ante transmittunt acerbiſſimos exactores, qui omne, quod inuenerint, exigant, ita vt indulgentia ipſa crudelior eſſe videatur, quam ipſa exactio, vt nihil indulgentiæ habeat præter nomen, vt lugentes illam homines, & nudi ſuſcipiant. Deus autem & nato ſibi filio, volens donare in ſeculo indulgentiam peccatorum, præmiſit quaſi exactorem Ioannem, exigentem, & dicentem? Facite fructus dignos pœnitentia. *In c. 3. Matth*

*Quemadmodum* anima pigritans & negligens, quanquam multum ad pœnitentiam temporis accipiat, nihil operatur magni, neq; ſibi Deum per deſidiam conciliat: Sic qui propoſito excitato feruet, atq; multa cum ſolertia pœnitentiam oſtendit, breui temporis momento peccata delere poterit. *De pœn. ſerm. 1.*

*Quemadmodum* in corpore vulnera & medicinæ. Sic in anima peccatum & pœnitentia. In vulnere ſanies, in medicina purgatio ſaniei. In peccato improperium, in peccato deriſio. In pœnitentia fiducia, in pœnitentia libertas, in pœnitentia purgatio peccatorum. *De pœn. ſerm. 3.*

*Neque* perinde amnium fontes floridos reddunt hortos, vt plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in ſummam altitudinem excurrere. *Homil. 8. de fide Annæ, & Sam. educatione.*

*Cypriani*, Sicut bonus dominus mali ſerui miniſterio bonam facit eleemoſynam: Ita & per alium licet impœnitentem miſericors Dominus alium reuocare vult ad pœnitentiam. *De ſing. cler.*

*Operari* tu putas ruſticum poſſe, ſi dixeris: Agrum peritia omni

ruſticitatis exerce, culturis diligenter inſiſte, ſed nullam meſſem metes, nullam vindemiam premes, nullos oliueti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel ſi cui demum vſum nauium ſuadens: Materiam de excellentibus ſyluis mercare frater, catenam præualidis & electis roboribus intexe clauo, funibus, velis vt fabricetur atque armetur nauis, operare: ſed cum hoc feceris, fructum de actibus eius, & curſibus non videbis? Ita ſi tollas pœnitentiam, quis non ſtatim pereat? quis non ipſa deſperatione deficiat? *Lib.5.epiſt.2.*

*Tertulliani.* Hoc pretio Dominus veniam addicere inſtituit, hac pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem. *Lib.de pœnit.*

*Si qui venditant,* prius nummum, quo paciſcuntur, examinant, ſcalptus, neve raſus, ne adulter etiam: Dominum credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantum nobis mercedem perennis ſcilicet vitæ conceſſurum? *Lib. de pœn.*

*Hilarij.* Pœnitentiam ſuam Deus memorat ad pœnam, quia puniri deſinerent, qui eſſe impii deſtitiſſent. Vt ergo figulo promptum eſt amiſſum vas ad eandem, vel quam volet, ſpeciem reformare: Ita Deo facile eſt, quod vitiorum caſus volentes ſe erigi, per doctrinæ ſuæ inſtitutionem ad pietatem ab impietate reparare. *in Pſal.2.*

*Venantij Honorij Clementiani.* Sicut debitum à creditore requiritur merito: Ita peccatum à Deo in die iudicii neceſſe eſt exigatur. Nā niſi hic, dum viuimus, per pietatem eius indulgentiæ iſta nobis exactio condonetur, actum erit de ſalute noſtra. Vnde merito hic cuncta remitti à Patre cœleſti rogamus, vbi delicta committimus: quando in futuro vt peccare non licet, ita nec vacat pœnitere. *In expoſit. Dominicæ orat.*

*Vt aquila* per ſenectutem tam curuum acquirit roſtrum, vt veſci non poſſit, niſi ad lapidem dein percutiendo aduncitatem frangat: quo facto, rurſus edit ac bibit, & reiuueneſcere dicitur: Sic peccator, qui peccatis eſt prægrauatus, nil ſpirituale ei ſapiat morietur fame, niſi ad petram Chriſtum per pœnitentiam ſe fortiter ac diu percutiat, vsque ad propoſiti mutationem, & duritiei abiectionem. *De circumciſione.*

*Petri martyris archiepiſcopi Alexandrini.* Iis, qui ſibi cauerunt, ne quid eiusmodi paterentur, neq; fructum aliquem fidei præbuerunt, ſed ſponte ſua, formidineq; & timore inſugati, ad iniquitatem, deſciuerunt, & nunc ad pœnitentiam redeunt, illis neceſſarium eſt congruam de ſterili ficu parabolam accommodare, ſicut Dominus ait: Ficum quidam in vineto ſuo plantauerat, & venit, vt fructum in ea quæreret, nulloque inuento, ait ad vinitorem. Ecce tres anni, iam tum venio, & fructum in hac ficu quæro, nullumq; inuenio. Excide eam: ad quid enim terram occupauit? ille reſpondens, ait: Domine, ſine illam etiam hoc anno, donec fodiam iuxta eam, & ſtercora adiiciam, ſi forte fructum adferat: id ſi minus, in poſterum excides eam. Illo ante oculos propoſito magis vſui erunt, ſi interuallo tanti temporis dignum fructum pœnitentiæ attulerint. *In canonib. de pœn.*

*Chromantij.* Sicut qui caliginem noctis emenſus eſt, iam geſtit proximam lucem: & qui choleram amaram digeſſit, eſcam concupiſcit & potum: Sic & metus hominis Chriſtiani, poſtquam per luctus & lachrymas ſua peccata digeſſerit, iam ſolam Dei iuſtitiam eſurit atque ſitit, & merito eius, quam deſiderat, ſatietate gaudebit. *De octo beatitudinib. fol.*413.

*D.Bernardi,* Chriſtus alligatura non refugit: cum tamen vulnus non haberet: Nos vero, qui vulnerati ſumus, obligari pœnitentia erubeſcimus. *Serm. de circumciſione.*

*Bedæ:* Quid prodeſt ſpinis purgare agrum tuum, ſi non etiam aratro ſcindes eum, & ſeres in eo ſemen, vnde gaudeas in futuro? Ita & qui deſerit peccata, & ea non plangit pœnitendo, nec bonum poſt ea facere conſueſcit, nunquid fructuoſum eſt peccata deſerere, & bona non facere? *In verba Eſaiæ, Lauamini, mundi eſtote.*

*Qui plangit* peccatum, & iterum admittit, quaſi ſi quis lauit laterem crudum: quem quanto magis diluerit tanto amplius lutum fatum. *In verba Dan.9. Obſecro Domine Deus, &c.*

*Beati Anſelmi.* Quem magni alicuius pœnitet criminis, ſibi eſſe agendum more arborem magnam ſuccidere volentis. Sicut enim ille minora in circuitu arbuſta prius curat ſuccidere, nec ſibi arborē ipſam ſuccidenti, poſſint obeſſe: Sic & huic vitia minora illi crimini vicina, prius ſunt extirpanda, ne qua ſibi crimen ipſum deſtruenti, ferant impedimenta. *In Simil. cap.*145.

*Lactantij.* Muta quoque animalia cum fraude decipiuntur, ſi aliquo ſe modo in fugam extricauerint, fiunt poſtmodum cautiora, vitantque ſemper ea omni, in quibus dolos inſidiasque ſenſerunt: Sic hominem pœnitentia cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata, in quæ ſemel fraude deciderit. *Lib.7.cap.24.de cultu diuino.*

*Petri Alliaci epiſcopi Cameracenſis Cardinalis.* Vera pœnitentia velut ſcala quædam eſt, qua homo peccator, qui ſecundum Euangelicam parabolam deſcendit de Hieruſalem in Hiericho, rurſum in Hieruſalem (hoc eſt, ad pacis viſionem) adſcendit. Huius vero ſcalæ ſunt ſeptem gradus, quibus correſpondent ſeptem Pſalmi, qui pœnitentiales dicuntur. in quorum primo complectitur *Timor* pœnæ: in ſecundo, *Dolor* culpæ: tertio, *Spes* veniæ: quartæ, *Amor* munditiæ: quinto, *Deſiderium* cœleſtis patriæ; ſexto. *Diffidentia* virtutis propriæ. *In præfatione ſeptem Pſalmorum pœniten.*

*Plutarchi:* Vt qui æſtuant febribus, æque calent, ſiue vnam [illegible] ſtraueris veſtem, ſiue plures, tamen in ſolatium illorum m[illegible] veſtium tollitur: Sic obſeruandum, quibus mederi non poſ[illegible] *Moral.*

*Thrineri.* Quemadmodum tam calidum, quam frigidum [illegible] quando ſtomachum confirmant, tepidum ſemper robur [illegible] fœminant: Sic interim leuiora peccata minus promittunt [illegible] tiam, quam grauiora. *in apoph.*46.

*Vt maximus nobis* dolor innaſcitur, vbi vulnus infligitur [illegible] ratur: Ita ſæuiſſima quoque ipſius carnis tempeſtas immi[illegible] do ab ipſa ad Deum conuertimur. *in apoph.*182.

*Quemadmodum* non ſatis eſt morbum expurgari, ſed [illegible] beneficio oppoſitorum oportet reſtitui, vt homo ex moleſta [illegible] dine ſanus fiat: Sic etiam & vitia noſtra, quum eruta ſunt [illegible] um eſt contrariis ſtudiis immutari. Alioqui vt illic incerta [illegible] ſcentia, ita hic erit ſuſpecta pœnitentia. *in apoph.*171.

## ❡ Adagia.

Sero ſapiunt Phryges. *Cicero.*

*Conuenit in eos, quos ſtulte factorum ſero pœnitet.* N[illegible] Weiber rew.

Cumani ſero ſapiunt. ὀψὲ αἰσθάνοντες οἱ Κυμαῖοι.

*Id adagium refertur à Strabon. Geograph. lib.*13. *In illos* [illegible] *niſi malo ſuo docti, parent recte monentibus.*

Malo accepto ſtultus ſapit.

*Paulo diuerſius extulit Heſiod.*

Δίκη δ᾽ ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει.
Εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.
*Tandem ſua pœna nocentem*
*Conſequitur, paſſusq; ſapit tum deniq; ſtultus.*

*Huc referendum & Plautinum illud in Mercatore:*

*Feliciter is ſapit, qui alieno periculo ſapit.* Nam [illegible] mit Kolben lauſen.

Piſcator ictus ſapiet. ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει.

*In eos, qui ſuo damno cautius agere diſcunt.* Mit Sch[illegible] mit Schand wird man weiß. Es iſt beſſer mit ſchaden [illegible] den als mit ſchand.

Factum ſtultus agnoſcit. ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

*Vnde perquam eleganter Fabius apud Tit. Liuium,* [illegible] *torum magiſtrum appellat. Nec euentus doceat hoc,* [illegible] *ſtultorum magiſter eſt, ſed ratio.*

Mus picem guſtans. μῦς ἄρτι πίσσης γευόμενος.

*Non intempeſtiue dicetur in eum, quem pœnitet* [illegible] Vorgethan vnd nachbedacht / hat manchen in groß leid [illegible]

Poſt acerba prudentior. παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος.

*Id eſt, Poſt mala prudentior.*

Sera in fundo parſimonia. δειλὴ ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

*Admonet in tempore parcendum rebus neceſſarijs. Perſ.* [illegible]

*Donec deceptus & expers,*
*Nequicquam fundi ſuſpiret nummus in imo.*

Poſt rem deuoratam ratio.

*Quemadmodum de ſera ope dicitur. Poſt bellum auxilium* [illegible] *ſera parſimonia dicitur, poſt abſumptam rem ſupputatio.*

Quod dedi, datum nollem.

*Plautus: Inter nouam rem, inquit, verbum vſurpabo* [illegible] *Quod dedi, non datum vellem. Significat ſe pœnitere, quod* [illegible] *copiam.*

Satius eſt recurrere, quam male currere.

*Præſtat mutare conſilium in melius, quam in malis* [illegible] *gere* Es iſt beſſer vmbkehren / dann vnrecht oder jrre lauffen.

Optimum, aliena inſania frui. *Plinius.*

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

*Admonet adagium, vt ex aliorum erratis ipſi cautiores* [illegible] *mur, & alienis periculis reddamur prudentiores.* Es iſt ein [illegible] lich ding durch frembden Schaden witzig werden.

Hedera poſt Anthiſteria. Κισσὸς μετ᾽ Ἀνθεστήρια.

*Quum ſero quippiam adhibetur.*

Atqui non eſt apud aram conſultandum.

*Conſultandum, antequam incipiat, in ipſo negotio ſera conſultatio.*

## ❡ Biblica Exempla.

Pœnitentiæ contemptus *exempla:* Sedechias, 2. *Paral.*36.12. [illegible] cerdotes & principes, v.16. Iſraelitæ, *Ier.*15.7. *Oſe.*7.10. Chorazin & Bethſaida, *Matth.*11.20. *Luc.*12.13. alter Iezabel, *Apoc.*2.21. [illegible] tiæ fructus, *Actor.* 12. 18. pœnitentiæ prædicatio in Chriſti nomine, *Luc.*24.47. pœnitentiæ prædicatio omnibus oblata. *Act.*17.30. pœnitentiæ veræ & non fictæ, *exempla:* In patriarchis, *Gen.*42.21. Iſraelitis, *Exo.*33.4. *Num.*14.39. *Iud.*2.4. & 19.15. *Ier.*50.4. Dauide, 2. *Sam.*12.13. & 24.10. Ioſua, 2. *Reg.*22.19. Roboamo cum principibus eius, 2. *Paral.*12.7. Ezechia, 32.26. *Eſa.*38. v.2.3. Manaſſe, 2. *Paral.*33. v.12. [illegible] dra & populo, 1. *Eſdr.*10. v.1.2.3. Iob, *Iob.* 42.5 Bethulianis, *Iudith* [illegible] 19. Macchabæo & Iudæis, 2. *Macchab.* 10. v.25.26. Niniuitis, *Ion.*3. *verſic.*5.6.7.8. *Matth.*12.41. *Luc.*11.32. Petro, *Matth.*26.75. *Marc.*14.71.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…peccatrice, *Luc.* 7,37, Prodigo filio, 15, *v*, 17, 18, 20, Zachæo, …23,48, *Act.* 2,37, Samaritanis Philippo prædicante verbũ …entibus & baptizatis, 8, 12, Eunucho, v, 37, Paulo conuerſo, …16, *&c.* 26,17, *&c.* Lydda & Sarona, 9, 35, Cornelio, 10, 1, carce… 16,33, Corinthiis, 1, *Cor.* 6, 11, 2. *Cor.* 7, 9.

…ntiæ fictæ & hypocriticæ *exempla*: Cain, *Gen* 4, 13, Pha… *&* 10,16, Iſraelitæ, *Deut.* 1, 41, Saul, 1, *Sam.* 15, 24, Iero… *Reg.* 13,6. Achab, 21, 27, Iudas proditor, *Matth.* 27, 4, Ananias …, *Act.* 5,1, *&c.* Agrippa, 26, 28, Felix, 24, 25, Simon Magus, …13,10, Pœnitentiæ fruſtra quæſitæ *exemplum*: Eſau, *Gen.* …12,17, pœnitentiam agentes etiam pœnarum corporaliũ …nem impetrant. *Exempla*: Abimelech, *Gen.* 20, 1, *&c.* Ma… …tiam agens liberatur à lepra, *Num.* 12, 11, Iſraelitæ pœni… …agentes impetrant remedium contra ſerpentes ignitos, 21, …tiam agentibus promittitur liberatio à fame, peſte, locu… …hoſtibus, captiuitate, &c. 1, *Reg.* 8, 28, *&c.* 2, *Paral.* 61, *&c.* …*Reg.* 21, v, 4, 5, Ioſias, 2, *Reg.* 22, *v*, 19, 20, Dauid, 2, *Sam.* 24, *v*, 16, …21, v, 16, 17, Roboam, & principes eius, 2, *Paral.* 12, *verſ.* 6, 7, …26, *Vide Ier.* 25, 5, *Dan.* 4, 24.

¶ Exempla Profana.

…Theophraſtus, *Platonem* iam ætate prouectiorem, quod …ruum terræ ſedem vniuerſitatis aſſignaſſet vmbilicum, … *Plat. in quæſt. Plat.*

…*Cæſar* pœnitens imperii ſuſcepti, poſtero die à cæde Galbæ, …augurando tempeſtate orta grauiter prolapſus eſſet, iden… …murmurauit: τί γάρ μοι μακροῖς αὐλοῖς, quid me oportebat …s canere? *Sueton.*

…*IV. Imperator* anathematis fulmine ab Innocentio III. per… …ulum nactus eſt Fridericum II. nunquam poſtea felix, ſub …ineffabili contritione compunctus, in arce Hartesburg …: à Sifrido Hildeshemenſi Epiſcopo abſolutus, in pace …quam abſolutionem Honorius Papa ratam habuit. Tanta …fertur morituri pœnitudo, vt coquinariis ſuis iuberet …m calcaneis premere, & viliſſimam Dei creaturam con… *Cranz. lib. 7. Saxon. c. 37.*

¶ Hieroglyphica.

…ani Theologi *Craticulam Pœnitentiæ ſignum* poſuerunt: …m hic tacitam mentis exulcerationem intelligentes, ſed …nem conſcientiæ minime ſimulatam, manifeſtiſſimis ve… …uam argumentis: quippe vbi luctu, lachrymis & lamenta… …cimur ob ea, quæ nequiter & improbe parauimus. *Pier.* …34.

…am, qui *Salicem* de torrente, orationis & *Pœnitentiæ* hie… …cum eſſe velint ex loco Pſalmi 137. *In Salicibus, in medio* …*ſpendimus organa noſtra. Idem lib.* 10.

…is literis ſagittæ ſæpiſſimè ponuntur pro doloribus, qui …perperam actarum conſcientia cor ſtimulant, compun… …cerantque. Ita *Pſal.* 38. ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. *Idem*

*Vide Reſipiſcentia.*

# Poeta.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

…eta, Græca dictio eſt, ποιητής, ȣ̃, ὁ, & ποιητικός, ȣ̃, ὁ, poeticus dici… …. Quid autem ſit poeta, innuitur ab Horatio Serm. 1. dicente,

*Ingenium cui ſit, cui mens diuinior atque os*
*Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.*

…poeta dici latine poteſt factor vel fictor: nam à ποιέω, quod eſt …vel fingo, deriuatur: & cum apud Græcos prima ſit diphthon… …nos abijcientes ι, retinemus o, euphoniæ cauſa. Nè conuerſi …diphthongum, quæ apud nos ſonum habet ſolius e, & cum …citer ſecunda ſit e, diſſonantiam ſoni conficere videretur. In… …nt poema & poeſis, ipſum figmentum & poeticum, quod …am attinet, & poetor verbum, quod eſt in poetica exerceor, …poetam ago.

¶ Patrvm Sententiæ.

Dæmonum cibus eſt carmina poetarum, ſecularis ſcientia, rhe… …rum pompa verborum. Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla iu… …refectio reperitur: ſtudioſi eorum in fame veri & virtutum …perſeuerant.

Nugas tenemus, & fonte veritatis amiſſo opinionum riuulos …ſectamur.

Sacerdotes dimiſſis prophetiis, videmus comœdias legere, ama… …Bucolicorum verſuum cantare verba. *Hier. in epiſt. de duobus* …

¶ Poetarvm Dicta.

Homer. in α. Odyſſ.

Καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδȣ̃
Τοιȣ̃δ᾽ οἷος ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδήν.

*Honeſtum eſt audire poetam*
*Talem, qualis hic eſt, dijs ſimilis in voce.*

Idem in θ. Odyſſ.

Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ
Τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδȣ̃ς, οὕνεκ᾽ ἄρα σφέας
Οἴμας μȣ̃σ᾽ ἐδίδαξε, φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν.

*Apud omnes homines terreſtres poetæ*
*Honoris participes ſunt & reuerentiæ, quoniam certe illos*
*Cantus Muſa docuit, amatque genus poetarum.*

Vrbes Homerum ſibi vendicantes, ſecundum
Aul. Gell. lib. 3. c. 11.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζȣσι περὶ ῥίζαν ὁμήρȣ,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφῶν, σαλαμίν, χίος, ἄργος, ἀθῆναι.

*Septem vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,*
*Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chius, Argus, Athenæ.*

Horat. Carm. 4. Od. 8.

*Dignum laude virum Muſa vetat mori:*
*Cœlo Muſa beat.*

Ibid. Od. 9.

*Vixere fortes ante Agamemnona*
*Multi. ſed omnes illachrymabiles*
*Vrgentur, ignotique longa*
*Nocte carent, quia vate ſacro.*
*Paulum ſepultæ diſtat inertiæ*
*Celata virtus, non ego te meis*
*Chartis inornatum ſileri,*
*Totue tuos patiar labores*
*Impune Lolli carpere liuidas*
*Obliuiones.*

Idem de Arte poet.

*Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam*
*Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,*
*Quid valeant humeri, cui lecta potenter erit res,*
*Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.*
*Quandoque bonus dormitat Homerus,*
*Vt pictura poeſis erit: quæ, ſi propius ſtes,*
*Te capiet magis: & quædam ſi longius obſtes:*
*Hæc amat obſcurum: volet hæc ſub luce videri.*
*Iudicis argutum quæ non formidet acumen.*
*Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.*
*Mediocribus eſſe poetis,*
*Non homines, non dij, non conceſſere columnæ.*

Ibid.

*Tu nihil inuita dices, faciesque Minerua,*
*Id tibi iudicium eſt, ea mens: ſi quid tamen olim*
*Scripſeris, in Metij deſcendat iudicis aures,*
*Et patris, & noſtras: nonumque prematur in annum*
*Membranis intus poſitis delere licebit*
*Quod non edideris, neſcit vox miſſa reuerti,*
*Syluestres homines ſacer, interpretesque deorum*
*Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,*
*Dictus ob hoc lenire tygreis, rapidosque leones,*
*Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis,*
*Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda*
*Ducere quo vellet, fuit hæc ſapientia quondam,*
*Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis:*
*Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,*
*Oppida moliri, leges incidere ligno.*
*Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque*
*Carminibus venit, poſt hos inſignis Homerus;*
*Tyrtæusque mareis animos in Martia bella*
*Verſibus exacuit, dictæ per carmina ſortes,*
*Et vitæ monſtrata via eſt: & gratia Regum*
*Pierijs tentata modis, ludusque repertus,*
*Et longorum operum finis, ne forte pudori*
*Sit tibi Muſa lyræ ſolers, & cantor Apollo.*
*Natura fieret laudabile carmen, an arte?*
*Quæſitum eſt, ego nec ſtudium ſine diuite vena,*
*Nec rude quid proſit video ingenium: alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & coniurat amice.*

Idem Serm. l. 1. Sat. 4.

*Quem vis media erue turba,*
*Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat*
*Hic nuptiarum inſanit amoribus, hic puerorum:*
*Hunc capit argenti ſplendor, ſtupet Albius ære:*
*Hic mutat merces ſurgente a ſolo ad eum, quo*
*Veſpertina tepet regio, quin per mala præceps*
*Fertur, vti puluis collectus turbine, ne quid*
*Summa deperdat metuens, aut ampliet vt rem.*
*Omnes hi metuunt verſus: odere poetas.*
*Fœnum habet in cornu, longe fuge, dummodo riſum*
*Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico.*
*Neque enim concludere verſum*
*Dixeris eſſe ſatis: neque ſi quis ſcribat, vti nos,*
*Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poetam,*

*Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os*
*Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.*

Idem epiſt. lib. 2. epiſt. 1.

*Os tenerum pueri balbumq́; poeta figurat,*
*Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem:*
*Mox etiam pectus præceptis format amicis.*
*Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ.*
*Recte facta refert, orientia tempora notis*
*Inſtruit exemplis, inopem ſolatur, & ægrum.*
*Caſtis cum pueris ignara puella mariti*
*Diſceret vnde preces, vatem niſi Muſa dediſſet?*
*Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit,*
*Cœleſtes implorat aquas, docta prece blandus,*
*Auertit morbos, metuenda pericula pellit:*
*Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.*
*Carmine dij ſuperi placantur, carmine manes.*
*Ille per extentum funem mihi poſſe videtur*
*Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,*
*Irritat, mulcet, falſis temporibus implet,*
*Vt magus, & modo me Thebis modo ponit Athenis.*

Catull.

*Nam caſtum decet eſſe poetam*
*Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.*

Ouid. l. 2. Art. amandi.

*Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur.*
*Dummodo ſit diues, barbarus ipſe placet.*
*Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,*
*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Idem lib. 3.

*Quid petitur ſacris, niſi tantum fama poetis?*
*Hoc votum noſtri ſumma laboris habet.*
*Cura ducum fuerant olim, regumq́; poetæ,*
*Præmiaq́; antiqui magna tulere chori.*
*Sanctaq́; maieſtas, & erat venerabile nomen*
*Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.*
*Ennius emeruit Calabris in montibus hortos,*
*Contiguos pene Scipio magne tibi.*
*Nunc hederæ ſine honore iacent, operataq́; doctis*
*Cura vigil Muſis nomen inertis habet.*
*Sed formæ inuigilare iuuat, quis noſſet Homerum,*
*Ilias æternum ſi latuiſſet opus?*
*Adde, quod inſidiæ ſacris à vatibus abſunt,*
*Et facit ad mores ars quoque noſtra bonos.*
*Eſt Deus in nobis ſunt & commercia cœli:*
*Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.*

Idem Amor. lib. 1. Eleg. 10.

*Scindentur veſtes, gemmæ frangentur, & aurum,*
*Carmina quam tribuent, fama perennis erit.*

Ouid. eleg. vlt.

*Ergo cum ſilices, cum dens patientis aratri*
*Depereant æuo, carmine morte carent.*
*Cedant carminibus reges, regumq́; triumphi:*
*Cedat & auriferi ripa beata Tagi.*

Idem Amor. lib. 3 eleg. 8.

*At ſacri vates, & diuum cura vocamur,*
*Sunt etiam qui nos numen habere putant.*

Poetarum ſors dura & miſera.

*Heu miſeram ſortem, duramq́; à ſydere vitam!*
*Quam det doctiloquis vatibus ipſe Deus,*
*Siue Deus, ſeu fata ferant, ſeu noſtra voluntas,*
*Sunt miſeri, ingenij qui micuere ſuis,*
*Virgilius patrios miſerandus perdidit agros,*
*Et ſeruus ſtabilis factus in vrbe fuit.*
*Proſcriptus Geticas habitauit Ouidius oras,*
*Et procul à patria barbara regna tulit.*
*Tarpeiæ inuiſus fuerat ſed Horatius vrbi,*
*Solus Mecœnas verus amicus erat.*
*Aſt ego Germano qui primus in orbe poeta,*
*Cui ſcripta eſt multis patria carminibus,*
*Et virtus laudata bonis, ſcelera exagitata,*
*Quæ pia poſteritas non ſine laude canet:*
*Me miſerum quoties iniuria facta laceſſit,*
*Innocuam vitam commaculare ſtudens.*
*Forſitan hæc nobis Deus ad meliora parauit,*
*Vt pateat vitæ candida fama meæ.*
*Accedit noſtris ingens nunc pondus ærumnis,*
*Infirmus lecto voluar vt ipſe meo.*
*Iamq́; miſer iaceo cunctis deſpectus amicis,*
*Dum me pauperies vexat, & atra lues.*
*Scilicet aduerſis rebus ſe prodit amicus,*
*Ignotus lætis qui mihi rebus erat.*
*Solus ades, noſtros poteris qui auferre dolores,*
*O Fuſemane, malis vnica cura meis.*
*Te mea Muſa rogat, quæ te ſuper æthera tollit,*
*Pollicita vt regis iam mihi ſumma ſiet:*
*Ni faciat, veniet mea ſub fora chara ſupellex,*
*Vt mihi iam miſeros comparet ore cibos.*

Ioan. Campan. de poetarum miſeria.

*Vade qua ſemper populi vagantur,*
*Quæ manu ramis capiunt ab altis,*
*Qua Notus ſpirat tenui ſuſurro,*
*Vellera Seres.*
*Vade per ſyluas Arabum beatas,*
*Qui vident Phœbum gelidas ad Arctos,*
*Quis bis æſtatem, totiesq́; brumam*
*Exhibet annus.*
*Aut agros Nili madidos calentis,*
*Fer gradum ad ſummos Zephyri volatus,*
*Quære per totum ſtudioſus orbem*
*Diue Tridente.*
*Tu genus nullum reperis ſub ipſo*
*Syderum lapſu inferius poetis,*
*Vilius ſacris nihil eſt Camœnis*
*Tempore noſtro.*
*Quid manum prodeſt ferulæ minantis*
*Tot pati pœnas teneris ſub annis,*
*Et metu ſequi Samium bicorni*
*Tramite callem?*
*Quid iuuat longas vigilare noctes,*
*Igne ſeuerus boreæ furentis,*
*Ducere & mæſta iuuenilis æui*
*Tempus in vmbra.*
*Scribimus longos veterum triumphos,*
*Conſulum faſces, equitumq́; pugnas.*
*Carpimus luxum: pariter docemus*
*Dogmata vitæ.*
*Viuit Argoæ dominus carinæ,*
*Hectoris viuit domitor ſuperbus,*
*Viuit Actææ ſuperator arcis*
*Carmine Minos.*
*Phyllidis triſti lachrymantis vmbra,*
*Pyramum Thysbes miſerum clamantis,*
*Et piæ durum Halcyonis amorem*
*Carmina ſeruant.*
*Liberatorem patriæ Camillum,*
*Qui Numantinos Numidasq́; vicit.*
*Quiq́; Cimbrorum domuit feroces*
*Milite turmas.*
*Carmen euerſas Babylonis arces,*
*Ilij muros, Tyriaq́; Thebes,*
*Alteram Theben penitus ruentem*
*Stare coegit.*
*Nemo tam claro genitus parente:*
*Nemo tam clara probitate fulſit,*
*Mox edax quem non perimit vetuſtas,*
*Vate remoto.*
*Sed ſui nunquam pretium laboris*
*Sentiunt vates, alios & aurum*
*Veſtit & gemma: miſeris poetis*
*Trita lacerna eſt.*
*Pictor ex picta pretio figuræ:*
*De tuba viuit tubicen canora:*
*Paſcit ars omneis: ſua ſolo damno*
*Muſa poetæ eſt.*
*Iam palus triſtes retinens arenas,*
*Eſt vbi fontes fuerant Meduſæ,*
*Iam ruit rupes tibi ſacra quondam*
*Mitis Apollo.*
*O duces magni, ingenuiq́; reges!*
*Imperatores, equitesq́; clari!*
*O boni damnoſam Heliconis omnes!*
*Flete ruinam.*
*Ergo ſi miſera eſt vatum fortuna, valete*
*Vos mea Pierides ad fora regredior.*
*Iam ſatis indultum ſteriles ſat verba dediſtis,*
*Vtiliora fori iurgia triſtis erunt.*
*Exercete dolos, ſamasq́; intendite lites:*
*Ad veſtrum redeo peſſima turba forum.*

Iacob. Mycillus.

*Non bene conueniunt trepidæ cum carmine curæ,*
*Non eadem verſus cura, lucrumq́; facit.*
*Pierides ſyluas ac otia libera quærunt,*
*Et tacitas inter flumina ſacra vias.*
*At fora ſolicita cura populoſa frequentant,*
*Et ſtrepitus vulgi, iudiciumq́; colunt.*
*Hinc eſt quod raros ætas habet iſta poetas,*
*Et noſtra nullus carmen ab vrbe venit.*
*Diuitias quando ſolum ſpectamus & aurum,*
*Curarum fontes, & caput omne mali:*
*Nec ſtudium recti, nec fas laudatur, & omnis*
*A pretio virtus famaq́; victa iacet.*

Depoſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Deſeſcit vacuum Thalia pectus,*
*Et curas fugit otioſa Clio.*

Ouid. vlt. lib. de Triſt. ad Amicum, exhortantem, vt carmina componat.

*Scribis vt oblectem ſtudio lachrymabile tempus,*
*Ne pereant turpi pectora noſtra ſitu.*
*Difficile eſt quod amice mones: quia carmina læ-*
*tum*
*Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.*
*Denique non paruas animo dat gloria vires,*
*Et facunda facit pectora laudis amor.*

Quomodo quis poeta fiat.

*Vnde breui longum deducas tempore carmen,*
*Quóve modo fias Iuſte poeta rogas?*
*Nulla ſua ignauos ſequitur incuria ſponte*
*Reges, ſed forti eſt fama paranda manu.*
*Eacides multos tolerauerat ante labores,*
*Quam meruit magni nomen habere ducis.*
*Multa tulit fecitq́ prius, quam contigit eſſe*
*Æneæ generum priſce Latine tuum.*
*Quam cupis, aſsiduo quærenda eſt fama labore,*
*Otia non vllos excoluere viros.*
*Iuuat faciles muſæ, aſt habitant in rupibus alt..,*
*Has ſuperare labor, cætera plana via eſt,*
*Vince modo rupes, nec duro parce labori;*
*Atque vltro venient in tua fata Deæ.*
*Ingenium non dura tibi natura negauit,*
*Et vincire potes, quæ decet arte potes:*
*Cur ſtudium & ſolum deprædas Iuſte laborem?*
*An quia non tanto carmina digna opere?*
*Carmina cœleſtes poſſunt adducere Diuos,*
*Tartaræ carminibus flectere ſæua potes.*
*Carmina crudeles demulcent ſæpe labores,*
*Hæc magis innumeris artibus vna valent.*
*His quoque formoſam potes exorare puellam,*
*Victa erit & teneras porriget illa manus.*
*Cynthia carminibus quoties tibi capta Properti?*
*Aut quoties lachrymas hæc tibi victa dedit?*
*Fallitur immenſo qui ſe ſpectabilis auro*
*Eſſe putat, nec ſpes inuenit iſta fidem.*
*Carmina ſola beant, ſola addunt carmina fa-*
*mam:*
*Hæc metuunt magni fulmina nulla Iouis.*

Poetæ & natura & arte conſummati fiunt, ex arte poetica Horatii.

*Natura fieret laudabile carmen, an arte,*
*Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine diuite vena,*
*Nec rude quid proſit, video, ingenium: alterius ſit*
*Altera poſcit opem res, & coniurat amice.*

Poetica Horatii.

*Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris.*
*Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci,*
*Lectorem delectando, pariterq́ monendo.*

Muſæ poetarum ſteriles.

*Diſpereant Latiæ ſteriles mea caſtra Camœnæ,*
*Diſpereat fallax numen Apollo tuum.*
*Iam ſat arenoſis commiſimus hordea ſulcis,*
*Tutaq́ ſunt vano ſat mea colla fuco.*
*Tota fuit ſtulto conſumpta labore iuuenta,*
*Paſceret vt vatem vita beata ſenem.*
*Inuidia amicu properat, nil Phœbe propinas:*
*Nil mihi dat Helicon, Pegaſus vnda nihil.*
*Coccina fert humeris & ſerica quæque ſatelles,*
*Et Pathicus, leno, Pharmacopola, cocus.*
*Horum eſt quicquid nunc auditur in orbe moneta,*
*Nil aliud vates, quàm bene dixit, habet.*

Deſpecti poetæ.

*Vix dederat placidam membris nox atra quietem*
*Cynthius eſt noſtro viſus adeſſe thoro:*
*Et mihi Daphnæa cinctus ſua tempora lauro*
*Edidit hæc mæſto Fuchſmage verba ſono.*
*Quid ſequeris noſtras vates miſerande ſorores,*
*Quid tua Cæſarijs laudibus ora teris?*
*Carmina da Scombris, doctas iam linque Camœnas*
*Spongia ſit multis verſibus vna ſatis.*
*Præmia nulla refert ſcriptor: vix tanta poetæ*
*Æra ſonant, tenues comparet vnde libros.*
*Nullaq́ nunc curat Fridericus carmina: rarus*
*Cæſarea vates nunc ope diues erit.*
*Vis tua Rhenenſes repleant marſupia nummi,*
*Vis tibi perpetua templa parare fide?*
*Vade cito domini fornaci lingua miniſtros:*
*Solus habet veſtri Cæſaris Haytzer opes.*
*Conſule iam miſero (ſi qua eſt via) conſule vati,*
*Qui mea nunc ſolus carmina ſæpe rogas,*
*Sed quænam Phœbi melior ſententia tam te*
*Lincta vel linquam, vel calefactor ero.*

Poetæ venerandi & non deſpiciendi ſunt.

Fauſtus Andrelinus poeta.

*Nomina doctiloqui non ſunt ſpernenda poetæ,*
*Nomina non viles inter habenda viros.*
*Rebus in humanis nil eſt pretioſius illo,*
*Qui ſua Gorgoneis ora rigauit aquis.*
*Cui tantum natura fauet, cui ſpiritus ingens,*
*Cui furor ætherea miſſus ab arce venit:*
*Inclyta virtuti tribuit qui nomina famæ,*
*Quo ſemel offenſo quiſquis ab hoſte cadit.*
*Res tamen arcta domi eſt fateor, ſed maxima vati*
*Gloria gemmiferis anteferenda vadis,*
*Nil habet, eſt ipſi contempta pecunia vati,*
*Charius eſt laudi conſuluiſſe ſuæ:*
*Ignauis tumidos populi contemnit honores,*
*Non facit ad doctos vulgus inane viros.*
*Nos ſyluæ, nos antra iuuant, nos deuia tantum*
*Rura, nemus, fontes, flumina, riuus habet.*
*Sunt ea ſcribendis quæſita ſilentia rebus,*
*Aptior eſt multo ſylua nemusq́ foro.*
*Nulla tamen noſtras eneruant otia mentes,*
*Maxima ſunt vanos damna præiſſe dies,*
*Hic repetit primas vete resq́ ab origine cauſas:*
*Hic ſua Phœbeos ſub iuga ducit equos:*
*Concinit hic pigri tardantia plauſtra Bootæ,*
*Hic nunquam vetito ſydera merſa mari.*
*Ille Gigantæo ſparſa eſt vbi ſanguine tellus,*
*Hic noua magnorum concinit acta ducum.*
*Vos, quibus æterna facimus vaga murmura famæ,*
*Digna decet larga dona dedi.. manu.*
*Exiguo, reliquis quæ dantur, tempore reſtant:*
*Quæ data ſunt vati munera, ſemper habes.*

Carmen, veræ opes.

*Cum fuerit vacuis manibus capitale verendos*
*Cæſaris Aſſyrij crimen adire lares:*
*Scandere dux celſos timuit mea muſa penates,*
*Munere regifico ni comitata foret.*
*Copia nulla mihi, flaui tibi nulla metalli*
*Cura, nec occiduo ditior orbe viget.*
*Ergo det alter opes, ego princeps do tibi carmen,*
*Nec maius vates, quod dare poſſit, habet.*
*Gratius argento, fuluo pretioſius auro*
*Carmen, & hoc tanto principe digna magis.*
*Veræ carmen opes: nam cætera carmina præter,*
*Fortunæ inſtabili datq́ rapitq́ manu.*
*Excipias igitur placido mea carmina vultu,*
*Parua nec audacis munera ſperne viri.*

Carmina præſtant omnibus diuitiis.

*Paule decus patriæ parui lux magna Naonis,*
*Natus Amalthææ gloria prima domo.*
*Si tibi Pactolus fuluum ſine fine metallum*
*Afferat, aut dites Lydius Hermus aquas.*
*Quicquid & Eoæ nudus legit Indus in vnda,*
*Ornet inauratos, accumuletq́ lares.*
*Ni dederis lepido, mihi crede, decentius vnquam*
*Carmine: non maius numina munus habent.*
*Eſt ratio, labuntur opes, ſunt friuola rerum*
*Omnia: ab æterno carmen vbique viget.*

Laus Carminum.

*Magnanimo qui dat regi vel rura vel aurum,*
*Argentum, menſas, coccina, vaſa, domos.*
*Dat cupide Curio Craſſo paruoq́ potenti,*
*Munera Fabritio pernitioſa Mydæ.*
*Non aurum cupiunt: pulchræ ſed laudis honores*
*Et decus & clari nomina clara duces.*
*Carmina qui regi regum fert munera, vitam*
*Carmina poſt vitæ tempora Cæſar habet.*
*Carmine defunctus magnus nunc viuit Achilles:*
*Semper & Alcides carmine viuus erit.*
*Dices forte tuum carmen non viuit, at illud*
*Viueret vt feci ſit voluiſſe ſatis.*

Carmina neminem interire ſinunt.

*Gloria præclaris ducibus poſt funera vatum*
*Carminibus doctis non moritura venit.*
*Si non tam clare referunt Carthaginis altæ*
*Mœnia ſe nobis igne peruſta diu.*
*Non celeris fuga bellantis, reiecta retrorſum*
*Hannibalis nobilis, claudiferaq́ mina,*
*Nota forent: forſan non nouiſſemus & ipſum,*
*Africa quem miſit nomine victa alio,*
*Eſt ea vis doctis ô Cyſce iocunde poetis,*
*Illis vt clades nulla nocere queat.*

Charta

*Chartæ ſi ſileant, ſi quid benefeceris ipſe,*
*Mercedis facti ceperis inde nihil.*
*Ilion euerſum quid quæſo laudis haberet?*
*Quæq; futura tibi Romule fortis erat?*
*Sic quoque quæ nullo procurat reddere menti,*
*Antiqua ex libris diſcimus illa nouis.*
*Sic virtus, vatum fauor, atque potentia linguæ*
*Æacum ab infernis reſtituere locis.*
*Dulcibus hinc epulis ſummi Iouis impiger aſtat*
*Hercules, ac vna fercula grata capit.*
*Dignos laude viros infernas ſcandere noctes*
*Non fert, ſed ſedes ponit ad æthereas.*

Carmina lætum animum & liberum à curis omnibus expetunt. Cymbriacus.

*Et tu Caſtalidum cultor ſtudioſe Sororum*
*Phoſmagone, hæc quondam carmina noſtra leges*
*Tum dices noſtro ſunt Cæſar tempore vates,*
*Ad citharam numeris qui tua facta ferant.*
*Otia ſi dederis te*·*ies ſperata Camœnis*
*Vt tibi ſecuri plectra mouere queant.*
*Qualis erat quondam vafri laudator Vlyſsis,*
*Tunc cum Smyrnæas ſcriberet Iliadas.*
*Qualis & Andinus vates, quum ferret in oras*
*Æneam Latias, Iliacosq; Deos.*
*Aut cum marmoreis caneret Lucanus in hortis*
*Prælia ciuili geſta nefanda manu.*
*Aut cum laudaret lepidum Verona Catullum*
*Delia bella ſuum, Cynthia bella ſuum.*
*Carmina proueniunt numeris deducta ſerenis:*
*Eſuriens certe non bene cantat olor.*
*Nec magno conſtant vates viliſsima rerum*
*Pars cupidæ vobis pluris emuntur opes.*
*Quæ pereunt vſu: quum longos carmina honores;*
*Et ſemper laudes in noua ſecla ferant.*

Carminum nulla merces, nec honor eſt.

Ad Pergerium.

*Do quod carmina ſerius, putato*
*Id cauſæ mihi Pergeri fuiſſe,*
*Quod non eſt pretium meis Camœnis:*
*Cum ſint Cæſareis coquis honores,*
*Et tibicinibus ſatis potentes.*
*An, te oro, eſuriet ſacer poeta,*
*Qui de carminibus poteſt ſonoris*
*Annos addere Cæſari Sibyllæ,*
*Parcarumq; colos diu morari,*
*Et facta inclyta mittere ad nepotes?*
*Sed mi, dum vigilo, perit papyrus,*
*Et magni emptum oleum vorat lucerna.*
*Tum veſtes nimio teruntur vſu,*
*Inſomnes mihi pruriunt ocelli,*
*Dum noctes aliis meas repono.*
*Verum hæc nemo hominum mihi reſarcit,*
*Sic grati pereunt dies & anni,*
*Occultis pedibus venit ſenectus,*
*Dum Phœbum ſequor, & nouem ſorores.*
*Et plectris ferio lyram ſonoris,*
*Impune ò mala cæcitas! canentem*
*Verſus ſollicitat furens egeſtas:*
*Et grauis tamen audiunt poetam.*

Carmina nihil commune habent cum curis.

*Anxia mens hominum, curis confecta dolore,*
*Non potis eſt cantus pandere Pierios.*
*Carmina proueniunt citharam pulſando ſonoram*
*Triſtia cum lætis non bene ſigna cadunt.*

Ouid. 3. de Arte amandi.

*Scilicet ingenium placida mollitur ab arte,*
*Et ſtudio mores conuenienter eunt.*

Horat. in arte poetica.

*Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ:*
*Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ.*

Carmina ſcripta potoribus aquæ non diu manent.

*Priſco ſi credis, Mecænas docte Cratino,*
*Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt,*
*Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, vt mala ſanos*
*Aſcripſit Liber Satyris Faunisq; poetas.*
*Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ,*
*Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.*
*Ennius ipſe pater, nunquam niſi potus ad arma*
*Proſiliit dicenda, forum putealq; Libonis*
*Mandabo, ſiccis adimam cantare ſeueris.*
*Hoc ſimul edixit: Nec ceſſauere poetæ*
*Nocturno ceſſare mero, certare diurno.*

Hinc Athenæus 2. Dipnoſophiſt. lib.

*Ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκῃς.*
*Aquam bibens nihil probum & vtile paries.*

Camœnis, parum amœnis, longum

VALEDICTVM.

*Ite leues nugæ, ſterilesq; valete, Camœnæ,*
*Grataq; Phœbeo Caſtalis vnda Choro.*
*Ite, ſat eſt: primos vobiſcum abſumpſimus annos,*
*Optima pars vitæ deperiitq; mea.*
*Quærite quem capiat ieiuna cantus in vmbra:*
*Quærite qui pota carmina cantet aqua.*
*Dulcibus illecebris tenerum vos fallitis æuum,*
*Dum ſequitur blandæ carmen inerme lyræ.*
*Debita militia molli langueſcit in vmbra,*
*Et fluit ignauis fracta iuuenta ſonis,*
*Ante diem curuos ſenium graue contrahit artus,*
*Imminet ante ſuum mors properata diem;*
*Ora notat pallor, macies in corpore tota eſt;*
*Et tetrico in vultu mortis imago ſedet.*
*Otia dum captas, præceps in mille labores*
*Irruis, & curis angeris vſque nouis.*
*Nocte leues ſomnos reſolutus compede foſſor*
*Carpit, & in mediis nauta quieſcit aquis.*
*Nocte leues ſomnos carpit defeſſus arator,*
*Nocte quies ventis Ionioq; mari.*
*Nocte tibi nigræ fuligo bibenda lucernæ,*
*Si modo Calliopes Caſtra ſequenda putes.*
*Et tanquam Libyco ſerues curuata metallo*
*Robora, & Herculea poma ferenda manu;*
*Peruigil in lucem dicta atque relecta reuolues,*
*Et pueri excuties ſcripta ſepulto ſitu.*
*Sæpe caput ſcalpes, & viuos roſeris vngues,*
*Irata feries pulpita ſæpe manu.*
*Hinc ſubitæ mortes, & ſpes prærepta ſenectæ:*
*Nec tibi fert Clio, nec tibi Phœbus opem, &c.*

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ

Poetæ multa mentiuntur. *Ariſt. 1. Metaph.*

Poetæ non eſt facta propria narrare, ſed vt geri quiuerint, [...] nino neceſſarium fuerit. *De poet. c. 7.*

Poeta vel eſt vir facilis ingenii, vel furore percitus. *de poet.* [...]

Poeta ſemper imitatur, vel qualia fuerunt, vel ſunt, [...] cuntur, videnturve, vel qualia eſſe oporteat. *de poet. c. 25.*

Poetæ peccatum duplex eſt: per ſe, & per accidens [...] quod propoſuerit imitari, quod non eſt imitandum [...] proponere non recte. *ibid.*

Poetæ leuius peccatum eſt: ſi ceruam cornua habere [...] quam ſi non bona imitatione deſcripſerit. *ibid.*

Poeta potius credibile eligere debet, licet fieri non [...] incredibile, etſi fieri queat. *ibid.*

Poetarum obiectiones quinque ſunt: vel quæ fieri [...] vel vt rationis expertia, vel quæ lædentia, vel quæ contra [...] præter artis rectam normam exiſtant. *Ariſt. de poet. c. 25.*

Poetæ propria poemata perinde ac filios ſupra modum [...] *9. Ethic. c. 7.*

Poetica licet ſit ſyllogiſtica, non vtitur tamen ſyllogiſmis [...] nec eſt ei propria ſpecies, quæ ei commodetur. *Auer. epit.* [...]

Poetica ars eſt, qua exiſtimatur homo, quod aſsimilet [...] rei perfectione qua poteſt. *ibid.*

Poeſis omnis, & omnis fabula poetica in vituperandi [...] di genere conſiſtit. *In poet. c. 1.*

Poeſis cum inducat hominem in admirationem, [...] philoſophandi. *Alb. Mag. in 1. metaph. tract. 2. c. 6.*

Poeſis ratione metri, quo ad menſuram eſt ſub Grammatica, [...] quod ad intentionem, logicæ eſt quædam pars. *ibid.*

Poetica ſermone vtitur, prout modulus pronuntiatus [...] ne, vel ab imitatione prouocat audientem ad aliquid [...] vel fugiendum. Propter quod ex variis compoſitis & [...] bulam fingit tentans mendacia, quæ audientes prouocent [...] *dic.*

Poetæ theologi fuerunt, Orpheus muſicus, & Linus, [...] quo iudices erant in populu Iudæorum. *D. Thom. 1. metaph.* [...] *ction. 87.*

Poetica nihil aliud eſt quam philoſophia tempore [...]

Conſonantia metrica, argumento fabuloſa & philoſophia [...] poetica tempore iunior, harmonia expeditior, argumento [...] *Max. Tyr. ſerm. 29.*

Poetæ quod pie & iuſtæ dixerunt recipit Plato, quæ [...] deteſtatur. *Beſſ. Car. in calum. Plat. l. c. 8.*

Poeſin nemo qui reuera poeta eſt abſque cœleſti afflatu [...] conſecutus eſt. *Marſ. Fic. in Plat.*

Poeticum furorem conſequi vult, vt homines diuinis [...] inſtruantur, & myſteria diuina canantur, animum futuri poetæ [...] affectum eſſe oportet, vt quaſi tener & mollis, & vt ſit intactus [...] limus enim Deo formatori ſe exhibere debet, & immaculatus [...] imbutus malis formis. *Idem in Plat. Phædr. cap. 4.*

Poetæ officium eſt, vt naturam moreſque pingere valeat, [...] que vidiſſe. *Fic. epiſt. lib. 3.*

Poetæ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…m perturbatos animos acrius imitantem, tanquam noxi… iubet Plato vel mutato ſtylo conſtantem habitum … ex vrbe procul abire. *Idem in Plat de rep. dial.3.*

…ad fores qui abſque muſarum inſtinctu accedit ſperans …quadam poetam ſe bonum euaſurum, inanem illum qui… poeſin eſſe videbit. *Idem epiſt. l. 1.*

…non prudentiſſimi quique, & ab ineunte ætate eruditiſſi… euaſere, ſed potius inſani, qualem fuiſſe conſtat Home… Lucretium, aut rudiores, qualẽ ſe fuiſſe teſtatur Heſiodum, … exutiſſe Iouem & Lynnicum Chalcidæum ſcribit Plato, … artem ſubito in rebus poeticis mirandi prodierunt. *Fic. … lib.13.c.2.*

…obſcœni omnino negligendi ſunt, bonos enim mores cor… & animum nequitiis imbuunt. *Franc. Patr. de regno, lib.*

…cum amorem ex Ioue magnaque Venere ortum fuiſſe di… amorem honeſtum eleganter admodum deſcripſiſſe ſignifi… videntur. *Leo Hebr. de amor. dial.3.*

…varnis diuerſiſque rationibus præſtantiſſimis viris diuini… buerunt. *Idem ibid. dial.2.*

…rum commenta plures intentiones & allegoricos ſenſus … & comprehendere ſolent. *ibid.*

…multiplici deorum appellatione varias quidem diuerſasq; … intendunt pertractare. *ibid.*

…Euripides quidem Alceſtidi tragico poetæ reſpondit proba… quem cum quæreretur quod eo triduo non vltra tres … ſummo impenſo labore deducere potuiſſet, atque is ſe cen… facile ſcripiſſe gloriaretur: Sed hoc, inquit, intereſt, quod … illum tantummodo, mei vero in omne tempus memoriæ … ruerunt: alterius cunctante ſtylo elucubratum opus, per … tempus plenis gloriæ telis feretur. *Valer. Max. lib.3. de ſi…*

…ineptiæ poetis relinquantur, quibus aures oblectare propo… & dulcem fabulam nectere: ſed qui ingenia ſanare, & fi… ibus humanis retinere, ac memoriam officiorum animis … volunt, ſerio loquantur & magnis viribus agant. *Senec. lib.*

…ex immortalitate Deos genitos aſſerunt, eosque atrociora … perpetraſſe, tamen pertuliſſe aſſerunt, quam hominum ne… filios: talesque fabulas de ipſis commenti ſunt, quales ne… ſuos inimicos dicere audeat. *De impie. poet. Iſocrates in …*

…in dialogo, qui Ion inſcribitur, carmina illa ſolum diuina … muſicarumque furore infuſa poetis exiſtimat, quæ quando … humana cantantur, & cantorem ipſum & audientes quo… concitant in furorem. *M. Fic. lib.1. epiſt.*

… & Pythagoras Homerum Heſiodumque hominum cœtu … expulerunt, quod partim tanquam ingrati diuina ad ho… partim tanquam impii humana ad Deos tranſtulerint.

…ſic à ſummis eruditiſſimisque hominibus accepimus: cæ… rerum ſtudia, & doctrina & præceptis & arte conſtare. poe… ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi diuino … ſpiritu inflammari. Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſan… appellat poetas, quod quaſi deorum aliquo dono atq; munere … dati nobis eſſe videantur. Si igitur iudices ſanctum apud vos … mos homines hoc poetæ nomen, quod nulla vnquam bar… violauit, ſaxa & ſolitudines voci reſpondent. Homerum Colo… ciuem ſuum eſſe dicunt. Chii ſuum vendicant. Salaminii ſu… petant. Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant. Charus fuit A… ſuperiori noſter Ennius: itaq, etiam iam in ſepulchro Sci… putatur is eſſe conſtitutus. Quid noſter hic magnus, qui … virtute fortunam æquauit? Nonne Theophantem Mitylenæ… ſcriptorem rerum ſuarum, in concione militum ciuitate dona… & noſtri illi fortes viri, ſed ruſtici milites, dulcedine quadam … commoti, quaſi participes eiuſdem laudis, magno illud cla… approbauerunt? *Cic in oratione pro Archia poeta.*

Quid poetæ? none poſt mortem nobilitari volunt? vult ergo …

*Aſpicite ô ciues! ſenis Ennij imaginis formam,*
*Hic veſtrum pinxit maxima facta patrum.*

…dem gloriæ flagitat ab his, quorum patres affecerat gloria. …que:

*Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu*
*Faxit cur? volito viuus per ora virum.*

Mihi verò, ne hæc quidem notiora & illuſtriora carere vi diuina … tur, vt ego aut poetam graue plenumque carmen ſine cœleſti … mentis inſtinctu putem fundere, aut eloquentiam ſine ma… quadam vi fluere, abundantem ſonantibus verbis, vberibusque … tentiis. *Cic. lib.2. Tuſc. quæſt.*

Alexander Magnus inter ſpolia Darii Perſarum regis vnguen… ſcrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pre… varios eius vſus amicis demonſtrantibus (quando tædebat … genti bellatorem & militia ſordidum.) Imo hercule, inquit, li… rum Homeri cuſtodiæ detur: vt pretioſiſſimum humani ani-mi opus, quam maxime diuiti opere ſeruaretur. Idem Pindari vatis familiæ penatibusque iuſſit parci, cum Thebas caperet. Ariſtotelis philoſophi patriam ſuam condidit: tantæque rerum claritati, tam benignum teſtimonium miſcuit. Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis. Sophoclem Tragici Cothurni principem defunctum ſepeliri. Liber pater iuſſit, obſidentibus mœnia Lacedæmoniis: Lyſandro eorum rege in quiete ſæpius admonito, vt pateretur humari delitias ſuas. Requiſiuit rex quis ſupremum diem Athenis obiiſſet: nec difficulter ex iis quæ Deus ſignificaſſet, intellexit: pacemque funeri dedit. *Plinius lib.7. cap.29.*

Sapientiſſimi, qui de poeticis quicquam eloquuti ſunt, primam quandam philoſophiam poeticam eſſe aſſerunt. Antiqui verò poeticam primam philoſophiam quandam eſſe perhibent, quæ ab ineunte ætate ad viuendi rationes adducit, quæ mores, quæ affectiones edoceat, quæ res generoſas cum iucunditate præcipiat: poſteriores vero ſolum poetam ipſum ſapientem eſſe aſſeruerunt. Quam obrem Græcorum ciuitates, ab ipſo primordio, eorum liberos in poetica erudierunt, non vtique voluptatis, ſed caſtæ moderationis gratia. Nunquid & poetarum auditoribus nihil confert ad virtutem, vt locorum multorum, & militiæ & agriculturæ gnari exiſtant? *Strabo in primo.*

Denique credamus ſummis oratoribus, qui veterum poemata, vel ad fidem cauſarum, vel ad ornamentum eloquentiæ aſſumunt. Nam præcipuè quidam apud Ciceronem, frequentius tamen apud Aſinium etiam & cæteros qui ſunt proximi, vidimus Ennii ac Pacuuii, Lucilii, Terentii, Cæcilii, & aliorum inferri verſus, ſummæ non eruditionis modo gratia, ſed etiam iucunditatis: cum poeticis voluptatibus aures à forenſi aſperitate reſpirent. Quibus accedit non medioeris vtilitas, cum ſententiis eorum velut quibuſdam teſtimoniis quæ propoſuere confirment. *Quint. lib.1.*

Sententiis quidem poetarum non orationes modo ſunt refertæ, libri etiam philoſophorum. Et quanquam inferiora omnia præceptis ſuis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à pluribus verſibus, non faſtidierunt. *Idem lib.5.*

Omnis oratio poetica vel eſt laudatio, aut vituperatio. *Ariſt. lib.1. poet.*

Doctiſſimum quemque ſic poetica prodidiſſe animaduerto, veluti ſit ea prima, quædam philoſophia, quæ nobis ab incunabulis quodam modo vitæ rationem commonſtrent: quid agendum, quidve declinandum muſica iucunditate præſcribat, adeo vt nonnulli poſtea dicere minus addubitarint, poetam ſolum eſſe ſapientem. Quo nomine Græcorum nobiliſſimi ab ineunte ætate ſic inſtituebantur, non quia voluptatem toto impetu captarent, ſed vt optimis ſtatim moribus imbuerentur. Quoniam ſe eſſe morum magiſtros muſici profiteantur, idque cum Pythagoricis comprobat Ariſtoxenus: item & Horatius *libr.2. epiſt.1.* ſic inquiens, Os tenerum pueri, &c. vide ſupra.

Homerus literarum parens in Clytemneſtræ cuſtodia poetas, cantores & caſtigatores eſſe putat, vt qui philoſophi ſint, ac ex Muſis omnia ſciant, quum & ſapientiæ magnitudine etiam vaticini cenſeantur. *Ex Cælio in antiq. lectionib. lib.7. cap.1. deſumpta.*

Ennius ſanctos appellat poetas, quod quaſi aliquo Deorum dono atque munere commendati nobis eſſe videantur, proinde minus mirum ſi non alium eſſe poetam, quam virum bonum, ſtatuunt prudentiores. Adeo autem multiplex poetarum eruditio eſt, adeo neceſſaria, ſummis coniuncta emolumentis, vt nec deſint qui ſolutam orationem poetices videri imitationem, argumentis aſtruere nitantur, ceu poetæ primum prodierint, mox qui metrum ſoluerint, Cadmus, Pherecydes, Hecateus quod prima in Homerum ſcribit commentatione Euſtathius. Et quia genus id orationis magnitudinem habet ac ſublimitatem, eſtque ἔποχον, id eſt, equo vehitur, inde quæ talis non eſt oratio, ex humilitate pedeſtris dicitur, vt quæ ex alto in ſolum ſit delapſa paulatim: ita vt Rhetoricæ elocutionis & artis dicendi fons, ſit ipſa poetica. *Cicero in oratione pro Archia poeta.*

*Plato in libr.2. de Repub.* poetas Deorum filios vocat: in Lyſide adeo poetas admiratur, vt eos ſapientiæ patres nuncupet, ac duces. Et in Ioue carminis excellentis poetam non arte fieri ſcribit, ſed afflatu diuiniore. Imò verò, inquit: Muſa diuino inſtinctu concitat poetas: conciti poetæ, alios furore corripiunt, vt fiat annulorum quodam modo mirus ordo, qualem creditur magnes efficere: Addit & paulo poſt: Nil aliud eſſe poetas, quam Deorum interpretes, dum afflantur furore. Porro idem in Phædro ſcribit, non hominum eſſe inuenta præclara poemata, ſed cœleſtia munera. Argumento illud eſſe, quod nemo etiamſi orbem illum doctrinarum obierit accuratiſſime, excellens euaſerit poeta, ni cœleſtis ille vigor & concitatio acceſſerit feruentior: vt vera fiat illa aſſertio ex Faſt.6.

*Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,*
*Impetus hic ſacra ſemina mentis habet.*

Hanc diuinitatem poeticam & Democritus aſtruxit. Plato item in Cratylo ſcrutans, qui ſunt verorum nominum Doctores, Sophiſtas irridens poetas cenſet adeundos, nec quodlibet etiam ex

triuio

triuio,ſed diuinos. Ceu à diis hi plane didicerint nomina rerum vera apud quos ea demum reperiantur.

Poetæ nomen inde propagatum ſcribit Euſtathius,quod ποιεῖν ſignet ἐμμέτρως,cantare vel ſcribere. Fabius Quintilianus inquit, perito quidem initio infuſum, & aurium menſura, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſeruatione eſſe generatum, mox in eo repertos pedes. Ariſtoteles poeſin ex imitatione natam primum oſtendit: quoniam imitandi ſtudium ſit ab ineunte ætate homini innatum, eo à brutis differat. Mox ſubdit: Ad metrum natura procliues maxime paulatim produxiſſe poeſin,ac genuiſſe, ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων,quod non aliud ſonare videtur, quam ex rudi principio. Ex hac imitandi ratione,vnde poeſis ortum ducit, diuulſa diſparataque ars eſt,ac abiit quodammodo in membra plura, ſicuti hymnos alii, & laudes concinnarunt, alii lyrici, alii comici, quidam tragici vocantur: communi nomine omnes poetæ Lyrici dicti,quod ad lyram eorum carmina concinuntur,vt Pindari principis in hoc genere. Monodorum peculiare eſt, ſub vna tantum perſona argumentum explicari quodlibet,quod illi dicunt μονοπροσώπως ἀφηγεῖσθαι. Eſt enim monodia,cantus lugubris: Comicorum, riſus eſt proprius cum choris & perſonis: Tragicis,familiaris eſt miſeria & calamitas. *Cælius lib.7. Antiq. lectio. cap. 4.*

Plurimum dicit oratori conferre Theophraſtus lectionem poetarum,multique eius iudicium ſequuntur,neque immerito: namq; ab iis & in rebus ſpiritus,& in verbis ſublimitas,& in affectibus motus & omnis decor petitur,præcipueque velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia optime rerum talium blanditia reparantur. Meminerimus tamen non per omnia poetas eſſe oratori ſequendos, nec libertate verborum, nec licentia figurarum genus oſtentationi comparatum: & præter id quod ſolam petit voluptatem,& eam non falſa modo fingendo, ſed etiam quædam incredibilia ſectatur, patrocinio quoque alieno iuuari, quod alligati ad certam pedum neceſſitatem,non ſemper vti propriis poſſint,ſed repulſi à recta via,neceſſario ad eloquendi quædam diuerticula confugiant: nec mutare quædam modo verba, ſed extendere, corripere, diuidere cogantur. Nos vero armatos ſtare in acie, & ſummis de rebus decernere, & ad victoriam niti decet. *Hæc Quint. lib.10. c.1. de copia verb.*

Poetarum optimæ ſententiæ diſcendæ, & quæ alii viri eloquentes vtiliter præceperunt, legenda ſunt: nam vt apes videmus omnibus quidem floſculis inſidere, ſed de ſingulis vtilia carpere: ſic eruditionis comparandæ ſtudioſus nihil inexploratum relinquere, ſed vtilia vndique colligere decet. *Iſocrat. in Paraneſi ad Demonic.*

## ¶ Apophthegmata.

*Gorgias* dicebat tragœdiam eſſe deceptionem, qua qui alterum decepiſſet eo qui non decepiſſet: & qui deceptus eſſet, ſapientior foret eo qui non eſſet deceptus. Fallit enim tragœdia tractans argumenta conficta,ſed adeo ſcite,vt vera credantur. Iuſtior autem ille videtur, qui fallendo prodeſt: ſapientior eſt,qui per fictas fabulas diſcit quid ſit turpe: quid ſit honeſtum. *Plutarchus de poetis audiendis.*

*Lacones* nec comœdias nec tragœdias poetarum audiebant, vt pote in quibus contra omnes leges,ſtupra,inceſtum, adulteria, iniuriæ,furta,cæteraque flagitia exprimantur. Nec placuit his quorundam excuſatio, qui fabulas ad voluptatem fingi, non ad fidem veri dicunt: cum hæc voluptas imbellium animos corrumpat. Hanc ob cauſam Archilochum poetam cum veniſſet Lacedæmonem, ea hora expulerunt: quod intellexerant ab illo ſcriptum, ſatius eſſe abijcere arma quam mori. *Plutarch. in Lacon.*

*Anonymus.* Lacedæmonius quidam percontanti, quid ipſi videretur Tyrtæus poeta? Bonus,inquit, ad deprauandos iuuenum animos. Quemadmodum Plato iudicabat Homeri poeſin inutilem eſſe Reipubl. qualem inſtituere volebat: ita Lacedæmonii non recipiebant poetas,qui blanda ſcriberent potius quam ſalubria. *Plutarch. in Lacon.*

*Demonax:* Admeto poetæ inſulſo, iactanti,epigramma monoſtichon,quod teſtamento mandaſſet ſuæ addendum ſtatuæ (carmen erat:

*Corpus humi tegitur, Admetus ad aſtra volauit.*

Reſpondit, adeo ſibi placere carmen, vt magno emptum cuperet, ſi iam nunc eſſet aſſcriptum. Tecte optans illi mortem, qui vita indignus erat. *Eraſ. lib.8. apoph.*

*Actius poeta* interrogatus, cur non ageret cauſas, quum in tragœdiis optime tractaret argumenta? Quoniam, inquit, in tragœdiis ea dicuntur,quæ ipſe volo: in foro aduerſarii dicerent, quæ minime vellem. Idem fit in dialogis vbi qui ſcribit opus, vnicuiq; tribuit orationem, qualem putat eſſe commodam: in iudiciis ſecus fit. *Eraſ. lib.6. apoph.*

*Euripides*, cuidam dicenti, Carmen condidiſti ex modis ad tripudium accommodis: alio dictum hoc ridente, Ni ſtupidus eſſet, inquit: non riſiſſet,quod res ſerias Lydiis modis temperarim, Lydii modi laſciuiores ſunt. Porro quæ per ſe triſtia ſunt, ea decet arte exhilarare. Refert hoc Plutarchus libello περὶ τοῦ ἀκούειν. Quum Euripides choream agentibus ſuccinuiſſet cantionem quandam modulatam, vnus illorum riſit. Cui Poeta: Niſi ſtupidus eſſes,& expers affectuum, haudquaquam riſiſſes me canente mixolydium [illegible] *6. apoph.*

*Pinarius* montanus Attilii Butæ carmen recitabat. [illegible] quidam indignaretur, quod toto die recitaſſet, negaret[illegible] recitationem accedendum, Macte Pinarius ait: Num[illegible] liberalius agere? paratus ſum illum audire ab exortu[illegible] occaſum. Gaudebat enim is poeta, ſubinde repetere [illegible] ſus deſcriptionem. Notat autem & Horatius eos, qui [illegible] vel immodice, vel non ſuo loco affectant tales deſcriptiones.

*Aut flumen Rheni, aut pluuias deſcribitur arcus.*

*Eraſ. Rot. lib.8. apoph. ex Senec.*

*Varus*, quum à Montano recitarentur verſus quibus [illegible] lis deſcribebatur, Varus eques Romanus dixit: Incipe Buta [illegible] re. Ruffus quum ſuccederet deſcriptio occaſus. Quid [illegible] iam nox eſt? Ibo, & Butam ſalutabo, eodem ſcommate [illegible] fectatum carminis decus, & Butæ præpoſteram vitam. [illegible] *Senec.*

*Pauſanias Cleombroti F.* interrogatus, cur Tyrtæum [illegible] Spartæ ciuem feciſſet? Ne quis, inquit, externus dux [illegible] deretur. Poetæ enim apud Lacedæmonios in nullo [illegible] tio, ſed ob laſciuiam ex vrbe eiecerunt. *Plut. in Lacon.*

*Philoxenus* Dionyſium ſua carmina recitantem [illegible] aſſentationem laudarent, exclamauit, Abducite me [illegible] Subindicans hoc eſſe tolerabilius, quam audire laud[illegible] poemata. Nam antea rex offenſus, miſerat illum in [illegible] *Eraſ. lib.6. apoph.*

*Sylla*, quum ipſi libellum malus poeta de populo [illegible] quod in eum epigramma feciſſet, tantummodo [illegible] longiuſculis, ſtatim ex his rebus quas tum vendebat, [illegible] mium tribui, ſub hac conditione, ne quid poſtea ſcriberet. [illegible] mabat ille etiam mali poetæ operam aliquo dignam [illegible] mul autem & ſilentium redemit ab eo qui ſcribere [illegible] admodum facetus quidam apud nos, ſi quando incidiſſet in [illegible] tonſorem, dabat duplum pretium, hac lege, ne rediret. *Eraſ. [illegible] apoph.*

## ¶ Similitudines.

*Abſolonis:* Qui ingenium ſuum ad poetas & philoſophos [illegible] uertit, quaſi qui aureum hamum mittit in lutoſam aquam [illegible] pro re vili in profundo detinetur: nec poteſt iactura [illegible] compenſari. *in ſerm.5. de Chriſti aduentu.*

*Plutarchi:* Quemadmodum in vite luxuriantibus [illegible] mitibus ſæpe fructus occultantur: Ita in poematibus [illegible] bulis luxuriantibus, multa cognitu vtilia fallunt adoleſcentes. [illegible] *Moral.*

*Nec ſic* eſt parendum poetis aut philoſophis, quemadmodum pueri obtemperant pædagogis, ſed quemadmodum [illegible] rebat quidem pædagogo iubenti, ſed rogabat quam ob cauſam. [illegible] *Moral.*

*Vt Mandragora* iuxta vites naſcens, vinum reddit [illegible] loſophiæ ratio admota poeticę, moderatiorem efficit [illegible] nem. *in Moral.*

*Quemadmodum* iuxta Philoxenum, ſuauiſſimæ ſunt [illegible] non ſunt carnes: & iucundiſſimi piſces, qui non ſunt [illegible] xime delectat admixta philoſophiæ poeſis, & poeſi admixta philo- ſophia. *in Moral.*

*Vt Simonides* dixit: ſtupidiores eſſe Theſſalos, quam [illegible] pi poſſent: Ita qui feliciore ſunt ingenio, citius à poetis [illegible] puntur. *in Moral.*

*Vt qui ſubito* è ſummis tenebris in lucem educitur, [illegible] perturbatur, niſi paulatim lumini aſſueuerit: Sic in poetis [illegible] dis, philoſophorum opiniones inſpergendæ in animos [illegible] ne poſtea ad tam diuerſas doctrinæ rationes perturbentur. [illegible] *ralib.*

*Vt apis* ex amariſſimis floribus, & aſperrimis ſpinis [illegible] mum ac leniſſimum colligit: ſic ex turpibus ac ſceleratis [illegible] cunque decerpi poteſt aliquid vtilitatis. *in Moral.*

*Vt in his locis* vbi multæ naſcuntur herbæ ad remedium [illegible] ces, in iiſdem multæ naſcuntur lethales. Sic in poetis multa [illegible] ra, multa peſtifera. *in Moral.*

*Si multi* inebrientur vino, non ob id incidendæ vites, [illegible] Lycurgus, ſed propius admouendi fontes. Ita ſi multi [illegible] poetica, non protinus abijcienda, ſed adhibenda cautio, [illegible] taris. *in Moral.*

*Non vt* inuenire licet ſacra ſine tibiis & choro: Ita poeſim [illegible] mendacio licet inuenire. *in Moral.*

*Quædam* per ſe non pulchra, quibuſdam ob id bona ſunt [illegible] apta: Ita laudantur in poetis quædam, quod congruunt [illegible] tametſi alioqui fœda. Demonides claudus precabatur, [illegible] quas furto amiſerat, quadrarent ad pedes eius, qui ſuſtuliſſet. [illegible] *Moral.*

*Venenum* admixtum cibis, peſtilens ſententia admixta [illegible] libus ac iucundis. *in Moral.*

*Vt apicula* ex floſculis ſuccum mellis colligit, cum alii [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…, niſi colore & odore: Sic philoſophiæ ſtudioſus & ex poe-
…nit quod ad bene viuendum conducat, cum alii tantum vo-
… delineantur. *in Moral.*
…madmodum medici cantharidis, quæ lethale venenum eſt,
… tamen & aliis ad remedium vtuntur: Ita licet ex eadem
… diſcerpere, quo mediaris illius veneno. Nam ſemper aliquid
…, quo ſignificent ſe damnare, quod narrant. *In Mo-*

…eca: Quemadmodum nomenclatori memoriæ loco audacia
… cuicanque nomen non poteſt reddere, imponit. Ita poetæ
… ad rem pertinere, verum dicere, ſed aut neceſſitate, co-
… decore corrupti, id quemque vocari iubent quod belle fa-
…verſum. *Lib. de Beneſic. 1. c. 3.*
…*dami*: Qui biberint ex Clitorio lacu, iis vini tædium ob-
… Ita qui ſemel guſtarint poeticen, abhorrent à philoſophiæ
…, aut contra, ſiue qui ſe mundanis voluptatibus ingurgi-
… honeſtis illis ac veris oblectamentis. *In ſimil.*
…*imitantia* vina quæ frugibus conficiuntur apud quoſ-
… hactenus aſſequuntur vini vim, quod inebriant, non tamen
… reficiunt cordis vigorem: Ita quidam quod in poetis eſt
… aſſequuntur, nempe obſcœnitatem: cæterum eloquen-
… venuſtatem, eruditionem non poſſunt exprimere. *In Simi-*

¶ HIEROGLYPHICA.

*…ptii Sacerdotes* poeſin exoticam (nam de ſua ſanctius ſenti-
… ſignificaturi. *Polypi caput* effingebant: quod quidem eſcu-
… appoſitum ſuauiſſimi ſaporis, ganeæq; iucundiſſimum eſſe
…tur: cæterum horrenda prodigioſaq; ſomnia parere depre-
… eſt. Perſimilem autem huic poeticen eſſe dictitabant, quæ
… amatoriaſque illecebras ſectaretur, ipſo quidem dicendi le-
… delectabiles, ſed bonis moribus & honeſtiori diſciplinæ ma-
… perniciosas. *Pier. Val. lib. 27. p. 295. D.*
… quoque Poetæ ſymbolum eſt *Cygnus*. Nam veluti Cygni
… confecti, argutioribus ob gutturis exilitatem organis effectis,
… ſimul & vocaliorem emittunt vocem: ita etiam boni
…, quo magis per ætatem profecerunt, ſcribere itidem ſolent
… & ſapientius. *Pier. Val. lib. 23. c. 2. & 3.*
Omnium autem conſenſu receptum eſt per apis hieroglyphicon
… intelligere amænitatem, vt Horat. l. 1. Epiſt. 19. *fides enim
… poetica mella Te ſolum, tibi pulcher.* & vt ait Varro, Apes
… Muſarum dicuntur eſſe volucres, quod ſi quando diſplicatæ
… cymbalis, plauſibus & numeris reducuntur in vnum locum.
… propterea quod dulcedine præſtat, magnoq; Apum labore
…, vim, artem, diligentiam partarum ſignificat. Hinc ly-
…, lib, de arte poetica.

*Vos, ò Pompilius ſanguis, carmen reprendite, quod non*
*Multa dies & multa litura coercuit, & quod*
*Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.*

… autem de ſe canit, carm. lib. 4. od. 2.
*Ego apis Marinæ more modoque.* Reliqua vide apud. *Pieri-*
… lib. 26. c. 5.
… autem poetas & inſulſos verſificatores Adamantius O-
… & alii Ranis coaxantibus appoſite compararunt. Nulli enim
… idonea vel vtilis comperitur, niſi quod improbis & impor-
… clamoribus ad negotioſorum atque otioſorum ſimul faſtidi-
… obſtrepat. Quid autem improbius vel magis importu-
… carmine impuro, ridiculo, barbaro, vel Voluſianos annales
…? Aliter ſentit *Pierius*, malos poetas à laudatis haud di-
… *lib. 29. c. 43.*
Quod vero Poetis hedera decerneretur, vt vna cum lauro coro-
… eorum perficeret, non iam perpetuus vtriuſque viror, qui di-
… eorum opera ſignificaret, in cauſa fuit, quam vt oſtendere-
…, eos qui digni hederis euaſiſſent, laureamque meruiſſent, &
… ingenio & arte præcelluiſſe: per laurum enim inſitam ingenio
…, ac venæ fœcunditatem Apollinis irradiatione locupletem
… intelligebant; per hederam vero artem & induſtriam peruigili la-
… partam. Cuius rei id eſt indicium, quod hedera ſuapte vi ad-
… imbecilla humi ſemper reperet, neque ſe vnquam attol-
…: pertinaci tamen labore artificioſoque conatu peruincit, vt
… arboribus vel parietibus adhæreſcens, paulatimque irrepens,
… omnium faſtigia victrix euadat, vt ſupremo in vertice do-
…, vtroque enim opus eſt, ſi quis velit excellere: niſi vero
… coluerit, nihil quicquam profecit, quia teſte Horatio, de arte
poetica.

*Mediocritas eſſe Poetis*
*Non homines, non alii, non conceſſere, columnæ.*

Et ſapienter idem eodem lib.

*Ego quid ſtudium ſine diuite vena,*
*Nec rude quid poſſit video ingenium: alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & coniurat amice.*

In eandem ſententiam cecinit Pindarus poetas lacte ſimul &
melle paſci: quorum lac naturam facundiæ vbertate affluentem
mel artem laborioſumque proficiendi conatum oſtendit. *Lib. 51. cap. 18.*

Philoſtratus, lib. 1. Iconum de Phaetonte, de Cygnis ait, *leni atque incongruo itinere ad cantum fauonio vento vtuntur.* Et Gregorius Nazianzenus in epiſtola ad Celeuſium, loquacitatem improbans, & contra commendans taciturnitatem, hæc habet: *Sed nos, quorum gratia quiſpiam vel in ſolitudinem conceſſerit, vt muſicam audiat, ſi quando Zephyro ſpiranti alas noſtras permiſerimus, iucundum quid & concinnum modulamur.* Præfert autem eo loco Cygnorum ſuauem, quamuis rarum, cantum hirundinum intempeſtiuæ garrulitati, ac introducit Cygnoseo modo hirundinibus reſpondentes. Hieroglyphicon illud viris literatis & doctis conuenit, præſertim poetis, quibus ad ſua ſtudia proſequenda & excolenda, doctrinaque monumento præclara elaboranda, opus eſt Mæcenatum fauore & auxilio, quibus ad omnia reddantur alacriores, iuxta dictum illud,

*Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones.*

Et Seneca in Hippolyto:

*Ingenia melius recta ſe in laudes ferunt,*
*Si nobilem animum vegeta libertas alit.*

Et neotericus quidam ſcripſit:

*Dulciſonum mollis Zephyrus demulcet olorem,*
*Et vatum ſtimulat pectora diues honos.*

¶ EMBLEMA.

Inſignia Poetarum.
Emblema CLXXXIII. Andr. Alciati.

*Gentiles clypeos ſunt qui in Nuces alite geſtant,*
*Sunt quibus aut ſerpens, aut leo, ſigna ferunt:*
*Dira ſed hæc vatum fugiant animalia ceras,*
*Doctaque ſuſtineat ſtemmata pulcher Olor.*
*Hic Phœbo ſacer, & noſtræ regionis alumnus;*
*Rex olim, veteres ſeruat adhuc titulos.*

Emblema CCIV. eiuſdem.

*Haudquaquam areſcens hederæ eſt arbuſcula, Ciſſo*
*Quæ puero Bacchum dona dediſſe ferunt.*
*Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,*
*Exterius viridis, cætera pallor habet.*
*Hinc aptis vates cingunt ſua tempora ſertis,*
*Palleſcunt ſtudiis: laus diuturna vires.*

# Politica.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

POlitica, Græca dictio eſt nam πολιτικὴ, ciuilis ſcientia, Cicer. in Rhet. ciuilitas Quintil. Ciuilis facultas, Ariſt. in Polit. πολίτης, ciuis, popularis, municeps, πολιτικὸς, ciuilis, ἀςεῖος repub, gerendæ peritus, ciuilibus negotiis implicitus, publicarum priuatarumq; rerum adminiſtrationi accommodatus.

Politica ſocietas originem trahit à Deo & natura hominis: quia ad ſocietatem homo naturæ lege atq; inſtinctu fertur, tanquam à cauſa impellente interna, ad quam deinde acceſſit mouens externa nempe vitæ accommoditas, propter quam homines in ſocietatem conuenerunt.

Humana ſocietas certis gradibus ac progreſſionibus minorum ſocietatum ad maiores peruenit: ita quidem, vt cum primo omnium ſola foret ſocietas inter maritum & vxorem, poſtea etiam tota domeſtica ſocietas coaluerit, & ex domeſticis ſocietatibus integræ familiæ gentilitiæ, quibus & extraneæ additæ ſunt, ſic, vt diſtinctis locis habitantes primum vicos, deinde pagos, poſt oppida & vrbes, denique prouincias & regna conſtituerunt.

Status politici, ſiue Reipub. ſeptem formas docti tradunt. Harum tres vocantur ſimplices, nempe Monarchia, Ariſtocratia & Democratia. Reliqua quatuor mixtæ, nempe ex tribus temperatæ dicentur. Prima ex omnibus tribus ſimplicibus, ſecunda, ex Monarchia Ariſtocratia; tertia ex Monarchia Democratia; quarta deniq; ex democratia & Ariſtocratia compoſita cenſetur.

Primus & perfectus ſtatus is eſt, in quo vnus regit, exteri parent. Is dicitur Monarchia, quoniam in vnitate conſiſtit, & multitudinem ſubditorum reducit ad naturalem vnitatem. Status eſt politicus maximè ordinatus, faciliuſque finem reipublicæ propoſitum aſſequitur: quia facilior ibi eſt gubernatio, ſiue ſpectes intentionem conſiliorum, ſiue eorundem executionem, atque adeo ſi attendas legum promulgationem, vel obſeruationem.

Eſt item Monarchia reipublicæ ſtatus omnium firmiſſimus

 &ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& maxime diuturnus: quia nempe maxime vnus & ordinatus eſt, quod autem maxime vnum eſt, difficulter diuiditur: quia vnum maxime repugnat diuiſioni, ſiue multitudini, quæ diuiſionis eſt mater. At ſi conſideretur non quidem id quod ſua natura præſtantius eſt, ſed quod humanæ vitæ, nec non imbecillitatum humanarum reſpectu vtilius eſt ſiue optabilius; non ſemper aliis reipub. formis Monarchia præferri debet: quia imbecillitas humana non ſemper concedit, vt vnus aliquis reperiatur, qui cæteris omnibus quos regere debet, virtute ſit præſtantior. Et ſi datur, non datur qui ſemper viuat.

Pro diuerſitate obiectorum, monarchia eſt vel anguſtior, vel latior, neque enim tantum in prouinciis & regnis eſt monarchia, ſed etiam in vrbibus eſſe poteſt, prout olim vrbes omnes ſub Monarchia fuerunt. De perſona & moribus Monarchæ, hic nobis indicimus ſilentium, vt & de ſucceſſione electione & inauguratione eiuſdem: nec non de regni legibus politicis, & de monarchiæ adminiſtris variis: de ſpeciali cura Principis circa ſubditos in genere & in ſpecie: de iudiciis, præmiis, priuilegiis, immunitatibus de reditibus: de aula monarchæ: de ſubditis. Item de cauſis primis mutationum in Repub. de bellis, de religione, &c. quæ omnia prolixam conſiderationem deſiderant.

Status politicus imperfectior is eſt, in quo plures ſimul imperant: qui ſtatus polyarchicus dicitur. Polyarchia autem eatenus eſt laudabilis, quatenus habet in ſe ſimilitudinem & repreſentationem monarchiæ, atque adeo quatenus illi plures qui imperant reducuntur ad iuſtam vnitatem, & ſunt inter ſe vnanimes atque concordes. Eſt autem ſtatus polyarchicus ſimplex vel Ariſtocraticus, vel democraticus.

Ariſtocratia, ſiue ſtatus Optimatus eſt, quando coniunctim & indiuidue aliquot excellentioribus datur imperium & ius maieſtatis in reliquos ſingulos & vniuerſos. In hoc ſtatu virtus imperantium maxime ſpectanda eſt, quæ niſi conſtanter ſeruetur, ſtatim labeſcit Reipublicæ forma, & in Oligarchiam vel monarchiam mutatur.

Democratia eſt ſtatus reipub. quando populi ſiue ciuium, vel vniuerſorum, vel magnæ partis nomine quidam alternatim cæteris omnibus ſingulis & vniuerſis imperant, & ſecundum vſitata ſuffragia iura maieſtatis ſummamque poteſtatem obtinent. Is ſtatus maxime omnium mutationibus eſt obnoxius. Nam ſi magiſtratus affectat Ochlocratiam vel monarchiam, tum neceſſe eſt mutare Democraticam formam: quia ratione hac populi robur per fraudes occultas minuitur. Quando etiam diuites & potentiores aliquod in populo rapiunt ad ſe imperium, excluſis pauperioribus, tunc Democratia in Timocratiam conuertitur.

Vniuerſo populo iuſte per delectos ſuos gubernanti opponitur Ochlocratia, quæ in Anarchiam ſeu ſtatus euerſionem deſinit: de qua Xenophon & Plato lib. de Athenienſium democratia conqueruntur: & res ipſa in populo Romano per ſeditioſos Tribunos plebis agitato monſtrauit ſæpiſſime. Mixtas Reipub. formas intactas relinquimus.

### ¶ Sententiae Biblicae.

Vbi nullus gubernator, corruit populus. *Prou.* 11.14.

In multitudine populi dignitas regis & in plebis paucitate principis ignominia. *Prou* 14.28.

Leo rugiens & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem. *ibid.* 28.15.

Cum impii ſumpſerint principatum, gemet populus: & in multitudine iuſtorum vulgus lætabitur. *ibid.* 29.2.

Quando prophetia defecerit diſſipabitur populus: qui vero cuſtodit legem beatus eſt. *Eiuſd. cap.* 29. *v* 18.

Prouideat Dominus Deus Spirituum omnis carnis hominum qui præſit huic multitudini, qui poſſit egredi, & ingredi ante eos & educere vel introducere: ne ſit populus Domini ſicut oues ſine paſtore. *Num.* 27.16.

Quando Altiſſimus diuidebat gentes, & ſeparabat filios Adami conſtituit terminos populorum. *Deut.* 32.8.

Excelſus dominatur ſuper regnum hominum, & cuicunq; vult dat illud. *Dan.* 4.17. vide Dan. 7. de politiarum periodis.

Regis gentium dominantur eis, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. *Luc.* 22.25.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: &c. *Rom.* 13.1.2. &c. vide 1. *Tim.* 2.1. *Tit.* 3.1. 1. *Petr.* 2.13.14.

### ¶ Patrum Sententiae.

Rex vtique erat Dauid, nullis ipſe legibus tenebatur, quia liberi ſunt reges à vinculis, neque vllis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperii poteſtate. Sed quamuis tutus imperio, deuotione tamen & fide erat Deo ſubditus, & legi eius ſubiectum ſe eſſe agnoſcens, peccatum negare non poterat. *Ambroſ. in epiſt. ...* *cap.* 10.

Iuſtum eſt, principem legibus obtemperare ſuis, ... iura ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe ... reuerentiam. *Iſidor. l.* 3. *de ſummo bono, cap.* 52.

Quantum poteſtate cæteris antecellis, tantum etiam ... emicare, & ante alios enitere debes. Sit enim tibi perſuaſiſſimum eam abs te poſtulari honeſtorum operationem, quæ ... imperii ac poteſtatis, proportione ſanctarum virtutum, ... at. *Agapetus Diaconus ad Iuſtinian.*

Chriſti milites non pila tractant ferrea, ſed dolor, ... fletus & lachrymæ ſunt arma & munimenta ipſorum. *Ambr...* *ſium.*

Sacerdotis eſt populorum monere, non mouere arma ... dium mentis, non martis tenet. *Chryſoſt.*

Fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel ... dit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena iuſtitia eſt. *...* *lib.* 1. *Offic. cap.* 26.

### ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Quum ciuitatis adminiſtrandæ ratio ſit id, quod ... ciuitatibus auctoritatem obtinet, neceſſe eſt aut vnam, aut ... aut multos dominatum & hanc auctoritatem obtinere. *Ariſt.* ... 3. *Politic.*

Horum generum ſimilitudo & exempla peti poſſunt ... eo quod patrum cum filiis ſocietas præ ſe regnum fere ... viri atque vxoris communio optimatum poteſtati reſpondet ... trum vero coniunctio populari in gubernatione ... *Ethic. lib.* 8.

Eaidem in ſedes ac familias cum homines conſl... tate antecelluit, naturali quodam iure iis imperandi ... bi vendicauit. *Plato, lib.* 3. *de legib.*

Æquiſſimum eſt, vt vni alicui excellenti viro libenter ... ciues obtemperent *Ariſt. politic.* 3.

Omnium videtur eſſe æquiſſima & iuſtiſſima politia, ... cipem locum præſtantiſſimo cuique defert, ſecundum ... proximus eſt. *Iſocr. ad Nicocl.*

Facilius eſt vnius viri iudicio ac voluntati ſatisfacere, ... peram dare, vt multis & variis ingeniis placeas. *idem ibid.*

Politia eſt ordo quidam incolentium ciuitatem, in ... & ſubiectione conſiſtens. *Ariſt* 3. *lib. Politic.*

Politica eſt architectonica omnium artium mech... doctrinarum moralium, *Albert. Magn. Ethic.* ...

Vita politica tota videtur ordinata ad felicitatem ... *D. Thomas, Ethic. lib.* 10. *lect.* 11.

Politiæ regimen duo exigit, rectam rationem, & ... *litic. l.* 3. *lect* 9.

Rectæ politiæ finis eſt, feliciter viuere. *ibid. lib.* 11.

### ¶ Similitudo.

*Polybii* Quemadmodum ferro rubigo, ligno verm... dines adnaſcentes perniciem adferunt, ſic vt etiam ... nocumenta effugiant, ab iſtis tamen quæ adnata ... tur: ita cuilibet Reipublicæ, pro natura ipſius, ... & adhæret peculiaris malitia: vt pote Regno tyrannis, ... tiæ Oligarchia: Democratiæ beſtialis Chirocratia: ... quominus cuncta temporum curſu mutent. *Polyb. lib.* 6.

*Vide Tit. Ariſtocratia, Aula, Authoritas, Bellum, Ciuitas, Democratia, Iudex, Lex, Magiſtratus, Monarchia, Pax, Princeps, Rex, Populus, Subditi.*

---

# Polygamia.

### ¶ Definitio et Etymolog.

Polygamia, πολυγαμία nihil aliud eſt, ſi vocem ſpectes, ... coniugii multiplicatio. Eius duæ ſunt ſpecies: prior ... nempe quum ſoluto matrimonio ad ſecundas vel tertias nuptias legitima ratione fit tranſitus. Poſterior, de qua hic agitur, improbata, quando vno eodemque tempore plures vxores ... cunque via id quis aſſequi ſtudeat, ducuntur, ſeducuntur, ... tinentur.

Iuri Diuino, Naturali, Ciuili, Eccleſiaſtico, priuato ... poſterior illa Polygamiæ ſpecies aduerſatur. Ius diuinum ... ſignatum ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…ratum eſt. *Geneſ*. 2. 24. *Leuitic*. 18. 18. *Deuter*. 17. 17. *Malach*. 2. … *Matth*. 19. 5. 6. 1. *Corinth*. 6. 16. & 7. 2. *Epheſ*. 5. 25. 32. 1. *Timoth*. 3. 2 …

…Naturali iure Polygamia damnatur. 1. Deus vxorem daturus …mo, vnam tantum coſtam, non duas ex illo eduxit: & for… non plures, ſed vnam tantum feminam: neque ad illum …, ſed vnam tantum adduxit. *Gen*. 2. 21. 22. 23. Docuit igitur …ram humanam hoc poſtulare, vt vnus contentus ſit vna, & vno … vna mulier. Idipſum Malachias diſertis verbis inculcat, cap. … *Nonne (inquit) Deus vnum fecit, nempe hominem, & tamen …no deerat ſpiritus abundantia. Cur vnum fecit, quærens ſe… Dei?* Chriſtus etiam Iudæos ad illud Dei factum, tanquam …tam & immotam coniugii regulam reuocat, & verba Moy… *Maſculum & fæminam creauit eos*, expendit. 2. Confirmatur …illud verbis Dei ad Noachum patriarcham paulo ante diluui…, iubentis vt paria hominum ac beſtiarum, non autem vnum …ſculum & multas feminas aſſumeret. 3. Contra naturæ legem …, quod tu tibi fieri non vis, alteri ne facias, velletne vir hone… vxorem ſuam alium habere virum? Contra legem naturæ fe…, ſi aliam ſuperinducat, ſi cum alia ſe ſcortatione, vel adulterio …fando polluat. 4. Contra legem Naturæ eſt, vt quod vnius eſt, …patur. Vxoris eſt corpus mariti. Non poteſt igitur aliis com…cari, coniugio manente, quin delinquens grauiter peccet in …naturæ legem. 5. Denique iuri naturali aduerſari Polygamiam de…ſtrant coniugii fines: nempe honeſta prolis generatio atque …tio: vocationis communis & bonorum ad illum pertinenti…ratio? & peccati debellatio.

Patronos polygamiæ patrum non audiendos eſſe Ius diuinum (… nemo præſcribere poteſt) ſatis ſuperque demonſtrat: ſiue …ilius polygamiæ, ſiue gentium conſuetudinem, ſiue rerum … futurarum adumbrationem ſpectemus. Certe quicquid ab… malum eſt, id nulla ratione futurorum bonum dici debet. …eſt vt res cenſeatur per ſe bona, quam vt per accidens, & ab …dente remoto, vt ſunt res adumbratæ. Et ſi patres non legimus … polygamia fuiſſe reprehenſos, illos tamen idcirco recte feciſſe …conſequitur. Hoc piorum inſtitutioni ſufficit, quod aliorum …ta, probanda vel improbanda deteguntur in Scripturis, quæ …nam iudicii nobis offerunt, ad quam quicquid inter legendum …, ſincera mente referatur. Si quis Saræ & Agaris conten…, Leæ & Rachelis, Annæ & Peninnæ rixas, familias regum …iorum luctuoſas tragedias expendat, quantum polygamia Deo diſplicuerit, facile percipiet.

Qui polygamiam *iure ciuili* damnari non credit, ſaltem Iuriſ…tis, etiam Ethnicis fidem adhibeat, *Moleſtin. in Pandect. lib.* …*9. de ritu nuptiarum, lib.* 1. Diocletianus & Maximianus im…tores Romani polygamiam dumnant his verbis: *Neminem … ſub ditione ſit Romani nominis, binas vxores habere poſſe vulgo …, quum etiam in edicto Prætoris* huiuſmodi viri infamia nota…. Exſtant & aliæ eiuſmodi ſanctiones: adeo quidem vt Arca… & Honorius ne Iudæis quidem polygamiam concedant. Vide … *C. de inceſt. & inutil. nupt. l. 1. de iis qui not infam. l. eum qui. C. … l. de adult. l. nemo c. de Iud.*

Polygamiam etiam paſſim damnant ac vetant. *Leges Eccleſiaſti…* … videre eſt. *Decert. lib. 4. tit. 19. de diuort. c. 8. Gaudemus.* Pa…tiam omnes improbarunt nulloque modo licere cuipiam du… ſimul habere vxores vnanimi conſenſu aſtruxerunt: *Clem. Alex. … Strom. 1. 4. Auguſt lib. 3. de doctr. Chr. cap. 18. & lib. 16. contra … Fauſtum. Chryſ. in Matth. homil. 56.*

Quia ægritudini ſemper conſulendum eſt, propterea ſi contige… primo priuari coniugio, ſi voluerit ſecundas vel tertias inire nu…, nullum de illis peccatum habebit, ſi eas caſte ſeruauit, & ſi … aliquis coniugalis exceſſus, qui tamen legitimum non vio…thorum, habet nonnullum, ſed veniale peccatum, *Aug. de fide ad Petrum.*

Iuri priuato polygamia aduerſatur, vt par ſocietatis inita eſt ra…, prout in coniugio fit. Hinc illi ipſi damnarunt polygamiam, … illam vſurpabant, quod videre eſt in Labane Iacobi ſocero: *Gen.* … Cur enim generum obteſtatur ne ſuis filiabus alias vxores ſuperinducat, niſi quod iniuriam illis hoc modo factum iri exiſti…bat? Obiectiones maleferiatorum quorundam pro infami illa polygamia relinquimus iuriſconſultis & Theologis excutiendas, & … dictis ac quieſcimus.

*Vide Coniugium, Matrimonium, Diuortium, Nuptiæ.*

# Pontifex.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PONTIFEX, Gr. ἱεράρχης, ἀρχιερεύς, & ἀρχιερωσύνη pontificatus eſt à pontifex ſacer magiſtratus, dictus vel à poſſe & facio. Hebr. *Cohen*, à verbo *Cihen*, functus eſt ſacerdotio, miniſtrauit, adminiſtrator fuit in ſacris officiis. Hinc κονέω, διακονέω, διάκονος, διακονία, miniſterium ſacrum. De triplici pontificatu, nempe Legali, Euangelico, Ethnico, pauca quædam hic annotanda lectoribus appoſuimus.

Pontifex *Legalis* dictus eſt proprie ſummus ſacerdos, ex poſteris Aaronis, habens perpetuum regimen totius miniſterii Leuitici, præfectus ſacrorum, tum officio, tum habitu à cæteris ſacerdotibus diſtinctus, ſicut Moſes in Aaronis perſona frequenter eum depingit. Exodi 28. &c. libro Leuitici paſſim. Hic apud Haggæum & Zachariam ſummus *Sacerdos*, & in nouo Teſtamento ſæpe *Princeps Sacerdotum* appellatur. Alias nominantur hoc nomine Aaronis poſteri ſacerdotes, qui ſummi Pontificis regimine verſabantur. Huius erat ſemel in anno ſanctuarium ingredi, reſpondere de Dei voluntate indutus ipſo Ephod. Alii à ſummo illo & ſecundarii ſacerdotes habuerunt duos primarios duces: quorum præcipuus atque adeo principum cuiuſque familiæ Leuiticæ caput quoddam, in Leuitarum præcipuorum (quales erant Caathitæ) prouinciam intentus erat. Alter vero, in inferiorum leuitarum diligentiam inquirebat. Tales fuerunt Eleazar & Ithamar, viuente Aarone. *Num.* 3. & 4. *cap.* Duo iſti inter ſecundarios magis illuſtres ex hoc etiam inſigni eorum munere, ita ad Ædis ſacræ curationem cum ſummo ipſo ſacerdote coniunguntur, vt vna cum eo duces Ædis ſacræ dicti ſunt. 1. *Chron.* 24. *c.*

Durante politia Eccleſiaſtica inter Iudæos, ſub Iudicibus & regibus, totus ille Leuiticus & ſacerdotalis ordo viguit. Poſt reditum ex captiuitate Babylonica inſtauratum, & deinde paulatim variis artibus violatum & corruptum eſt: attamen ex ſacris & profanis hiſtoriis apparet, præcipua quæque Politiæ huius fundamenta ſarta tecta conſeruata fuiſſe. Habuerunt enim Ieroſolymis ordinem aliquem ſacerdotum, *Act.* 4. 6. *Luc.* 1. 5. inter quos vnus aliquis ſupereminceret, reliqui ſuas vices obirent, qui etiam ἀρχιερεῖς dicti ſunt. Habuerunt & Leuitarum quendam ordinem, qui aliquando Leuitæ, aliquando etiam ἱερεῖς dici videntur: *Ioan.* 1. 19. Et ex indigenis ſuos prophetas habuerunt, quos γραμματεῖς, id eſt, ſcribas, & νομοδιδασκάλους, id eſt, legis peritos appellarunt, qui vna cum ſacerdotum ordine de doctrina cognoſcebant, & vna cum populi ſenioribus mores inquirebant & eccleſiaſticam iuriſdictionem publice exercebant. *Matth.* 2. 4. & 18. 17. Habuerunt item ex iudæis exteris ſynagogas quaſdam, ſeu collegia, in quibus illi ita docerentur, vt poſtea iudæis popularibus ſuis docendis præficerentur. *Act.* 6. 9. & 24. 12. De his omnibus plura apud Sigonium & alios qui de Pontificatu & miniſterio legali ſcripſerunt. Sacerdotum vero & Pontificis maximi diſcrimen quintuplex addo, 1. Summus ſacerdos natura maximus erat inter poſteros Aaronis: alii ætate inferiores. 2. Ille per totam vitam vnus erat: alii plures erant. 3. In Sanctuarium ſolus ingrediebantur, ſemel in anno: alii vero non ingrediebantur. 4. Alium ornatum geſtabat ille: alium autem alii ſacerdotes. 5. Moriente illo, fugitiui redibant ad ſuos: quod non fiebat in morte aliorum ſacerdotum.

Abraham tempore erat Sacerdos Dei altiſſimi Melchiſedech, Rex Salem, typus Chriſti eximius, ſecundum cuius ordinem Chriſtus eſt Sacerdos in æternum: *Geneſ.* 14. & 18. *Pſalm.* 110. 4. *Hebr.* 5. 6. 10. 60. & 7. 3. 17. 21. Perpetui autem atque ordinarii fuerunt ante legem latam plærique Patriarchæ & primogeniti familiarum: poſt legem vero latam poſteri patriarchæ Leui. Primogenitos familiarum, quos ſibi Dominus conſecrauerat, vt legitur. *Exod.* 13. 2. *Numer.* 8. 16. 18. *&c.* adminiſtraſſe ſacra, donec, Leuitæ in eorundem locum aſſumerentur, donec Moſes, *Exod.* 19. 22. & 24. 5. *Item, Numer.* 1. 18. *&c.* Pontifex legalis fuit itidem Chriſti typus, & (vt antea dictum) munus proprium eius fuit, quotannis ſemel, die nimirum anniuerſariæ expiationis, ingredi in Sanctum Sanctorum, & expiationem facere pro ſe, pro familia ſua, & pro tota congregatione Iſraelis: *Leuit.* 16. 17. commune autem illi cum aliis ſacerdotibus & Leuitis officium erat, legem populo explicare, populo benedicere, & cauſarum iura ex Moſaicarum legum præſcriptio in rebus dubiis, maxime ſacris, declarare & diiudicare: *Leuit.* 9. 22. & 10. 10. 11. *Deuter.* 17. 8. *&c.* Sacerdotum aliorum officium erat, explicare in Synagogis populo legem, adminiſtrare ſacras ceremonias à Deo per Moſen præceptas ac imprimis ſacrificii, populo benedicere, cauſas ad ipſos delatas diiudicare, hortari milites in prælium aduerſus hoſtes proceſſuros, & clangere cum tubis

clangoris contra hoſtes, *Malach.* 2. 7. & 1. 7. 8. 2. *Chronic.* 13. 19. 11. & 19. 8. *Numer.* 6. 23. *Deuter.* 20. 2. & 21. 5. 2. *Chronic.* 13. *verſ.* 12.

Leuitarum officium erat, Sacerdotes adiuuare peragendo cultu Dei, curare tabernaculum & omnia ad id pertinentia: cauſas dubi as vna cum ſacerdotibus diiudicare. *Num.* 1. *verſ.* 50. & 3. *verſ.* 7. & 4. *verſ.* 4. 22. 29 2. *Chron.* 19. *verſ.* 18.

Pontificatus Euangelicus, ſeu noui Teſtamenti immediate ad Chriſtum pertinet, ſummum Eccleſiæ Pontificem & mediatorem, in cuius perſona conditio duplex conſideranda occurrit, Naturarum videlicet & qualitatis. Eſt Deus & homo, vna perſona: nec aliter conſtaret eius ſacerdotium. 1. *Tim.* 2. 5. Conditio qualitatis ea eſt, quod ſanctus, impollutus ſegregatus ſit à peccatoribus & cælis excelſior. *Hebr.* 7. 26. alioquin legem condemnantem non impleuiſſet, neque pro noſtris peccatis de iudicio ſatisfacere potuiſſet. Officium eius eſt, nos Deo reconciliare, ſatisfacere pro peccatis noſtris, nobis ſua merita applicare, vt ipſi eius iuſtitia donati, ſatisfactione redempti, coram Dei throno cum æternæ ſalutis fiducia compareamus.

Partes huius pontificatus ſunt docere, orare, offerre. Docemur ab eo, quod omnes reſipiſcentes velit in gratiam recipere; donare eos ſua iuſtitia, viuificare ad vitam æternam: verbo, ſpiritu ſancto & ſacramentis in hac vita regere. Intercedit pro Eccleſia & petit Eccleſiam recipi propter ſua merita. *Ioan* 17. 19 Eius oblatio in Cruce fuit & eſt ſacrificium propitiatorium placans iram Dei, atque ſatisfactorium pro culpa & pœna æterna. *Pſalm.* 110. 4. *Hebr.* 5. 9. 8. 9. 10. *cap.* Præſtantia victimæ eſt, quod ſemel Chriſtus ingreſſus in ſancta, ſatisfecerit pro omnibus mundi peccatis, inueneritque redemptionem perpetuo duraturam, & nunc coram facie Dei pro nobis appareat.

Pontifex igitur noſter, eſt perſona vna, Deus & homo Ieſus Chriſtus, ab omni peccato purus, φιλάνθρωπος ex decreto Dei Patris proferens Euangelium, offerens ſeipſum ſimul pro hominibus, perſoluens λύτρον pro credentibus, pro quibus & intercedit apud Patrem, ſua merita applicans, in redemptionem æternam.

De Sacerdotio Chriſtianorum, & de Pontificatu miniſteriali diſputationes Theologis diſcutiendas relinquimus.

De Pontificibus inter Ethnicos, hæc: Veteres Pontifices apud Romanos de omnibus cauſis ad ſacra pertinentibus iudicant, tam inter magiſtratus ſacrificio, quam inter homines, nouaſque leges de ſacris condunt arbitratu ſuo, ſicubi ſcriptis legibus deſtituuntur: magiſtratus, penes quos ceremoniæ ſunt ac ſacrificia, ſacerdoteſque omnes examinant: miniſtros ſacrorum continent in officio, ne quid præter ſolemnes ritus faciant: a profano etiam & imperito vulgu conſuluntur de cultu Deorum ac geniorum, aliiſque religionibus: quod ſi quem animaduertant præſcripta ſua contemnere, eum mulctant pro delicti magnitudine. Ipſi nullius poteſtati ſunt obnoxii, nec ſenatui vel populo rationem reddere tenentur id genus ſacerdotes ſiue ἱεροδιδασκάλους aliquis appellare voluerit, ſiue ἱερονόμους, ſiue ἱεροφύλακας, ſiue (vt nos cenſemus, ἱεροφάντας, id eſt. Sacrorum doctores, adminiſtratores, cuſtodes, interpretes, à vero non aberrauerit, Quorum ſi quis è vita exceſſerit, in defuncti locum alius ſolet ſubrogari, non populi ſuffragii, ſed qui collegio maxime videtur idoneus, ex omni ciuium numero eligitur: qui tum demum ſacerdotium adit, ſi collegii iudicium felici augurio comprobetur. Hi ab vno ſuorum operum, reficiendo ſcilicet ponte ſublicio, latina lingua vocantur Pontifices. *Dionyſ. Halic. lib.* 2.

Pontificum collegium vſque ad Theodoſii ſenioris imperatoris tempora Romæ fuit: quibus religione Chriſtiana iam omnia obtinente, imperatoribus antiquæ ſuperſtitioni aduerſantibus vno edicto ſacerdotum omnium redditus fiſco applicati ſunt. Quare poſtea plane Pontifices, Augures, & reliqui ſacerdotes (Ethnici) creari deſierunt, cum redditibus omnibus mulctati eſſent. *Zoſimus.* Minoribus Pontificibus creatis, Numa Pontificem deinde maximum Numam Marcium, M. F. ex Patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta exſignata attribuit: quibus hoſtiis, quibus diebus ad quæ templa ſacra fierent, atque vnde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia publica priuataque ſacra Pontificis maximi ſcitis ſubiecit, vt eſſet quo conſultum plebs veniret, ne quid diuini juris negligendo patrios ritus, peregrinoſque adſciſcendo, turbaretur. Nec cœleſtes modo cerimonias, ſed iuſta funebria, placandoſque manes, vt idem Pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, alioue quo viſo miſſa ſuſciperentur atque curarentur. *Liuius, Decad.* 1. *lib.* 1.

Multi tam Patricii quam Plebeii Pontifices Maximi creati fuerunt, vſque ad C. Iulium Cæſarem: huic ſucceſſere Lepidus & Auguſtus, poſt quem omnes Cæſares Pontificatum maximum vel ſuſceperunt, vel ſe Pontifices maximos appellari paſſi ſunt. Primus autem omnium Gratianus edicto propoſito titulum hunc repudiauit, & ſe Pontificem Maximum appellari vetuit: atque ita ea dignitas Ethnica defecit in Imperatoribus. *Zoſimus.* Quomodo deinde, quo tempore, & à quibus nomen iſtud ſit vſurpatum, que
& euentu hiſtorici demonſtrant.

De Pontificatu. DIAL. CVII.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAVD.

Ad Pontificatum veni. R. E tempeſtate in portum
Tu è portu in tempeſtatem ſponte fugis. Tu mirus nauta G.
tificium ſum adeptus. R. Parum ne difficilis, parum gra
us animæ tibi cura videbatur, niſi omnium curas in te
que omnium ſarcinas tranſtuliſſes? Fortes humeri, an
tiò eo animos cogens, vbi male ſibi futurum ſciunt. G.
tificium aſcendi. R. Quo tramite, videris. Duplex eſt
Vtraque ad laborem. Altera vero etiam ad miſeriam d
cunque perrexeris, vel te miſerum ſcito, ſic qui aſcendiſſe
deſcendiſti. Vnus iam illorum, quibus canitur propheticum
Qui deſcendunt in mare nauibus, ſacientes operationem
multis, qui aſcendunt vſque ad cœlos, & deſcendunt vſque
yſſos, quorum animas in eis tabeſcentes, propter negot
tiplicium procellam turbati ſunt, & victi ſunt, ſicut
nis ſapientia eorum deuorata eſt. G. Summi ſolium
aſcendi. R. Quo mare altius, & venti plures, & per
peſtas. G. Romanus Pontifex factus ſum. R. Quo
bus, Roma eſt, eo maior te laborum moles manet,
colant, qui adorent, qui obſideant, ac circumſiſtent,
ſerico terram ſternant, auro niueos frænent equos,
peſque inſtruant, ac prælambant priſcis pontificibus
obſequii genus, ex diuerſo erunt, qui omiſſis prop
te figant oculos, te noteant, de te iudicent, & quam
viderit, qui denique mores tuos arguant, verbor
famam lacerent, vitam carpant, quicquid vſquam ma
ſi è fonte vnico malorum, ex te prodiiſſe dicent popul
rumque omnium vnus tu cauſa vocaberis, quomodo,
ſanum erit eccleſiæ corpus, quum æquum ac langu
Eſtne (oro te) tanti, vel aureum poculum, vel cubile
vel gemmatus vertex, vt quietis & famæ pretia quæri
In ſummum pontificem ſum electus. RAT. Verſa
re tam expetita hodie, quod eſt totum, vel inane, vel
vt non immerito quidam ſummi pontifices tædio
non ſupplicium aliud, quam felicitatem illam ho
prauerint. Nam (vt paucis expediam) ſummus pon
recte geritur, ſummus & honor, ſummum onus,
uitus, ſummus labor. At ſi male, ſummum animæ
malum, ſumma miſeria, ſummus pudor, anceps
te negotium. GAVD. Summi pontificatus ſedem
Non tenebis diu. Breuis eſt hominum vita, regum
tificumque breuiſſima, eo quod propter pondus
rarum, ætas ipſa Pontificis Romani tempus anguſtat,
culmen niſi admodum feſſa vix peruenit. G. Summi
in vertice ſedeo. R. Quo ſublimior ſedes, eo grauior
alto ſine periculo aut labore deſcenditur. Cura vt de
brie, ne in illo grege reperiaris, de quo dictum eſt:
*altum, vt lapſu grauiore ruant.* Ex omni quidem mo
deſcendendum nemo dubitat, ſed hoc intereſt, quia
ſapientum deſcenſus, reliquorum vero præcipitium
Ideoque Pœnus ille dux moriens, qui dixiſſe fertur,
leuatis eſt ruere, non improprie ait, vt iniuſtus. G. Summ
ficatus arcem rego. R. Solebant primi ex hoc ſtatu ad
peti. Nunc ad delicias vocari credunt, ideoque certatim
appetitur, & hunc omnium ferme mortalium vota ſuſp
autem vel Romanum, vel quemcumque pontificatum
ob cauſam, niſi quo potentior, ac ditior ſit? Contra
ceptum præeſſe queritur, non prodeſſe, quodque ſacrileg
dendumque vel dictum eſt, magis ſæpe muneribus quam
ſponſoribus ſpes emitur ſacerdotii pinguioris. O vertigo
peſſima? ad quod olim conſeuerant & deberent cogi
inde nunc retrahi non poſſunt, & tam præceps feruet ambitio,
non Chriſtianus pudor, ac modeſtia videatur, ſed ardor
cacia paganorum, quam in huiuſmodi petitionibus tantum
didicimus, vt de Iulio Cæſare lectum ſit, quod pontificatum
mum periit non ſine profuſiſſima largitione, in qua re
gnitudinem æris alieni, quam male ad comitia diſcederet,
dixiſſe matri oſculanti fertur? Domum ſe niſi pontificem
uerſurum, nec fefellit. Pontifex eſt reuerſus. Liquet autem,
petu ille ambierit, quo non impetrato, vel moriendum
vel exulandum eſſe decreuiſſet, hoc illi autem vtrumque
cui à prima ætate propoſitum ſit regnare. Ita vt
putet, ſi qua eſt hoc orbe poteſtas altera, quam Cæſar,
vila duorum. At Chriſtiano homini, cui propoſitum
uire, dominique ſui iugum ferre, pontificatum quomodo
ambire, non video non modo largitione profuſiſſima, ſed (quod
non multo minus eſt turpe) blanditiis atque mendaciis

tribus, ſed communibus adeo, vt hæc fere iam vnica ſit in alma. G. Romanus pontifex ſum. R. Seruorum ſeruus diceris. ne dominorum dominus fieri velis, Memento profeſſionis, mento debiti, Memento Domini, qui merito nulli magis quam o læſus iraſcitur.

*Vide Sacerdos.*

# Populus.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Populus, Græce, λαὸς, ȣ̃, ὁ, & λαϊκὸς, ȣ̃, ὁ, popularis dicitur. Eſt autem populus, cœtus iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatus. *ſec. Aug. l. 1. de ciuit. Dei.*

Populus eſt multitudo hominum iuris conſenſu, & concordi communione ſociata, *ſecund. B. Thom prima part. 31. art. 1.* Differt autem populus à plebe, quod in populo omnis pars ciuitatis, omneſque ordines continentur: ex plebe autem excipiuntur nobiles & patricii.

Populus, vt aliquibus placet, dicitur ἀπὸ τῶν πολλῶ πλειόνων, hoc eſt, multo pluribus, quod omnes ordines, vt dictum eſt, complectitur. Plebs vero ἀπὸ τῶν πλειόνων, hoc eſt, à pluribus: plures enim ſunt plebeii, quam patricii. A populus diminutiuum fit popellus, hoc eſt, paruus populus, & popularis, hoc eſt, quod populi eſt, & aliquando charus, & populare, hoc eſt, amorem populi conciliare. A populus item fit populor, hoc eſt, prædor, & deprædor. A quibus populatio & depopulatio. A plebs pariter fit diminutiuum plebecula & plebeius de plebe.

## ❡ LOCI BIBLICI.

Populus vere beatus, *Pſalm. 33. 12. Prou* 29. 18. Populus Dei quare, *Eſaiæ, 52* 12. Populus Dei, Chriſtiani, 3. *Pet. 2. 9.* In populum aſſumpti Iſraelitæ, *Exod. 6. 8. & 19. 5. 6. Deut. 4. 20. & 7. 7. & 27. v. 9. & 2. Sam. 6. 21. & 7. 8. 1. Reg* 8. 16. Populus Iſrael maris arenæ par, *Reg. 4. 29.* à Deo redemptus, *Pſalm. 77 v. 16.*

Populi diſſipatio vnde, *Prouerb. 29. 18.* Populis omnibus miſſus Chriſtus, *Luc. 1. 31.*

Populus, Hebr. *ham.* Multitudo ingens, quæ ſuo numero obtegit & obſcurat terræ ſuperficiem. A verbo *hamam,* i. obtexit aliquid multitudine ſeu denſitate rei, obſcurauit, obruit multitudine. Hinc Gr. ἀμάω & ἅμω congrego, ἄμμος arena, cuius numerus innumerus, ἅμα, ſimul, & δῆμος populus. Latine proprie ſignificat cœtum hominum vnius ciuitatis, Reipublicæ, monarchiæ iure & communione officiorum, Societatum, à quodam magiſtratu gubernatum. Præterea Hebræis etiam ſignificat paucos homines vel multitudinem incompoſitam: aliquando etiam amplam familiam, ſpeciatim vero populus Iſraelis eſt numeroſa proles Iacobi patriarchæ in 12. tribus diſtincta. Populi item ſeu populorum nomine frequenter apud Prophetas hoſtes Eccleſiæ, & gentiles ad Chriſtum conuertendi deſignantur. Nonnumquam, præſertim quum de Deo & Chriſto agitur, pronomen, quæ ſuus, meus, tuus, vel nomen Dei appoſitum occurrit, Eccleſiam, vel ex Iudæis tantum, vel ex iudæis & Gentilibus conſtitutam indicat.

## ❡ SENTENTIAE PHILOSOPH. ET HIST.

Maximus magiſter, populus. *Cic. Tuſc.*

Populus ſine comparatione probat eſſe melius non ſentit: illud, quod eſt qualecunque eſt, probat. *De clar. orat.*

Sic eſt vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat. *Pro Roſ. Com.*

Homines opinione non minus famæ, quam aliqua certa ratione commoueri ſolent. *Pro Lege Manil.*

Fama, & multitudinis iudicio mouentur homines, vt id honeſtum putent, quod à pleriſque laudetur. *2 Thuſc.*

In imperita multitudine eſt varietas & in conſtantia, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio. *Pro Domo ſua.*

Non comitiis iudicat ſemper populus, ſed mouetur plerunque gratia, cedit precibus, facit eos, à quibus eſt maxime ambitus: denique ſi iudicat, non delectu aliquo, aut ſapientia ducitur ad iudicandum: ſed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia: ſemperque ſapientes, ea, quæ populus feciſſet, ferenda non ſemper laudanda, duxerunt. *Pro Planc.*

Nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum. Dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita ſæpæ perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. Sæpe etiam ſine vlla aperta cauſa fit aliud atque exiſtimamus, vt nonnunquàm ita factum eſſe etiam populus admiretur, quaſi vero non ipſe fecerit. *Pro Murena.*

Populi potentiæ tranſgreſſio prior eſt tyrannide, & paucorum potentia, nam peius eſt, ſi multi, quam ſi vnus, vel pauci dominantur. *Aſpaſ. ethic. 8. c. 11.*

Populus ciuitatis manet idem ſpecie, quamuis quidam moriantur. *D. Thom. de priu de gen. & cor. l 15. tex. 36.*

Populares viri videntur, qui liberi ſunt dicendi fiducia, & licentia faciendi, quid quiſque velit. *Plat. de Rep. dial. 9.*

Popularis vir eſt, qui ex teneris à parco patre enutritus, qui lucroſas cupiditates ſolas coleret, non neceſſarias autem, & luſus ac laſciuiæ gratia repertas reprobaret. Ex conuerſatione cum elegantioribus viri, & plenis ſupra dictarum voluptatum, progreſſus ad omnem petulantiam, & ad illorum ſpeciem, ob paternæ parſimoniæ odium, ſed meliore quam corruptores natura præditus, dum in vtramque partem duceretur, conſtitit, in medio amborum morum, vt moderate, vel, vt putabatur, ſingulis frueretur, & neque illiberalem, neque iniquam vitam degeret, popularis & paucorum principatu factus. *Idem de Rep. dial. 9.*

Pogulus ingratus eſt leuiter alicuius rei ſatur, mutabilis, crudelis, inuidus, ineruditus, vtpote ex plebis colluuie, & violentis nugatoribus collectus: & qui in huius ſocietatem ſe adiungit, multo miſerior eſt. *Plat. in Axiocho.*

Populo famelico nihil periculoſius. *Franc petr. de Rep. l 3. c. 11.*

Popularis ſtatus differt à plebeio, nam popularis ab omnibus probatur, ac plebeius ab omnibus reiicitur: differt enim plebs à populo, quo ſpecies à genere, nam populus ciues vniuerſos, patricios, & ſenatores quoque ſignificat: plebs vero non ſolum plebem, patriciis & ſenatoribus remotis. *Idem de regn. lib. 1. c 3.*

Populi videntes principem pietatis ſtudioſum, & in omni religione liberalem cultu, arripiunt de maieſtate eius ſanctitateque perſpectiorem ſententiam. *Auguſt Steuch. de per phil. libro ſexto cap.* 8.

Populari multitudine nihil eſt neque inſipientius, neque inſolentius. Itaque eos qui tyranni inſolentiam fugiunt, in plebis effrænæ inſolentiam incidere, nequaquam tolerandum eſt. Nam tyrannus ſi quid facit, intelligens facit: ac plebi nulla intelligentia ineſt, vnde enim intelligentia ei adſit qui nec edoctus eſt, nec nouit honeſtum quicquam, ne in ſua quidem familia, & qui ad res agendas ſine conſilio præceps ruit torrenti ſimilis? *Herodot. libro* 3.

Plebe imperante, fieri non poteſt quin malitia exoriatur. *idem ibidem.*

Reliqua turba (populus) eſt ciuitatis corpus, vim ac robur ad virorum præſtantiſſimorum conſilia exequenda miniſtrans. *Dionyſ Halic. lib. 3.*

Plerunque fieri competimus in populo, vt conſultores ipſi coniecta prius & explorata auditorum voluntate, ſententias eo cunctas ad gloriam dirigant Nam qui oratoris comprobat ſermonem, quiue intentius dicenti aſſentiendo aſſiſtit, hic procul dubio quid ipſe ſentiat, quidue potiſſimum exoptet, inſinuat. Nec enim in perorantis exiſtit arbitratu voluntas multitudinis: ſed populus ipſe, ſi quem optima ſemper conſulta trahunt pro more ſuo oratores aſſuefacit ad conſilia ſemper optima differenda. *Diodor. Sicul. hiſt. lib. 13.*

Illud mihi præclare dictum videtur, hominem nimis Reipublicæ adminiſtrationi deditum, & populari aura fidentem, haud vnquam feliciter diem extremum claudere. *Pauſan. lib. 1.*

Poteſt aliquis facilius vrbem humilem, ſi rebus aduerſis laboret, erigere, cum eam neceſſitas cogat ſapientis conſilio obtemperare, quo eius petulantiam atque temeritatem compeſcat. *Periclis & Fab. Max.*

Solet populus ſublimes metuere, ideoque abiectos extollere: & non contemni ſe à potentioribus vulgus ſummi honoris loco habet. *idem, in Nicia.*

Sane videtur populus rebus præſertim ſecundis inſultare bonis viris, fortunæ fauore & rerum ſtatu læto elatus? contra tamen fieri ſolet. Nam res aduerſæ moroſos ſemper multitudinis animos efficiunt, irritabileſque, & qui leuiſſimam ob cauſam iras concipiant: aures quoque difficiles & delicatas, ac quæ ab omni ſermone ac verbo vehementiori lædantur. Peccata enim increpans aliquis, exprobare eis infortunium videtur, & libere ſi loquatur contemnere. Ac quemadmodum vulneratas & exulceratas corporis partes mel offendit: ita ſæpenumero verus & prudens ſermo niſi admixtam habeat lenitatem & obſequium, mordet & exaſperat aduerſam fortunam expertos? atque hoc eſt opinor, cur Homerus ea quæ dulcia ſiunt, animo obſecundantia dixerit, nempe quod ei animæ parti quæ voluptatem percipit concedant, neque ei repugnent. Atque vt oculus inflammatione laborat vmbroſos & obſcuros colores libenter inſpectat, ſplendidos & luminoſos auerſatur: Itidem ciuitas rebus parum proſperis vtens meticuloſior eſt, & delicatior, quam vt perferre liberiores ſermones poſſit: cum quidem hi maxime tum requirantur, quod correctionem eorum quæ peccantur ſtatus rerum non admittit. Itaque eo tempore in Republica verſari, periculoſiſſimum eſt: nam & qui grata populo loquuntur, vna pereunt: & qui ſecus faciunt, ab eo perduntur. Quemadmodum igitur ſolent mathe-

matici perhibent neque eodem quo cœlum motu ferri; neque prorſus tamen contrario, ſed obliquo & deflexo curſu leuiter incuruis circutionibus conuerti, quibus temperat omni quam rectiſſime & conſeruat: ita in Republica etiam adminiſtranda rectus nimis, & vbique populari ſententiæ repugnans tenor, durus eſt & inhumanus, rurſuſque ad perniciem procliue eſt, obſequi per omnia, & vna cum peccantibus abripi ſe pati. Quæ vero & morem gerit aliquando petentibus, & gratificatur aliquid gratiamque rurſus commodi publici cauſa repoſcere nouit gubernatio hominum, multis rebus placide atque vtiliter, ſi non pro imperio omnia exequi, cogantur, ſubſeruientium: ea demum vt ſalutaris, ita & perdifficilis eſt laboris, grauitatem habens cum manſuetudine coniunctam. Quæ duo ſi inter ſe commiſceantur, nulla profecto modorum aut ſonorum concinnior dici poteſt ſuauiorque harmonia: quomodo etiam Deus temperare mundum dicitur, non cogendo, ſed neceſſitatem obtemperandi perſuadendo deliniens. *idem, in Phocion.*

Mulitudo coaleſcere in vnius populi corpus nulla re poteſt, præterquam legibus. *Liu. Decad. 1. lib. 1.*

Populi turba nouarum rerum eſt auida. *idem, ibid.*

Multitudo ſemper ferme regenti eſt ſimilis. *Liuius, Decad. 1. libro 5.*

Populus tantiſper eum qui aliquid ipſis parauit, in memoria habet, dum nulla acceſſio recens ſuperuenit: ſemperque ad id quod de nouo partum eſt (quantumuis id priore minus ſit) conſuetam ſuam ob ſatietatem, nouarumque rerum cupiditatem, ſumma promptitudine ſe inclinat, inuidiaque adducta plebs omne id quod prius magna in exiſtimatione fuit, euertit, propterque ſpes ſuas id quod ſe recens oſtentat euehit. *Dion lib. 39.*

Faſtidioſus eſt in æſtimandis bonis ſuis populus. *Valer. Max. lib. 5. cap. 4.*

Neminem illuſtrem populus ſine æmulo ſinit. *Tacitus, Annal. lib. 14.*

Eſt nouarum rerum cupidus populus pauiduſque. *Tacitus, Annal. lib. 15.*

Sunt procacia vrbanæ plebis ingenia. *Idem, hiſt. lib. 3.*

Nihil vltra verba audet. *idem, ibid.*

Nihil audet principibus amotis. *idem, 1. Annal.*

Magnitudine nimia communium curarum expers populus, *Id. 1. hiſtor.*

Priuata cuique ſtimulatio, & vile decus publicum. *ibid.*

Populi qui auitis ſedibus relictis nouas quærunt, fiunt degeneres, miſti, & tandem imbelles, ſicut in frugibus pecudibuſque non tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent, quantum terræ cœlique, ſub quo aluntur, proprietas mutat. Macedones, qui Alexandriam in Aegypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quique alias ſparſas per orbem terrarum colonias habent, in Syros Parthos, Ægyptios degenerarunt. Maſſilia inter Gallos ſita traxit aliquantum ab incolis animorũ. Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida diſciplina manſit? Generoſius in ſua quicquid ſede gignitur, inſitum alienæ terræ in id quo alitur, natura vertente ſe degenerat. *Liuius, Decad. 4. lib. 8.*

Nunquam volui populo placere. Nam quæ ego ſcio non probat populus: quæ probat populus ego neſcio. Quis placere poteſt populo, cui placet virtus? Malis artibus popularis fauor quæritur: ſimilem te illis facias oportet. Non probabunt, niſi agnouerint. Multo autem ad rem magis pertinet, qualis tibi videaris, quam qualis aliis. Conciliari niſi turpi ratione amor turpium non poteſt. Quid ergo illa laudata & omnibus præferenda artibus rebuſque philoſophia præſtabit? Scilicet, vt malis tibi placere quam populo: vt æſtimes iudicia, non numeres: vt ſine metu Deorum hominumque viuas: vt aut vincas mala aut finias. Cæterum ſi te videro celebrem ſecundis vocibus vulgi, ſi intrante te clamor, plauſus & pantonimica ornamenta obſtrepuerint, ſi tota ciuitate te feminæ puerique laudauerint; quid ni ego tui miſerear, cum ſciam quæ via ad iſtum fauorem ferat? *Seneca, epiſt. 39.*

Aſſiduus humani generis diſcurſus eſt. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua orbium fundamenta iaciuntur. Noua gentium nomina extinctis prioribus, aut in validioris acceſſionem conuerſis, oriuntur. Omnes autem iſtæ populorum tranſportationes, quid aliud quam publica exilia ſunt? *Idem, conſol. ad Heluian. cap. 6.*

Per ſe populus eſt corpus ſine pectore. Cor vitale ac ſpiritus populi, rex eſt. *P. Aemyl. lib. 8.*

Populus ſæpe magis voluntatem quam rationem ducem ſequitur. *Fr. Guicciardin. lib. 9. hiſt.*

Suapte natura eſt ingratus rerumque nouarum cupidus populus *idem, lib. 9.*

Populorum natura rerum nouarum cupida eſt, & hominum ſe à præſentibus malis liberandi tam ardens ſtudium, vt quid poſtea futurum ſit, non cogitent. *idem, lib. 14.*

Interueniente populi voluntate & aſſenſu, creſcit robur & potentia rerum, maiorque eſt ipſorum authoritas, & felicior progreſſus. *Ph. Cominaus, lib. 5.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Euripides, in Supplicibus.

*Quando præ ira populus in furorem agitur,*
*Æque ac ignis vehemens vix extingui poteſt.*
*Si quis autem ipſo intento paulatim*
*Relaxans ſequatur, occaſionem obſeruans,*
*Forſan interim ſpiritus ſublimes remittet: quibus remiſſis*
*Facile impetrabis ab eo quantum volueris.*

Idem, in Iphigenia Aulid.

Τὸ πολὺ δεινὸν κακόν.
*Multitudo, graue malum.*

Idem in Hecuba.

Δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον.
*Res valida eſt multitudo, & cum dolo inexpugnabilis.*

Anonymus.

Ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστιν, οὐκ ἔχει δὲ νοῦν.
*Robuſta res eſt turba, ſed mente caret.*

Pindarus in Pythiis.

*Violenta eſt multitudo.*

Item.

*Populus maledicentia delectatur.*

Menand. apud Stob. ſerm. 49.

*Turbæ Audaces habent*
*Inter cogitandum imaginationes arduas:*
*In agendo autem, commoda occaſione reperta*
*Inopinatam fraudem fabricant.*

Virgilius.

*Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.*

Item.

*Sæuit animis ignobile vulgus.*

Horatius.

*Bellua multorum eſt capitum.*

Item.

*Interdum vulgus rectum videt: eſt vbi peccat.*

Item.

*Populus ſtultus honores*
*Sæpe dat indignis, & famæ ſeruit ineptus,*
*Dum ſtupet in titulis & imaginibus.*

Seneca in Hippolyto.

*Tradere turpi faſces populus*
*Gaudet: eoſdem colit atque odit.*

Idem in Octauia.

*Calcat iacentem vulgus, inuiſum opprimit.*

Ouidius.

*Nobile ſic ſequitur forunæ lumina vulgus.*

Iuuenalis, Sat. 10.

*Turba tremens ſequitur fortunam ſemper & odit*
*Damnatos.*

## ¶ Hieroglyphica Et Emblemata.

Populum Aegyptii ſacerdotes obſequentiſſimum Regi ſuo ſignificare ſi vellent, Apem effingebant, illam vtique breuem, narium & in rotunditatem compactilem, quæ ſola ex animalibus regem, more hominum, habet, quem vniuerſum Apum agmen conſectatur, æque atque homines Regi obtemperantes. Rex vero vel aculeo caret, &c. Ac de populo quidem agnoſcit Plotinus lib. de ſuo cuiuſque genio, qui ciuilem hominem, popularem vtique ſtudiis deditum, ſed qui perfectam vitam minime conſequi potuerit, ab obitu in apem mutari fabulatur. *Pierius, lib. 26. capit. 1.*

Populum lege coercitum hieroglyphico aliquo figurare qui vellent, Apem & apiaſtrum herbam proponebant; qua ſi perungatur aluearia, non fugere apes tradunt, *Idem, lib. 58. c. 56.*

Mali punici præcipuum ſymbolum erat, vt populos generiſque varias vno collegio congregatas ſignificaret. Id ea de cauſa factum, quod grani mali huius folliculis quibuſdam aliquo numero ab aliis ſe gregata, prouinciarum veluti limites quoſdam præ ſe ferre videantur, & ſingula hominum vel collegia, vel nationes potius ab aliis diſtinguere. *Idem, lib. 54. c. 25.*

*Cornicum mira inter ſe concordia vita eſt,*
*Mutua ſtatque illis intemerata fides.*
*Hinc volucres hac ſceptra gerunt, quod ſcilicet omnes*
*Conſenſu populi ſtantque caduntque duces:*
*Quem ſi de medio tollas, diſcordia præceps*
*Aduolat, & ſecum regia facta trahit.* Alciat. Embl. 38.

Idem in Emblemate 35. repetit quod à Plutarch. pridem ſcriptum eſt, Qui equos domant, iis primum adblandiuntur, ac molliſſime tractant, vt aſſueſcant freno: ſic popularis multitudo lenitate retinenda eſt & excipienda ei qui diu in pace regere cupiat.

*Vide Ciuitas, Reſpublica, Magiſtratus, Princeps, Rex, Vulgus.*

Potentia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Potentia. Poteſtas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Otentia, vt & poteſtas, à verbo Poſſum deducitur, Gr. δύναμις, ...ςία. Differunt autem ſecundum Priſcianum Potentia & po... ...ſtas, quod poteſtas magis pro vi accipitur, potentia pro domi... ...ne. Poteſtas multa ſignificat, vt Paulus Iuriſconſul. inquit l. ...tis, de verbor. ſignific. Nam in perſona magiſtratuum, impe... ...in perſona liberorum patriam autoritatem, in perſona ſeruo... ...dominium denotat: præſentis item corporis copiam & faculta... ...quando agimus de noxę deditione cum eo qui ſeruum non de... Poteſtates etiam ipſi dicuntur, qui rerum potiuntur, atque ...præſunt. Hos Græci δυναςὰς vocant. Et hodie prætores vr... ...apud Italos poteſtas appellantur. Varius admodum eſt vſus ...vocis apud Latinos.

...ebræis Iachol, verbum ſignificat potuit, potens fuit, præualuit ...Cognationem habet cum Achal, comedit: nam qui alteri ...ualeſcit, comedit ſiue opprimit eum facile. Hinc per conuerſio... ...radicis ἀλξ, ἀλκὸς, &c. potentia: ἀλκή, robur, ἄλκω poſſum, ἄλ... ...fortis. Potentia Iecholeth. Dicitur etiam Choach, robur, vis, ...potentia. Cognationem habet cum Iachach, validis & fir... ...arguit argumentis, Hinc κῖκις potentia, κικυς firmus, potens, ...poſſum, præualeo. Verbum item Schalat, ſignificat, poteſta... ...exercuit, dominatus eſt: & cognationem habet cum verbo La... ...acuit, poliuit arma, vt armata manu ſub poteſtatem ſuam ...redigeret. Hinc Sultan, Turcarum & Arabum Schelatim, ...clypei, peltæ: Schallit, potens, qui dominatur, & poteſtate ...in alios; Dominus: & Schalleteth, Domina: item Schilton, ...Eccl. 8. v. 4. & 8.

...otentia autem ſignificat id, quod eſt principium, non autem ...eius, ſec. B Thom. 1. part. q. 41. art. 5.

...ſtas proprie nominat potentiam actiuam, cum aliqua præ... ...ia, ſec. eund. 4. ſent. diſt. 24. q. 1 art. 1.

...ntatus Græce δυναςεία, ας, ἡ. δυνάςης, ȣ. ὁ, potens dicitur. Eſt ...multitudo potentiæ, vel opus validum dominationis. ſec. B. ...ſup Pſ. 18. col. 4.

## ¶ BIBLICI LOCI.

...tentia, pro eximiis & excellentibus donis Spiritus ſancti, Act. ...Potentia Dei, Hebraiſmus, pro potens Deus, Matth. 26. 64. vt ...Luc. 22. 69. potentia Dei eſt Euangelium, Rom. 1. v. 16. hoc ...organum Dei vere potens & efficax ad ſeruandum.

...ſtas metonymicos non pro ipſo iure imperandi, ſed pro re... ...imperio ſubditis, Luc. 4. 6. pro poteſtatis & dominii ſym... ...Cor. 11. 10. Poteſtas omnis à Deo, Ioan. 19. 11. Rom. 13. v. 1. Pote... ...exemplum: Pilatus, Ioan. 19. 10. Poteſtates in Eccleſia, ...28. Poteſtates & principatus tribuitur etiam regno tene... ..., Col. 2. 15. Poteſtas cœlorum: Hebraiſmus, prō potentibus ...Matth. 24. 29. Dicuntur autem cœli potentes, tum ob illorum ...inenarrabilem firmitatem, tum etiam ob illorum mini... ...ium, in moderanda inferiorum corporum temperie, facul...

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

...ditibus, quam pauperibus, inuidetur, & non inopes, ſed ...inquietat infeſtatio ſæua latronum. Plus duces & princi... ...quam milites ab hoſtibus appetuntur in pugna, & violentius ...ſantur ventis, & turbinibus culmina quæcunque ſunt altio... ...magnopere, quo plus cæteris vnuſquiſque poteſt, ſciat eſſe ...metuendum. Aug l. de ſing. cler.

Optandum eſt itaque, vt poteſtas non detur, niſi contra vitium: ...quæ vincenda potentes nolunt eſſe homines, & volunt pro... ...vincendos homines, vt quid hoc? niſi vt vere victi, falſo vincant: ...ſine veritate, ſed opinione victores. Hanc igitur potentiam ...oportet vnuſquiſq; æque appetat, vt potens ſit in ſeipſo, & mi... ...modo aduerſus ſeipſum pro ſeipſo. Lib. 1. de Trinitat.

Quamuis quolibet in loco poſiti, cogitando, loquendo, agen... ...peccemus, tunc tamen per tria hæc animus effrænatius capitur, ...mundi, cuius proſperitate ſubleuatur, nam quum præire po... ...ſe cæteros conſpicit, & quum authoritate vocis à nullo re... ...tur, lingua licentius per abrupta disfrænatur: quumque face... ...quodlibet licet, iuſte ſibi omne æſtimat licere quod libet. Greg. l. ...

Cogitatio ſi aſſidue mentem excoquit omnem ſuperbiæ tumo... ...premit, & poteſtatem acceptam non honorem, ſed onus æſti... ...facit. ibid.

Poteſtas namq; quum habetur, & cogitanda eſt ad vtilitatem, & ...mulanda propter timorem: quatenus qui vtitur, vt prodeſſe de... ...poſſe ſe neſciat, ibidem.

Tunc ſolum poteſtas bene geritur, quum non amando, ſed timendo retinetur, quæ vt miniſtrari recte valeat, oportet primum, vt hanc non cupiditas, ſed neceſſitas imponat, ibid.

Bona eſt ordine ſua potentia, ſed cuncta regentis indiget vita, ibidem.

Summum in regibus bonum eſt, iuſtitiam colere, ac ſua vnicuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſæuire, non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri. in reg.

Beatus Dauid ita erat in poteſtate poſitus, tanquam omnibus ipſe eſſet ſubiectus, & in ſolio regali erat, vinctus in carcere & in purpura quaſi in cilicio iacebat cinere conſperſus, & corde compunctus. Aula regalis erat ei tanquam eremi vaſtiſſima ſolitudo, Chryſ. l. de compunct. cord.

Qui poteſtatem non cupit adipiſci, nec ereptionem vtique eius veretur: atque non metuens cuncta, quæ cum ea fiducia & libertate, quæ Chriſtiano conuenit, exequetur, nam qui metuunt, & ne deponantur, tremunt, amaram ſuſtinent ſeruitutem, & quæ malis redundet innumeris, atque tam Deum quam homines frequenter coguntur offendere, Petr. Chryſ. dial. lib. 3.

Sicut potentes potenter tormenta patientur: ſic & iuſtitiæ præmiis fruentur plenius, ſi recte exercuerint poteſtatem, & tantam in futuro præ ſubditis habebunt gloriam, quanta virtute eos in magna delinquendi licentia præceſſerunt. Libro de curiis nugis.

Semper enim grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt, ſicut ramum arborum in excelſo poſitarum, etiam ſi leuis aura flauerit, mouet: ſic & ſublimes in culmine dignitatum exiſtentes, etiam leuis nuntii fama conturbat: humiles autem ſic in conualle, plurimumque in tranquillitate. Chryſ. ſup. Matth. cap. 1.

## ¶ POETARVM DICTA.

Lucan.

*O male concordes nimiaq; cupidine cæci!*
*Quid miſcere iuuat vires orbemque tenere*
*In medio? dum terra fretum, terramq; leuabit*
*Aer, & longi voluent Titana labores,*
*Noxque diem cæli totidem per ſigna ſequetur?*
*Nulla fides regni ſociis, omniſq; poteſtas*
*Impatiens conſortis erit nec gentibus vllis*
*Credite, nec longe fatorum exempla petantur,*
*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Ibidem.

*Stimulos dedit æmula virtus.*
*Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem,*
*Pompeiuſue parem.*

Claud. 3. Honor,

*Luget auarities Stygiis innexa catenis.*
*Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro,*
*Non dominantur opes, non corrumpentia ſenſus*
*Dona valent. emitur ſola virtute poteſtas.*

Sen: Thyeſt. act. 3.

*Anxius ſceptrum tenet, & mouentes*
*Cuncta dynaſtas, metuitq; caſus*
*Mobiles rerum, dubiumque tempus.*

Idem Agam.

*O regnorum magnis fallax*
*Fortuna bonis! in præcipiti*
*Dubioq; nimis excelſa locas.*
*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumue ſui tenuere diem,*
*Alia ex aliis cura fatigat,*
*Vexatque animos noua tempeſtas.*
*Non ſic Libycis Syrtibus æquor*
*Furit alternos voluere fluctus.*

Idem Herc. Oet. act. 2.

*Tu quicunque es, qui ſceptra tenes,*
*Licet omne tua vulgus in aula*
*Centum pariter limina pulſet,*
*Cum tot populis ſtipatus eas,*
*Cum populis vix vna fides.*
*Tenet auratum limen Erynnys,*
*Et cum magnæ patuere fores,*
*Intrant fraudes, cautique doli.*

Ouid. Met.

*Nulla potentia longa eſt.*

Sen. Thyeſt. act. 3.

*Vos quibus rector malis, atque terræ*
*Ius dedit magnum necis atque vitæ,*
*Ponite inflatos tumidoſque vultus.*
*Quicquid a vobis minor extimeſcit,*
*Maior hoc vobis dominus minatur.*
*Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*
*Quem diem vidit veniens ſuperbum,*
*Hunc dies vidit fugiens iacentem.*

Ter. Adelph. 3. 5.

*Sed Demea, hoc tu facito cum animo cogites*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime*
*Potentes, dites, fortunati, nobiles:*
*Tam maxime vos æquo animo æqua noſcere*
*Oportet, ſi vos vultis perhiberet probos.*

Claud.2.Ruff.

*Deſinat elatis quiſquam confidere rebus:*
*Inſtabiliſque Deos, aut lubrica Numina diſcat.*
*Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,*
*Cuius ſe totties ſubmiſit ad oſcula ſupplex*
*Nobilitas inhumata diu, miſeroque repulſa*
*Corpore feralem quæſtum poſt fata popoſcit.*
*Adſpiciat, ne quis nimium ſublata ſecundis*
*Colla gerat triuiis calcandus ſpargitur: ecce*
*Qui ſibi Pyramidas, qui non cedentia templis*
*Ornatura ſuos extruxit culmina Manes,*
*Et qui Sidonio velari credidit oſtro,*
*Nudus paſcit aues, iacet en qui poſſidet orbem,*
*Exiguæ telluris inops, & puluere raro*
*Per partes tegitur, nuſquam, totieſque ſepultus.*
*Senſerunt conuexa necem, tellusque nefandum*
*Emolitur onus.*

Boet.3.5.

*Qui ſe volet eſſe potentem,*
*Animos domet ille feroces,*
*Nec victa libidine colla*
*Fœdis ſubmittat habenis,*
*Etenim licet Indica longe*
*Tellus tua iura tremiſcat,*
*Et ſeruiat vltima Thule:*
*Tamen atras pelle curas,*
*Miſeraſque fugare querelas*
*Non poſſe, potentia non eſt.*

Ouid.2.Pont 3,

*Conſpicitur nunquam meliore potentia cauſa,*
*Quam quoties vanas non ſinit eſſe preces.*
*Hoc nitor iſte tui generis deſiderat: hoc eſt*
*A ſuperis ortæ nobilitatis opus, &c.*
*Hoc tecum commune Deus, quod vtrinque rogati*
*Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.*

Hor.3.Carm,29.

*Ille potens ſui,*
*Lætuſque deget, cui licet, in diem.*
*Dixiſſe, vix.*

Sen.Med.

*Nemo potentes aggredi tutus poteſt.*

Sen.Herc.fur.

*Ille ſuperbos aditus Regum,*
*Duraſque fores expers ſomni*
*Colit, ac nullo fine beatas*
*Componit opes gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro.*

Ouid.3.Triſt.4.

*Vſibus edocto ſi quidquam credis amico,*
*Viue tibi, & longe nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumque potes, præluſtria vita.*
*Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.*
*Non quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes.*
*Non proſunt potius: plurimum obeſſe ſolent.*
*Effugit hybernas demiſſa antenna procellas,*
*Lataque plus paruis vela timoris habent.*

Idem.

*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra*
*Fortunam debet quiſque manere ſuam.*
*Non foret Eumonides orbus, ſi filius eius*
*Stultus Achilleos non adamaſſet equos.*
*Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas*
*Cepiſſet genitor ſi Phaethonta Merops.*
*Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitique memor contrahe vela, tui, &c.*
*Viue ſine inuidia, molleſque inglorius annos*
*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*

Hor.1.Epiſt.10.

*Si quid mirabere pones*
*Inuitus fuge magna: licet ſub paupere tecto*
*Reges, & Regum vita præcurrere amicos.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Potentia eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda, idonearũ rerum facultas. *Cic. in ſua Rhet.*

Potentia Domini non minor eſt in regno potentiſſimo conferendo, quam in tugurio pauperis euertendo. Quis enim in Græcia potentior fuit Alexandro? ei tamen ſucceſſiſſe legitur non ſuus, ſed ſaltatricis filius. Succeſſorem Iulio Cæſari fecit adoptio, non natura. Cæſareæ domus totum relege & reuolue progreſſum, & inuenies, quod breui periit memoria eorum, qui ad inferos deſcenderunt, quoniam à ſe ſcientiam Domini repulerunt, & ipſi repulſi ſunt: eiſque heroes aut ignoti, aut extranei ſucceſſerunt. [illegible] *ſolog. in quodam ſerm.*

Si ipſis dignitatibus ac poteſtatibus ineſſet aliquid [illegible] proprii boni, nunquam peſſimis prouenirent. Neque enim [illegible] lent aduerſa ſociari: natura reſpuit, vt contraria quæque [illegible] tur. Itaq; cum peſſimos plerunq; dignitatibus fungi [illegible] ſit, illud etiam liquet, natura ſui bona non eſſe, quæ ſe peſſimis [illegible] rere patiuntur. *Boet. de conſol. li. 2.*

Firmior eſt potentia, non iniuria afficere æquales, quam ob [illegible] ſens commodum attrahere pericula, etiamſi vires augeantur. [illegible] *cyd. li. 1.*

Magna potentia, eorum qui ipſam adepti ſunt, ingenium [illegible] & vecordiam, inſtabileſq; & inhumanos mores efficit. *Plutarch.* [illegible] *Sylla.*

Ea demum tuta eſt potentia quæ viribus ſuis modum [illegible] *Valer. Max. lib. 4. ca. 1.*

Arduum eſt eodem loci potentiam & concordiam eſſe. [illegible] *Annal. li. 4.*

Potentia tutius habetur cautis quam acrioribus conſiliis. [illegible] *Annal. lib. 11.*

Nunquam ſatis fida eſt potentia, vbi nimia eſt. *Idem lib.* [illegible]

Fortunæ vis licentiam nacta pernicioſa libidine [illegible] quę diu quidem virtute, vti muro prohibita, poſtquam [illegible] flagitiis ſubacti ſunt, etiam infirmis genere inſtituto que [illegible] permittit. *Aurel. Vict. lib. de Cæſarib.*

Sic eſt comparatum in rebus humanis, vt quorum [illegible] demus potentiam, eos magis obſeruemus, quam illos, qui [illegible] mo gradu poſiti, amplius progredi non poſſunt. *Ph. Comin.* [illegible] *br. 10.*

Magi expetenda eſt potentia, quæ ſponte & volunt[illegible] quæ vi & neceſſitate conſeruatur quia firmior, facilior, [illegible] neſtiorq; eſt. *Fr. Guicciard. li. 16.*

Collegarum in publicis functionibus celſioribus, cum [illegible] quodammodo, tum magis ex inuidia ſocietas infida [illegible] re fit, vt multum, præſertim potentes conſentiant. *Zonar.* [illegible] *tom. 2.*

Vno diademate duo capita tegere, & imperium plur[illegible] graue eſt, & perturbatione plenum. *G. Pachymer. hiſt. lib.* [illegible]

Ea eſt natura animorum humanorum, vt non iuuen[illegible] rum ætate etiam prouectiores, poſt quam multum tem[illegible] teſtate tranſegerint, patriis moribus haudquaquam ſ[illegible] ducant. *Dion. li. 36.*

De Potentia. Dial. xci.

*Franciſci Petrarchæ.*

Gaud.

Potentia magna ſum. Rat. Et in periculis multis. G. Potentia ingenti. R. Et laboribus infinitis, & inextricabilibus [illegible] poſſum. R. Quo plus in alios potes, & plus alii in te. G. [illegible] plurimum. R. Quo potentiæ magis & maius in illam [illegible] fortunæ. Tepide ſe exercet in paruis, vberem eligit ma[illegible] gna lignorum mole crepitantius ſæuit incendium. Magna pro[illegible] ritas magnæ viam facit aduerſitati. Nec quenquam [illegible] ſerum videbis, qui non valde felix habitus fuerit. Non p[illegible] hominis nota eſſe calamitas. G. Quo volo, & poſſum. R. [illegible] ne quid mali velis, & ſcito, quo potentiæ plus, eo plus [illegible] minuſue licentiæ. G. Potentia ingens ſum. R. Quid [illegible] na? Piget exequi, qui potentes breui ad impotentiam, [illegible] ad infamiæ ſeruitium ſunt redacti. Vepricoſi & lubrici [illegible] norum gradus aſcenſuum: tremulus vertex, præcipitium [illegible] dum, ægre conſcenditur ad eminentem ſtatum, [illegible] tur, grauiter inde repente deſcenditur, id ſic eſſe, non ſinguli [illegible] reges, aut populi, ſed maxima etiam teſtantur imperia. G. [illegible] que opib. potēs ſum. R. Vera & firma potẽtia in virtute [illegible] fundamentum ſi detraxeris, quo maior, eo periculoſior [illegible] Quid implere opibus domos iuuat, arua ligonibus, [illegible] ſi intus interea domeſtici hoſtes animum oppugnant, [illegible] gnant? Vis, vt te potentem fatear, illos doma, finibus [illegible] vince iram, vince cupiditatem, vince libidinem, vince [illegible] mæ atq; hoſtem animæ tuæ. Quænam iſta potentia eſt, [illegible] os, paſſionibus ſuis vinci? G. Fundata in ſolido potentia eſt. R. Quo pacto, quum vita ipſa mutetur aſſidue? O quid tumes [illegible] animal! de potentia diſputas de anima interim periclitans, [illegible] citius vel naturæ vis occultior, eſt exigui morſus animantis, [illegible] tremi contemptiſſimique homines ſæpe potentiſſimis [illegible] Potentia egregie ſtabilita eſt. R. Vbi quæſo (vt perhibeant [illegible] rota? quin tu amice male ſuſceptam pone fiduciam. Nulla [illegible] bilis potentia, vtiq; vel impropric exprimam, quod [illegible] potentia potens eſt.

## ¶ Apophthegmata.

*Cotys*, Thebanis gloriantibus, quod Lacedæmoniis imper[illegible] Vidi, inquit, torrentes perennibus fluuiis maiores factos, ſed [illegible] ue tempus. *Anton. in Meliſſ. part. 2. ſerm. 1.*

*Nerua* ad quendam ipſum conſolari volentem hoc argu[illegible] to quod diceret, geneſin Veri non eſſe recte collectam, [illegible] ſpem eſſe illum non diu victurum: iſthuc, inquit, tu [illegible] qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...monii tui non Reipublicæ quæris hæredem. Sentiens, ma-
...e, vt bonus princeps quam diutiſſime viuat. *Ex Dione Caſ-*

...genes interrogatus, quomodo quis viuere debeat ſub pote... inde atque igni vtendum eſſe dicebat: neque nimis prope ...dum, ne exuraris: neque nimium procul, ne rigeas, *Ant. in ...part. 2. ſer. 1. Stob. ſer. 43. idem apoph. tribuitur Antiſtheni.*

...ippus rogatus, cur poteſtatem omnem in Repub. adeo fu-... reſpondit: Quia ſi quis male rexerit, diis pœnas dabit. Si bene ...ibus habetur. *Stob. ſerm. 73.*

...ſthenes audiens quoſdam in Rep. euehi cupere: Omnium ...imum eſſe dixit, vt hi, qui poteſtatem habent in multos, mul-...ceant. *Stob.*

...diceré ſolebat, duabus viis propoſitis, quarum altera ad ...m oratorium: altera ad inferos duceret: prudentem virum ...turum eſſe eam, quæ ad inferos ducit, potius quam quæ ...re hominem ſubleuat. *Stob.*

...menes fratribus ſuis crebro dicere ſolebat: Si me vt rege vſi ...s, vobis tanquam fratribus gratificabor: ſin autem tanquam ...ego vobis vt rex. *Ant. in Meliſſ. part. 2. ſer. 5.*

*M. Cato* dicebat, potentes parce vti poteſtate debere, vt ſemper ...ſſint. *Stob. ſerm. de Magiſtratu.*

...*Varus.* Cum Africano illi maiori corona ſæpius in conui-... impoſita rumperetur, Licinius Varus accommodanti dixit: ...miran, ſi non conuenit, caput enim magnum eſt: Sentiens, ...nem eſſe præpotentem, cui non quæuis corona congrueret. ...*lib. 6. apoph.*

...*Lentulus Marcellinus* Conſul in concione grauiter queſtus ...Magni Pompeii immodica potentia. Huius orationem cum ...clara voce acclamans approbaſſet: Acclamate, inquit, Qui ...dum licet. Iam enim vobis impune facere non licebit. Signifi-...lius potentiam breui eo magnitudinis euaſuram, vt nulla in ...m eſſet vllo pacto reſiſtere, ſi quid illi collibuiſſet, *Eraſ. lib. 8 ...Val. Max. l. 6. c. 2.*

...*onymus.* Quum Pompeius graui laboraret inuidia propter ...cam potentiam, & ob vulnus faſcia linea tibiam vinctam ...et, dixit aliquis. Quid refert vbi geſtet diadema, in capite an ...ur: nam candidum amiculum olim erat inſigne regum. *Eraſ. ...apoph.*

*...Cæſar.* Proferentibus in medium, quod Sylla dictaturam de-...iſſet, Cæſar perpetuam gereret, quod minimum aberat a tyran-...de reſpondit Iulius Cæſar: Syllam neſciſſe literas, eoque dictatu-...depoſuiſſe. Dictant Grammatici diſcipulis, cum præeunt aut ...ſcribenda, Huc alludens, dixit, illum neſciſſe literas. *Eraſ. ...apoph.*

...Ne puero gladium, prouerbio dicitur. Ego vero dixerim, ...Ne puero diuitias, nec viro doctrinę experti potentiam. *Stob. ...de magiſtr.*

¶ SIMILITVDINES.

...*ſſis.* Quemadmodum fluuii exiguo fonte orti, incrementis ...cæteracceptis, ita augeſcunt, vt reſiſtere illis nequeas, & violento ...pet, quicquid obſtat ſecum trahunt: Ita etiam qui ad magnam ...ntiam euadunt, ex ipſis à ſe oppreſſis maiores ad nocendum vi-...cipiunt, & per eos, qui antea læſerunt, reliquos in ſeruitutem ...gunt, & potentiæ incremento vberiorem facultatem male a-...ra nanciſcuntur. *Homil. contra diuites.*

*...qui obtuſo* fræno conatur equum domare, excutitur, eoque ...mente frænum: Sic qui populum vincere conatur, non ſatis ...ctus potentiæ, ab imperio deturbatur. *Plut.*

...quam maxime tollitur in altum, arduus ad polum ſeptentrio-...m, tum minimum mouetur: Ita quo maior eſt poteſtas hoc ...is coercenda eſt animi temeritas. *Plut.*

*...ra malis* ſomnus nonnulla turbat animum ægritudo, ſed præ-...a nihil efficiunt: ſic mali, ſed impotentes, non admodum læ-...nt. *Plut.*

*...t acciſæ* pennæ tempore renaſcuntur: ita niſi aſſidue premas, re-...ſcitur potentia. *Eraſ.*

*...Caſtoris* & Pollucis faces, ſi ſolitariæ appareant, dictum eſt o-...noſum; ſin geminæ, ſalutare: Ita non oportet potentiam eſſe ſeiun-...tam à ſapientia, alioqui peſtilentem. *Plin.*

*...t quædam* fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem ...tacta: Ita diuina vis, aut regia poteſtas in obſiſtentes ſæuit, molli-...us parcit & cedentibus. *Plin.*

*...t bruta* fulmina montes feriunt irrito ictu: Ita ſtulta potentia ...ſuas vires, in quod nihil opus eſt, conſumit. *Plin.*

*...cut nec* Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem ſentit ful. ...multa vel ingens potentia, vel extrema fortunæ humilitas tuum ...ditat contumeliis. *Plin.*

¶ ADAGIA.

In omnia potentes.

*In eos, qui plurimum poſſunt vel nocere vel prodeſſe, quadrabit* illud Heſiodi:

Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.

*Eſt enim in his qui pariter ſita ſumma boni malique.*

*Accommodare licebit vel in hominem cuius ſit ſumma authoritas, vel in rem, quæ plurimum habeat momenti.*

Nutu atque renutu.

*Cui ſummam potentiam aſcribimus, eius nutu atque renutu cuncta geri dicimus.*

Preces armatæ.

*M. Tullius* Πειθανάγκην *appellat ſuaſionem cum neceſſitate vtique coniunctam, quales ſunt principum preces. Ouid.*

*Precibuſque minas regaliter addit.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*M. Craſſus* valebat gratia & metu, verum metu præcipue. *Plut. in Craſſo.*

*Nouguardia metropolis Ruſſiæ* tam potens fuit: vt prouerbio circumferrent ciues eius: quis poteſt contra Deum, & magnam Nouguardiam? *Cranztius lib. 14. Vandal. c. 15.* At eam Ioan. Baſilius Moſchorum tyrannus ſui effecit.

*Patauium,* Venetorum vrbs, cunctas eius regionis excelluit olim. Sub Auguſto in ea cenſi fuere quingenti equeſtris ordinis viri, antiquis autem annis C. & XX. militum millia miſiſſe conſtat. *Strabo lib. 5.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

Ægyptii Sacerdotes *potentiam* cuiuſpiam, quæ & ſociis & amicis omnibus pernitioſa eſſet, per *aquilæ pennas* ſignificabant. Huiuſmodi ſiquidem ea vis eſt aliarum auium plumas, ſi commiſceantur, interere, & quodammodo deuorare videantur. *Pierus Val. lib. 19. p. 179. B.*

¶ FABVLA.

Lepores.

Lepores ſuſcepto bello aduerſus aquilas, auxilium vulpium implorarunt. Qui reſponderunt, non ſe fuiſſe illis defuturos, niſi ſcirent, & qui ipſi eſſent, & quibus cum bellum gererent.

Docet fabula, eos negligere ſalutem ſuam, qui cum potentioribus inimicitias exerceant.

Leo, Iuuenca, Capra, Ouis.

Societatem iunxerant leo, iuuenca, capra, ouis. Parta autem præda, in portiones æquales quatuor diuiſa; Leo, prima, ait, mea erit: Debetur enim hæc præſtantiæ meæ: Tollam & ſecundam, quam meretur robur. Tertiam vendicat ſibi eximius labor & defatigatio mea. Quartam qui ſuam eſſe voluerit, is ſciat ſe habiturum me inimicum. Quid facerent imbelles beſtiæ, aut quis refragari leoni, vel illum infeſtum habere ſibi vellet? Vniuerſam igitur ipſe prædam ſolus tenuit.

Hac fabula docemur, iis, qui potentum conſuetudini implicentur, & inſolentiam horum ferendam eſſe.

Paſtores & Lupus.

Paſtores cæſa oue conuiuium intra tabernaculum agitabant. Quod cum lupus, qui prædandi cauſa caulas circumibat, fieri cerneret: Ego, inquit, ſi agnum rapuiſſem, quantus tumultus excitarentur? At iſti impune parentem vorant. Tum vnus his auditis: Noſtra enim (inquit) ſcelerate, non aliena oue epulamur.

Docemur hac fabula, & potentes impune peccare, & horum delicta non facile reprehendi à quouis debere. Narratur fabula eadem ſententia & de mulierculis comedentibus gallinam, ac vulpe, quæ dixerit: Ego ſi hoc facerem, omnes iam canes in me incitarentur.

*Vide Monarchia, Princeps, Rex. Vide quoque elegantem fabulam ſupra in loco de Euentu.*

---

# Præceptor.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PRæceptor, à præcipio verbo, quod docere ſignificat & inſtituere. Græc. ὑφηγητής, Hebri *Melamedh,* à verbo *Lamadh,* didicit, & in 2. coniugatione *Limmadh,* docuit. Hebræi ſtimulum aratoris *Malmadh* appellant ab eodem verbo deriuatum. Nam vt boues ſtimulis vrgentur ad agriculturam: ita iuuenes à præceptorum monitis excitantur ad ſtudia.

¶ POETARVM DICTA.

Ex Borbonio.

*Qui nunc me video eſſe pædagogum,*
*In prædiuite ſum domo moratus,*
*Contriuique bonos miſer tot annos*
*Guſtando mala, gratiaſque agendo.*
*Sperando ingenueque ſeruiendo,*
*Tantorum mihi præmium laborum*
*Sunt ſero ſapere atque pœnitere,*
*Tabeſque ſenium Ergo nunc ab aula*
*Ad caulam venio, quid eſt agendum?*
*Solæ perfugium fidele, & vnum,*
*Si quas callem, literæ ſuperſunt,*
*Nec iam me pudet eſſe pædagogum.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Quis eſt, qui neſciat æquum eſſe, vt à diſcipulis præceptor nedum virtute diſcernatur, verum etiam grauiori quodam, & honeſtiori habitus priuilegio? partim quia diſcipulo maior eſt præce-

ptor

# Potentia. Poteſtas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Potentia, vt & poteſtas, à verbo Poſſum deducitur, Gr. δύναμις, ... ſtoria. Differunt autem ſecundum Priſcianum Potentia & poteſtas, quod poteſtas magis pro vi accipitur, potentia pro domi... Poteſtas multa ſignificat, vt Paulus Iuriſconſul. inquit l. ... de verbor. ſignific. Nam in perſona magiſtratuum, imperium, in perſona liberorum patriam autoritatem, in perſona ſeruorum dominium denotat: præſentis item corporis copiam & facultatem, quando agimus de noxę deditione cum eo qui ſeruum non de... Poteſtates etiam ipſi dicuntur, qui rerum potiuntur, atque ... præſunt. Hos Græci δυναςὰς vocant. Et hodie prætores vr... apud Italos poteſtas appellantur. Varius admodum eſt vſus ... vocis apud Latinos.

Hebræis *Iachol*, verbum ſignificat potuit, potens fuit, præualuit. Cognationem habet cum *Achal*, comedit: nam qui alteri præualeſcit, comedit ſiue opprimit eum facile. Hinc per conuerſionem radicis ἀλξ, ἀλκὸς, &c. potentia: ἀλκή, robur, ἀλκω poſſum, ἀλ... fortis. Potentia *Iecholeth*. Dicitur etiam *Choach*, robur, vis, ... potentia. Cognationem habet cum *Iachach*, validis & firmis arguit argumentis, Hinc κῖκις potentia, κικυς firmus, potens, ... poſſum, præualeo. Verbum item *Schalat*, ſignificat, poteſtatem ... potuit, dominatus eſt: & cognationem habet cum verbo *La...* ... poliuit arma, vt armata manu ſub poteſtatem ſuam ... redigeret. Hinc *Sultan*, Turcarum & Arabum Schelatim, clypei, peltæ: *Schallit*, potens, qui dominatur, & poteſtate ... in alios; Dominus: & *Schalleteth*, Domina: item *Schilton*, ... *Eccl.8.v.4.* & 8.

Potentia autem ſignificat id, quod eſt principium, non autem ... eius, *ſec. B Thom.1.part.q.41.art.5.*

Poteſtas proprie nominat potentiam actiuam, cum aliqua præ... *ſec. eund. 4. ſent. diſt. 24. q. 1 art. 1.*

Potentatus Græce δυναςεία, ας, ἡ. δυνάςης, ȣ. ὁ, potens dicitur. Eſt ... multitudo potentiæ, vel opus validum dominationis. *ſec. B.* ... *ſup Pſ.18. col.4.*

## ¶ BIBLICI LOCI.

Potentia, pro eximiis & excellentibus donis Spiritus ſancti, *Act.* ... Potentia Dei, Hebraiſmus, pro potens Deus, *Matth.* 26.64. vt ... *Luc.*22.69. potentia Dei eſt Euangelium, *Rom.*1.v.16. hoc ... organum Dei vere potens & efficax ad ſeruandum.

Poteſtas metonymicos non pro ipſo iure imperandi, ſed pro re... bus imperio ſubditis, *Luc.*4.6. pro poteſtatis & dominii ſym... *Cor.*11.10. Poteſtas omnis à Deo, *Ioan.*19.11. *Rom.*13.*v.*1. Pote... *exemplum*: Pilatus, *Ioan.*19.10. Poteſtates in Eccleſia, ... Poteſtates & principatus tribuitur etiam regno tene... *Col.*2.15. Poteſtas cœlorum: Hebraiſmus, prò potentibus ... *Matth.*24.29. Dicuntur autem cœli potentes, tum ob illorum ... inenarrabilem firmitatem, tum etiam ob illorum mini... in moderanda inferiorum corporum temperie, facul...

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

... ditibus, quam pauperibus, inuidetur, & non inopes, ſed ... inquietat infeſtatio ſæua latronum. Plus duces & principes quam milites ab hoſtibus appetuntur in pugna, & violentius ... ventis, & turbinibus culmina quæcunque ſunt altiora ... magnopere, quo plus cæteris vnuſquiſque poteſt, ſciat eſſe ... metuendum. *Aug l. de ſing. cler.*

Optandum eſt itaque, vt poteſtas non detur, niſi contra vitium: ... quæ vincenda potentes nolunt eſſe homines, & volunt pro... vincendos homines, vt quid hoc? niſi vt vere victi, falſo vincant: ... veritate, ſed opinione victores. Hanc igitur potentiam ... optet vnuſquiſq; æque appetat, vt potens ſit in ſeipſo, & mi... modo aduerſus ſeipſum pro ſeipſo. *Lib.1. de Trinitat.*

Quamuis quolibet in loco poſiti, cogitando, loquendo, agendo peccemus, tunc tamen per tria hæc animus effrænatius capitur, ... mundi, cuius proſperitate ſubleuatur, nam quum præire po... ſe cæteros conſpicit, & quum authoritate vocis à nullo re... lingua licentius per abrupta disfrænatur: quumque face... quodlibet licet, iuſte ſibi omne æſtimat licere quod libet. *Greg. l.* ...

Cogitatio ſi aſſidue mentem excoquit omnem ſuperbiæ tumo... premit, & poteſtatem acceptam non honorem, ſed onus æſti... facit. *ibid.*

Poteſtas namq; quum habetur, & cogitanda eſt ad vtilitatem, & ... ſimulanda propter timorem: quatenus qui vtitur, vt prodeſſe de... poſſe ſe neſciat, *ibidem.*

Tunc ſolum poteſtas bene geritur, quum non amando, ſed timendo retinetur, quæ vt miniſtrari recte valeat, oportet primum, vt hanc non cupiditas, ſed neceſſitas imponat, *ibid.*

Bona eſt ordine ſua potentia, ſed cuncta regentis indiget vita, *ibidem.*

Summum in regibus bonum eſt, iuſtitiam colere, ac ſua vnicuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſæuire, non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodiri. *in reg.*

Beatus Dauid ita erat in poteſtate poſitus, tanquam omnibus ipſe eſſet ſubiectus, & in ſolio regali erat, vinctus in carcere & in purpura quaſi in cilicio iacebat cinere conſperſus, & corde compunctus. Aula regalis erat ei tanquam eremi vaſtiſſima ſolitudo, *Chryſ. l. de compunct. cord.*

Qui poteſtatem non cupit adipiſci, hec ereptionem vtique eius veretur: atque non metuens cuncta, quæ cum ea fiducia & libertate, quæ Chriſtiano conuenit, exequetur, nam qui metuunt, & ne deponantur, tremunt, amaram ſuſtinent ſeruitutem, & quæ malis redundet innumeris, atque tam Deum quam homines frequenter coguntur offendere, *Petr. Chryſ. dial. lib.3.*

Sicut potentes potenter tormenta patientur: ſic & iuſtitiæ præmiis fruentur plenius, ſi recte exercuerint poteſtatem, & tantam in futuro præ ſubditis habebunt gloriam, quanta virtute eos in magna delinquendi licentia præcellerunt. *Libro de curiis nigris.*

Semper enim grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt, ſicut ramum arborum in excelſo poſitarum, etiam ſi leuis aura flauerit, mouet: ſic & ſublimes in culmine dignitatum exiſtentes, etiam leuis nuntii fama conturbat: humiles autem ſic in conualle, plurimumque in tranquillitate. *Chryſ. ſup. Matth. cap.1.*

## ¶ POETARVM DICTA.

Lucan.

*O male concordes nimiaq; cupidine cæci!*
*Quid miſcere iuuat vires orbemque tenere*
*In medio? dum terra fretum, terramq; leuabit*
*Aer, & longi voluent Titana labores,*
*Noxque diem cæli totidem per ſigna ſequetur?*
*Nulla fides regni ſociis, omniſq; poteſtas*
*Impatiens conſortis erit nec gentibus vllis*
*Credite, nec longe fatorum exempla petantur,*
*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Ibidem.

*Stimulos dedit æmula virtus.*
*Nec quenquam iam ferre poteſt Cæſarue priorem,*
*Pompeiuſue parem.*

Claud. 3. Honor,

*Luget auarities Stygiis innexa catenis.*
*Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro,*
*Non dominantur opes, non corrumpentia ſenſus*
*Dona valent. emitur ſola virtute poteſtas.*

Sen: Thyeſt. act, 3.

*Anxius ſceptrum tenet, & mouentes*
*Cuncta dynaſtas, metuitq; caſus*
*Mobiles rerum, dubiumque tempus.*

Idem Agam.

*O regnorum magnis fallax*
*Fortuna bonis! in præcipiti*
*Dubioq; nimis excelſa locas.*
*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumue ſui tenuere diem,*
*Alia ex aliis cura fatigat,*
*Vexatque animos noua tempeſtas.*
*Non ſic Libycis Syrtibus æquor*
*Furit alternos voluere fluctus.*

Idem Herc. Oet. act. 2.

*Tu quicunque es, qui ſceptra tenes,*
*Licet omne tua vulgus in aula*
*Centum pariter limina pulſet,*
*Cum tot populis ſtipatus eas,*
*Cum populis vix vna fides.*
*Tenet auratum limen Erynnys,*
*Et cum magnæ patuere fores,*
*Intrant fraudes, cautique doli.*

Ouid. Met.

*Nulla potentia longa eſt.*

Sen. Thyeſt. act. 3,

*Vos quibus rector malis, atque terræ*
*Ius dedit magnum necis atque vitæ,*
*Ponite inflatos tumidoſquo vultus.*
*Quicquid a vobis minor extimeſcit,*
*Maior hoc vobis dominus minatur.*
*Omne ſub regno grauiore regnum eſt.*
*Quem diem vidit veniens ſuperbum,*
*Hunc dies vidit fugiens iacentem.*

Ter, Adelph. 3.5.

*Sed Demea, hoc tu facito cum animo cogites*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime*
*Potentes, dites, fortunati, nobiles:*
*Tam maxime vos æquo animo æqua noſcere*
*Oportet, ſi vos vultis perhiberet probos.*

Claud. 2. Ruff.

*Deſinat elatis quiſquam confidere rebus:*
*Inſtabiliſque Deos, aut lubrica Numina diſcat.*
*Illa manus, quæ ſceptra ſibi geſtanda parabat,*
*Cuius ſe toties ſubmiſit ad oſcula ſupplex*
*Nobilitas inhumata diu, miſeroque repulſa*
*Corpore feralem quæſtum poſt fata popoſcit.*
*Adſpiciat, ne quis nimium ſublata ſecundis*
*Colla gerat triuiis calcandus ſpargitur: ecce*
*Qui ſibi Pyramidas, qui non cedentia templis*
*Ornatura ſuos extruxit culmina Manes,*
*Et qui Sidonio volari credidit oſtro,*
*Nudus paſcit aues, iacet en qui poſſidet orbem,*
*Exiguæ telluris inops, & puluere raro*
*Per partes tegitur, nuſquam, totieſque ſepultus.*
*Senſerunt conuexa necem, telluſque nefandum*
*Emolitur onus.*

Boet. 3. 5.

*Qui ſe volet eſſe potentem,*
*Animos domet ille feroces,*
*Nec victa libidine colla*
*Fœdis ſubmittat habenis,*
*Etenim licet Indica longe*
*Tellus tua iura tremiſcat,*
*Et ſeruiat vltima Thule:*
*Tamen atras pelle curas,*
*Miſeraſque fugare querelas*
*Non poſſe, potentia non eſt.*

Ouid. 2. Pont 3,

*Conſpicitur nunquam meliore potentia cauſa,*
*Quam quoties vanas non ſinit eſſe preces.*
*Hoc nitor iſte tui generis deſiderat: hoc eſt*
*A ſuperis orta nobilitatis opus, &c.*
*Hoc tecum commune Deus, quod vtrinque rogati*
*Supplicibus veſtris ferre ſoletis opem.*

Hor. 3. Carm, 29.

*Ille potens ſui,*
*Lætuſque deget, cui licet, in diem.*
*Dixiſſe, vix.*

Sen. Med.

*Nemo potentes aggredi tutus poteſt.*

Sen. Herc. fur.

*Ille ſuperbos aditus Regum,*
*Duraſque fores expers ſomni*
*Colit, ac nullo fine beatas*
*Componit opes gazis inhians,*
*Et congeſto pauper in auro.*

Ouid, 3. Trſt. 4.

*Vſibus edocto ſi quidquam credis amico,*
*Viue tibi, & longe nomina magna fuge.*
*Viue tibi, quantumque potes, prælustria vita.*
*Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.*
*Non quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes.*
*Non proſunt potius: plurimum obeſſe ſolent.*
*Effugit hybernas demiſſa antenna procellas,*
*Lataque plus paruis vela timoris habent.*

Idem.

*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra*
*Fortunam debet quiſque manere ſuam.*
*Non foret Eumonides orbus, ſi filius eius*
*Stultus Achilleos non adamaſſet equos.*
*Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas*
*Cepiſſet genitor ſi Phaethonta Merops.*
*Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,*
*Propoſitique memor contrahe vela, tui, &c.*
*Viue ſine inuidia, molleſque inglorius annos*
*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*

Hor. 1. Epiſt. 10.

*Si quid mirabere pones*
*Inuitus fuge magna: licet ſub paupere tecto*
*Reges, & Regum vita præcurrere amicos.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Potentia eſt ad ſua conſeruanda, & alterius obtinenda, idonearũ rerum facultas. *Cic. in ſua Rhet.*

Potentia Domini non minor eſt in regno potentiſſimo conferendo, quam in tugurio pauperis euertendo. Quis enim in Græcia potentior fuit Alexandro? ei tamen ſucceſſiſſe legitur non ſuus, ſed ſaltatricis filius. Succeſſorem Iulio Cæſari fecit adoptio, non natura. Cæſareæ domus totum relege & reuolue progreſſum, & inuenies, quod breui periit memoria eorum, qui ad inferos deſcenderunt, quoniam à ſe ſcientiam Domini repulerunt, & ipſi repulſi ſunt: eiſque heroes aut ignoti, aut extranei ſucceſſerunt. [illegible] *ſolog. in quodam ſerm.*

Si ipſis dignitatibus ac poteſtatibus ineſſet aliquid [illegible] proprii boni, nunquam peſſimis prouenirent. Neque [illegible] lent aduerſa ſociari: natura reſpuit, vt contraria quæque [illegible] tur. Itaq; cum peſſimos plerunq; dignitatibus fungi [illegible] ſit, illud etiam liquet, natura ſui bona non eſſe, quæ ſe peſſimis [illegible] rere patiuntur. *Boet. de conſol. li. 2.*

Firmior eſt potentia, non iniuria afficere æquales, quam ob [illegible] ſens commodum attrahere pericula, etiamſi vires augeantur. [illegible] *cyd. li. 1.*

Magna potentia, eorum qui ipſam adepti ſunt, ingenium [illegible] & vecordiam, inſtabileſq; & inhumanos mores efficit. *Plut.* [illegible] *Sylla.*

Ea demum tuta eſt potentia quæ viribus ſuis modum [illegible] *Valer. Max. lib. 4. ca. 1.*

Arduum eſt eodem loci potentiam & concordiam eſſe. [illegible] *Annal. li. 4.*

Potentia tutius habetur cautis quam acrioribus conſiliis. [illegible] *Annal. lib. 11.*

Nunquam ſatis fida eſt potentia, vbi nimia eſt. *Idem* [illegible]

Fortunæ vis licentiam nacta pernicioſa libidine [illegible] quę diu quidem virtute, vti muro prohibita, poſtquam [illegible] flagitiis ſubacti ſunt, etiam infirmis genere inſtituto que [illegible] permittit. *Aurel. Vict. lib. de Cæſarib.*

Sic eſt comparatum in rebus humanis, vt quorum [illegible] demus potentiam, eos magis obſeruemus, quam illos, qui [illegible] mo gradu poſiti, amplius progredi non poſſunt. *Ph. Com.* [illegible] *br. 10.*

Magi expetenda eſt potentia, quæ ſponte & volun[illegible] quæ vi & neceſſitate conſeruatur quia firmior, facilior [illegible] neſtiorq; eſt. *Fr. Guicciard. li. 16.*

Collegarum in publicis functionibus celſioribus, [illegible] quodammodo, tum magis ex inuidia ſocietas inſidi[illegible] re fit, vt multum, præſertim potentes conſentiant. *Zon.* [illegible] *tom. 2.*

Vno diademate duo capita tegere, & imperium plur[illegible] graue eſt, & perturbatione plenum. *G. Pachymer. hiſt. lib.* [illegible]

Ea eſt natura animorum humanorum, vt non iuue[illegible] rum ætate etiam prouectiores, poſt quam multum tempo[illegible] teſtate tranſegerint, patriis moribus haudquaquam [illegible] ducant. *Dion. li. 36.*

De Potentia. DIAL. XCI.
*Franciſci Petrarchæ.*
GAVD.

Potentia magna ſum. RAT. Et in periculis multis. G. Potentia ingenti. R. Et laboribus infinitis, & inextricabilibus [illegible] poſſum. R. Quo plus in alios potes, & plus alii in te. G. [illegible] plurimum. R. Quo potentiæ magis & maius in illam [illegible] fortunæ. Tepide ſe exercet in paruis, vberem eligit materiam [illegible] gna lignorum mole crepitantius ſæuit incendium. Magna proſpe[illegible] ritas magnæ viam facit aduerſitati. Nec quenquam [illegible] ſerum videbis, qui non valde felix habitus fuerit. Non [illegible] hominis nota eſſe calamitas. G. Quo volo, & poſſum. R. [illegible] ne quid mali velis, & ſcito, quo potentiæ plus, eo plus [illegible] minus ſue licentiæ. G. Potentia ingens ſum. R. Quid [illegible] na? Piget exequi, qui potentes breui ad impotentiam, [illegible] ad infamiæ ſeruitium ſunt redacti. Vepricoſi & lubrici [illegible] norum gradus aſcenſuum: tremulus vertex, præcipitium [illegible] dum, ægre conſcenditur ad eminentem ſtatum, [illegible] tur, grauiter inde repente deſcenditur, id ſic eſſe, non ſinguli [illegible] reges, aut populi, ſed maxima etiam teſtantur imperia. G. [illegible] que opib. potẽs ſum. R. Vera & firma potẽtia in virtute [illegible] fundamentum ſi detraxeris, quo maior, eo perículoſior [illegible] Quid implere opibus domos iuuat, arua ligonibus, [illegible] ſi intus interea domeſtici hoſtes animum oppugnant, [illegible] gnant? Vis, vt te potentem fatear, illos doma, finibuſq; [illegible] vince iram, vince cupiditatem, vince libidinem, vince [illegible] mæ atq; hoſtem animæ tuæ. Quænam iſta potentia eſt, [illegible] os, paſſionibus ſuis vinci? G. Fundata in ſolido potentia eſt. R. Quo pacto, quum vita ipſa mutetur aſſidue? O quid tumes [illegible] animal! de potentia diſputas de anima interim periclitans, [illegible] citius vel naturæ vis occultior, eſt exigui morſus animantis, [illegible] tremi contemptiſſimique homines ſæpe potentiſſimis [illegible] Potentia egregie ſtabilita eſt. R. Vbi quæſo (vt perhibent) [illegible] rota? quin tu amice male ſuſceptam pone fiduciam. Nulla [illegible] bilis potentia, vtiq; vel improprie exprimam, quod ſentio, [illegible] potentia potens eſt.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Cotys*, Thebanis gloriantibus, quod Lacedæmoniis imper[illegible] Vidi, inquit, torrentes perennibus fluuiis maiores factos, ſed [illegible] ue tempus. *Anton. in Meliſſ. part. 2. ſerm. 1.*

*Nerua* ad quendam ipſum conſolari volentem hoc argu[illegible] to quod diceret, geneſin Veri non eſſe recte collectam, [illegible] ſpem eſſe illum non diu victurum: iſthuc, inquit, tu [illegible] qui

…monii tui non Reipublicæ quæris hæredem. Sentiens, ma-…o, vt bonus princeps quam diutiſſime viuat. *Ex Dione Caſ-*

…nes interrogatus, quomodo quis viuere debeat ſub pote…inde atque igni vtendum eſſe dicebat: neque nimis prope…ndum, ne exuraris: neque nimium procul, ne rigeas, *Ant. in* …*part. 2. ſer. 1. Stob. ſer. 43. idem apoph. tribuitur Antiſtheni.*

…*ppus* rogatus, cur poteſtatem omnem in Repub. adeo fu-…ſpondit: Quia ſi quis male rexerit, diis pœnas dabit. Si bene …ibus habetur. *Stob. ſerm. 73.*

…*ſthenes* audiens quoſdam in Rep. euehi cupere: Omnium …mum eſſe dixit, vt hi, qui poteſtatem habent in multos, mul-…eat. *Stob.*

… dicere ſolebat, duabus viis propoſitis, quarum altera ad …m oratorium: altera ad inferos duceret: prudentem virum …turum eſſe eam, quæ ad inferos ducit, potius quam quæ …e hominem ſubleuat. *Stob.*

…*menes* fratribus ſuis crebro dicere ſolebat: Si me vt rege vſi …, vobis tanquam fratribus gratificabor: ſin autem tanquam …ego vobis vt rex. *Ant. in Meliſſ. part. 2. ſer. 5.*

…*Cato* dicebat, potentes parce vti poteſtate debere, vt ſemper …ſſint. *Stob. ſerm. de Magiſtratu.*

…*Varus.* Cum Africano illi maiori corona ſæpius in conui-… impoſita rumperetur, Licinius Varus accommodanti dixit: …rari, ſi non conuenit, caput enim magnum eſt: Sentiens, …nem eſſe præpotentem, cui non quæuis corona congrueret. …*Ib. 6. apoph.*

…*Lentulus Marcellinus* Conſul in concione grauiter queſtus …Magni Pompeii immodica potentia. Huius orationem cum …a clara voce acclamans approbaſſet: Acclamate, inquit, Qui …dum licet. Iam enim vobis impune facere non licebit. Signifi-…lius potentiam breui eo magnitudinis euaſuram, vt nulla in …m eſſet vllo pacto reſiſtere, ſi quid illi collibuiſſet, *Eraſ. lib. 8* …*Val. Max. l. 6. c. 2.*

…*nymus.* Quum Pompeius graui laboraret inuidia propter …cam potentiam, & ob vulnus faſcia linea tibiam vinctam …, dixit aliquis. Quid refert vbi geſtet diadema, in capite an …nam candidum amiculum olim erat inſigne regum. *Eraſ.* …*apoph.*

…*Cæſar.* Proferentibus in medium, quod Sylla dictaturam de-…, Cæſar perpetuam gereret, quod minimum aberat a tyran-… reſpondit Iulius Cæſar: Syllam neſciſſe literas, eoque dictatu-…depoſuiſſe. Dictant Grammatici diſcipulis, cum præeunt aut …ſcribenda, Huc alludens, dixit, illum neſciſſe literas. *Eraſ.* …*oph.*

… Ne puero gladium, prouerbio dicitur. Ego vero dixerim, … Ne puero diuitias, nec viro doctrinę experti potentiam. *Stob.* …*de magiſtr.*

¶ SIMILITVDINES.

…, Quemadmodum fluuii exiguo fonte orti, incrementis …acceptis, ita augeſcunt, vt reſiſtere illis nequeas, & violento …, quicquid obſtat ſecum trahunt: Ita etiam qui ad magnam …am euadunt, ex ipſis à ſe oppreſſis maiores ad nocendum vi-…punt, & per eos, qui antea læſerunt, reliquos in ſeruitutem …, & potentiæ incremento vberiorem facultatem male a-…niciſcuntur. *Homil. contra diuites.*

*…qui obtuſo* fræno conatur equum domare, excutitur, eoque …ente frænum: Sic qui populum vincere conatur, non ſatis …ſus potentiæ, ab imperio deturbatur. *Plut.*

*…quam* maxime tollitur in altum, arduus ad polum ſeptentrio-…, tum minimum mouetur: Ita quo maior eſt poteſtas hoc …s coercenda eſt animi temeritas. *Plut.*

*…malis* ſomniis nonnulla turbat animum ægritudo, ſed præ-… nihil efficiunt: ſic mali, ſed impotentes, non admodum læ-…*Plut.*

*…accisæ* pennæ tempore renaſcuntur: ita niſi aſſidue premas, re-…ur potentia. *Eraſ.*

*Vt Caſtoris* & Pollucis faces, ſi ſolitariæ appareant, dictum eſt o-…; ſin geminæ, ſalutare: Ita non oportet potentiam eſſe ſeiun-… à ſapientia, alioqui peſtilentem. *Plin.*

*Vt quadam* fulmina æs ac ferrum liquefaciunt, ne cera quidem …: Ita diuina vis, aut regia poteſtas in obſiſtentes ſæuit, molli-… parcit & cedentibus. *Plin.*

*Vt bruta* fulmina montes feriunt irrito ictu: Ita ſtulta potentia … vires, in quod nihil opus eſt, conſumit. *Plin.*

*Sicut nec* Ægyptus ob calorem, nec Scythia ob rigorem ſentit ful. … Ita vel ingens potentia, vel extrema fortunæ humilitas tuum … contumeliis. *Plin.*

¶ ADAGIA.

In omnia potentes.

*In eos, qui plurimum poſſunt vel nocere vel prodeſſe, quadrabit* illud Heſiodi:

> Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.
>
> *Eſt enim in his qui pariter ſit a ſumma boni malique.*

*Accommodare licebit vel in hominem cuius ſit ſumma authoritas, vel rem, quæ plurimum habeat momenti.*

Nutu atque renutu.

*Cui ſummam potentiam aſcribimus, eius nutu atque renutu cuncta geri dicimus.*

Preces armatæ.

*M. Tullius* Πειθανάγκην *appellat ſuaſionem cum neceſſitate vtique coniunctam, quales ſunt principum preces. Ouid.*

> *Precibuſque minas regaliter addit.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*M. Craſſus* valebat gratia & metu, verum metu præcipue. *Plut. in Craſſo.*

*Nouguardia metropolis Ruſsiæ* tam potens fuit: vt prouerbio circumferrent ciues eius: quis poteſt contra Deum, & magnam Nouguardiam? *Cranztus lib. 14. Vandal. c. 15.* At eam Ioan. Baſilius Moſchorum tyrannus ſui effecit.

*Patauium,* Venetorum vrbs, cunctas eius regionis excelluit olim. Sub Auguſto in ea cenſi fuere quingenti equeſtris ordinis viri, antiquis autem annis C. & XX. militum milia miſiſſe conſtat. *Strabo lib. 5.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

Ægyptii Sacerdotes *potentiam* cuiuſpiam, quæ & ſociis & amicis omnibus pernitioſa eſſet, per *aquilæ pennas* ſignificabant. Huiuſmodi ſiquidem ea vis eſt aliarum auium plumas, ſi commiſceantur, interere, & quodammodo deuorare videantur. *Pierus Val. lib. 19. p. 179. B.*

¶ FABVLA.

Lepores.

Lepores ſuſcepto bello aduerſus aquilas, auxilium vulpium implorarunt. Qui reſponderunt, non ſe fuiſſe illis defuturos, niſi ſcirent, & qui ipſi eſſent, & quibus cum bellum gererent.

Docet fabula, eos negligere ſalutem ſuam, qui cum potentioribus inimicitias exerceant.

Leo, Iuuenca, Capra, Ouis.

Societatem iunxerant leo, iuuenca, capra, ouis. Parta autem præda, in portiones æquales quatuor diuiſa; Leo, prima, ait, mea erit: Debetur enim hæc præſtantiæ meæ: Tollam & ſecundam, quam meretur robur. Tertiam vendicat ſibi eximius labor & defatigatio mea. Quartam qui ſuam eſſe voluerit, is ſciat ſe habiturum me inimicum. Quid facerent imbelles beſtiæ, aut quis refragari leoni, vel illum infeſtum habere ſibi vellet? Vniuerſam igitur ipſe prædam ſolus tenuit.

Hac fabula docemur, iis, qui potentum conſuetudini implicentur, & inſolentiam horum ferendam eſſe.

Paſtores & Lupus.

Paſtores cæſa oue conuiuium intra tabernaculum agitabant. Quod cum lupus, qui prædandi cauſa caulas circumibat, fieri cerneret: Ego, inquit, ſi agnum rapuiſſem, quantus tumultus excitarentur? At iſti impune parentem vorant. Tum vnus his auditis: Noſtra enim (inquit) ſcelerate, non aliena oue epulamur.

Docemur hac fabula, & potentes impune peccare, & horum delicta non facile reprehendi à quouis debere. Narratur fabula eadem ſententia & de mulierculis comedentibus gallinam, ac vulpe, quæ dixerit: Ego ſi hoc facerem, omnes iam canęs in me incitarentur.

*Vide Monarchia, Princeps, Rex. Vide quoque elegantem fabulam ſupra in loco de Euentu.*

---

# Præceptor.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PRæceptor, à præcipio verbo, quod docere ſignificat & inſtituere. Græc. καθηγητής, Hebri *Melamedh,* à verbo *Lamadh,* didicit, & in 2. coniugatione *Limmadh,* docuit. Hebræi ſtimulum aratoris *Malmadh* appellant ab eodem verbo deriuatum. Nam vt boues ſtimulis vrgentur ad agriculturam: ita iuuenes à præceptorum monitis excitantur ad ſtudia.

¶ POETARVM DICTA.

Ex Borbonio.

*Qui nunc me video eſſe pædagogum,*
*In prædiuite ſum domo moratus,*
*Contriuique bonos miſer tot annos*
*Guſtando mala, gratiaſque agendo.*
*Sperando, ingenueque ſeruiendo,*
*Tantorum mihi præmium laborum*
*Sunt ſero ſapere atque pœnitere,*
*Tabeſque ſenium Ergo nunc ab aula*
*Ad caulam venio, quid eſt agendum?*
*Solæ perfugium fidele, & vnum,*
*Si quas callem, literæ ſuperſunt,*
*Nec iam me pudet eſſe pædagogum.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Quis eſt, qui neſciat æquum eſſe, vt à diſcipulis præceptor nedum virtute diſcernatur, verum etiam grauiori quodam, & honeſtiori habitus priuilegio? partim quia diſcipulo maior eſt præce-

ptor

propartim, quia modeſta corporis ornamenta non paruo adiumento virtutibus animi ſunt ad comparandam grauitatem, vt vulgaris tumultus ac cupiditas reprimi poſſit, ac gubernari. *B. Mantuanus de vita beata.*

Primum memineritis, oportere vas eorum, quos accepiſtis inſtituendos, ſic ſatagere, vt ſimul & docti fiant, & imbuantur moribus: quia, quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu: atque adeo à teneris aſſueſcere multum eſt; nec ſolum rectores, magiſtroſq; viuos eſſe adoleſcentium, ſed & parentes putetis: ſcitis enim illud, qui præceptorem ſancti voluere parentis eſſe loco: equidem bonos maloſue vos eſſe tantum referre exiſtimo, vt auſim dicere bonorum malorumque omnium, quæ vbiq; fiunt terrarum, vos eſſe potiſſimam cauſam: nam iuriſconſulti, philoſophi, rectores vrbium, principes duceſq; ac reges, nec monachi, ſacerdotes epiſcopi, Cardinales, ipſiq; ſummi pontifices, & deniq; quicunq; vel ſolas literarum notas tenent, ſub diſciplina olim veſtra fuere paruuli, à vobis inſtituti ſunt, virtus veſtra vitiumue eorum profuit aut nocuit morib. Tantum valet longa conſuetudo, vt ſi cum ſancto diu vixeris ſanctus futurus ſis: ſi cum peruerſo, peruertaris. Siquidem (vt inquit Fabius) Leonides Alexandri pædagogus, quibuſdam eum vitiis, imbuit, quæ robuſtum quoq; ac maximum regem ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta. Quamobrem quantum boni & ſancti præceptores ciuitatibus proſint, non facile dixerim: quantum obſint praui, & vitioſi, non queo dicere. Quare non poſſum non multum mirari, nullam fere puerorum patribus, & rectoribus vrbium in eligendis præceptorum moribus eſſe curam. Non animaduertunt, quantum inde boni maliue infundatur in ciuitates: nam quales ſunt, qui inſtituunt, tales & qui inſtituuntur, velint, nolint euadent longa die.

*Longa dies homini docuit parere leones:*
*Longa dies molli ſaxa peredit aqua.*

Videre igitur vos, qui & longo tempore, & aſſidue teneros, & ſimplices adoleſcentulorum animos inſtituitis, quantum & prodeſſe poteſtis, & obeſſe hominibus. Quod ſi quiſquam eſt ſic oblitus ſui ipſius, vt agnos ſuæ commiſſos fidei ſeu lupus deuoret: heu quanta illum pœna apud Manes vel breui expectat! nam qui ita pernicioſi ſunt, vt non ſolum obſint, quod ipſi corrumpuntur, ſed & quod corrumpunt, pluſq; exemplo quam peccato nocent: immatura morte, ne tantum obeſſe queant, decedunt. *Aldus Manutius Roman.*

Cum inter Magiſtros aliquot proponerem de hypodidaſcalo, quidam non infimæ opinionis ſubridens: Quis, inquit, ſuſtineat in ea ſchola vitam agere inter pueros, qui poſſit vbiuis quomodocunque viuere? reſpondi modeſtius: Hoc munus mihi videri vel in primis honeſtum, bonis morib. ac literis inſtituere iuuentutem: neque Chriſtum eam ætatem contempſiſſe, & in nullum rectius collocare beneficium, & nuſquam expectari fructum vberiorem, vtpote cum illa ſit ſeges ac ſylua reipub. addidi, ſi qui ſint homines veri, pii, eos in hac eſſe ſententia, vt putent, ſeſe nullo officio magis demereri Deum, quam ſi pueros trahant ad Chriſtum. *Eraſ in l. ep.*

Porro ſortem tuam vt laborioſam non negauerim, ita tragicam (vt tu vocas) aut deplorandam eſſe prorſus inficior Ludi literarii magiſtrum eſſe, proximum regno munus eſt. An tu putas ſordidam eſſe functionem, primam illam ætatem tuorum ciuium optimis literis, & Chriſto ſtatim imbuere, totque probos & integros viros patriæ tuæ reddere? ſtultorum opinione humilius eſt, re longe ſplendidiſſimum Etenim ſi Ethnicis quoq; ſemper præclarum magnificumq; fuit de Repub. bene mereri, dicam audacter, nemo melius de ea meretur, quam rudis pueritiæ formator: modo doctus & integer: quæ duo ſic in te paria ſunt, vt neſciam vtro teipſum ſuperes. Iam quod in ſalario diminutum eſt, Chriſtus ipſe de ſuo penſabit abunde: ſiquidem ipſa virtus ſatis amplum ſui præmium eſt. Neque vero quicquam moueat animum tuum, quod vides quorundam ignauiſſimo otio, tantum annui cenſus è publico decretum, qui ſibi viuant, at non ex vſu reipubl. ei vero, qui communis eſt omnium liberorum parens, & in re maxime omnium neceſſaria, tantis ſudoribus agit publicum negotium, tam malignum ſtipendium exolui: integrum & incorruptum virum munus hoc requirebat, cuiq, vel gratuita pietas cordi ſit. Itaq; magnitudo ſalarii dignitaſque propoſita ſceleratiſſimum quenq; ad hoc negotium pelliceret. Ipſe, mi Sapide, dignitatem addes ex tuis dotib. muneri, ſi parum apud homines ſplendido, certe apud Chriſtum magnificentiſſimo decoraberis. *Eraſ farragine Epiſt. ad Ioan. Sapidum.*

Hæc, inquam, plebeia, ſi præſtarent pro ſua ſorte principes, ſi in concionibus inculcarent ſacerdotes, ſi pueris inſtillarent ludimagiſtri, potius quam erudita illa, ex Ariſtotelis & Auerrois deſumpta fontibus, non ſic perpetuis pene bellis tumultuaretur vndique res Chriſtiana, non tam inſano ſtudio, per fas nefaſq; congerendi diuitias feruerent omnia non tot litibus vbique perſtreperent ſacra pariter ac profana: deniq; non titulo tantum ceremoniis differremus ab iis, qui Chriſti philoſophiam non profitentur. Siquidem in illis tribus hominum ordinibus præcipue ſitum eſt Chriſtianæ religionis vel inſtaurandæ, vel augendæ negotium: In principibus, qui horum gerunt vices, magiſtratus in epiſcopis, & horum vicariis ſacerdotibus, & in iis, qui primum illam ætatem ad o[illegible] inſtituunt. Quos, ſi omiſſo negotio ſuo, con[illegible] mo conſpirare in Chriſtum, nimium videremus, [illegible] multis annis verum quoddam, vt Paulus inquit, [illegible] niorum genus paſſim emergere, quod Chriſti philoſoph[illegible] remoniis tantum, & propoſitionibus, ſed ipſo pectore [illegible] ferret. His armis longe citius pellicerentur ad Chriſti fidem [illegible] ni nominis hoſtes, quam minis, aut armis, vt omni[illegible] præſidia, nihil ipſa veritate potentius. *Eraſ. in Paræ[illegible] magiſtris narrat.*

Externa ſunt, magiſter & inſtrumentum: Magiſ[illegible] eſt bene, quæ profitetur, ſcire, niſi expedite ea poſſit explica[illegible] tem dexteritatemq; ad rem adiungas: quod ſi contingat, [illegible] magnam eruditionem docilis diſcipulus euadet.

Alterum præceptoris officium eſt, emendare ac corrige[illegible] non minus eſt vtile, quam vmbratilis explicatio præcep[illegible] magis ſi correctior, cur quicquam vel probet, vel reiciat, [illegible] ipſe, tum ſciat tradere, & velit diligenter explicare. Vi[illegible] damnata, pergimus qua videmus eum præire, ac nos duce[illegible] ſi ſolidi ſit & exacti iudicii præceptor, plus ab emendatione [illegible] iudicii, qua ex aliis omnibus ſcholæ exercitamentis. *Lud. [illegible] de Anima & iii. de ratione ſtudii.*

Pædagogi graues ſint inprimis, liberiq; ab omni vitio [illegible] de hinc egregie docti. Nam quemadmodum nutricum, qua[illegible] rius incorruptiuſq; lac fuerit, tanto infantium, qui eo al[illegible] tudo magis atq; robur adiuuatur. Ita ii, quo electiores [illegible] mores habuerint, eo etiam diſciplinis firmiora relinquent p[illegible] tis & doctrinæ altius demum ſurrectura veſtigia. Nec [illegible] erit, quin à principio præſtantiſſimus pueris doctor eligatur [illegible] imbuendum rudem adhuc ætatem mediocriter etiam docti [illegible] que ac gregarius ſufficere videtur. Nam quo eruditior fuerit, [illegible] ciliorem clarioremq; doctrinam miniſtrabit quæ puerorum [illegible] me nutrit ingenia: iacent etiam in eis certiora literarum ac [illegible] ra fundamenta, quæ non aliter ac iactauerint, perpetuo [illegible] bunt, atque infixa perdurabunt. Præſtabit quoq; erudiendo [illegible] ficere, placidi ac mitis ingenii. Nam præceptorum [illegible] maxime impedit profectum, qui ad literas in ea ætate fit [illegible] etiam facillime pueri mores, quos in maioribus ſuis aſſi[illegible] ciunt: in quo præclarum eſt, illud, quod apud Platonem [illegible] puerum, ad parenteſq; poſtea reductum, quum ſublata [illegible] deſcentem conſpiceret patrem, dixiſſe ferunt: Nunquam [illegible] Platonem vidi.

Catoni fuit pædagogus Sarpedon, homo comis atq; [illegible] qui verba magis, quam verbera in promptu haberet, qu[illegible] modum ad literarum morumque rationem profuit, [illegible] to faciebatque omnia illius iuſſu, ſingulas cauſas ratio[illegible] efflagitans, ac tanquam diuinum quoddam oraculum [illegible] uans. Præſtat igitur, vt magiſtri pueros ſibi commendatos [illegible] liter quam filios omni cura & amore proſequantur, nu[illegible] que refugientes in erudiendis eis laborem, pro quibus, [illegible] ctam ad eruditionem euaſerint, non minus gaudebunt, qua[illegible] colæ pro plantatis arboribus, qui dulcem edunt fructum. *[illegible] lelph. li. 2. de educatione liberorum.*

Nullum munus Reip. afferre maius meliuſue poſſumus, qua[illegible] doceamus, atque iuuentutem erudiamus, iis præſertim [illegible] temporibus, quibus ita prolapſa eſt, vt omnium opibus [illegible] atque coercenda ſit. *Cic. 3. de Diuin.*

Nulli bonarum artium magiſtri non beati putandi, qua[illegible] ſenuerint vires atq; defecerint. *Cato Maior.*

Pædagogi negligendi non ſunt, ſed quodammodo colend[illegible] *Lælio.*

Optimus quiſq; præceptor frequentia gaudet.
Præcipiamus omnia, vt ſaltem plura fiant.
Facile eſt curuis in genere præcipere. *Quintil. lib. 1.*
Docentes alios mentiri non debent. *Ariſt. Pol. 1.*
Hi ſolum docent, qui cauſas de ſingulis dicunt.
Signum ſcientis eſt, poſſe docere. *Idem Metaph. 1.*

Nemo eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educat[illegible] non magiſtri ſui atq; doctores, cui non locus ille murus, [illegible] aut doctus eſt, cum grata recordatione in mente verſetur. *Cic. pro Planc.*

Iidem erant antiquitus viuendi præceptores atq; dicendi [illegible] *rat.*

De excellenti Præceptore. DIAL. LXXX.
GAVD.

Excellenti præceptore glorior. RAT. Alieno nec dum [illegible] gloriari. Quid ad te enim excellentia præceptoris tui: Crede [illegible] hi (quod ſæpe itero) intra te ſit oportet, quod te faciat glo[illegible] ſum. G. Præceptore glorior excellenti. R. Sine ipſum [illegible] rebus ſuis, vt videretur, vti, &, ſi libet, etiam gloriari, qu[illegible] etſi excellens vere eſt, minime id facturus ſit, de te autem po[illegible] derimus. G. Eſt mihi præceptor inſignis. R. Qualis tu [illegible] lus ſis, expecto: ante enim quid pronunciem, non habeo, qua[illegible] multos ſtultos atque hebetes habuiſſe putas ſcholam Socrat[illegible] Platonis, in quibus multos abſque præceptore vllo per ſe ipſ[illegible]

…ecoluiſſe, vt præceptores fierent aliorum, qui præceptoribus …erent. Nullum Vergilio præceptorem legimus. Horatius Flac… ſuo nihil, niſi quod plagioſum dixit, verberum puerilium cre… meminerat. Cicero autem ſuum laudibus ampliſſimis celebrare …ec valuit. Contra huius filius, quantis præceptoribus, pa…tre & Cratippo, illius ætatis philoſophorum principe, ſi quid …imus Ciceroni, quantus nebulo, quamque famoſæ ebrieta… …erit, notum eſt, qui ſolo patris vel tacentis aſpectu doctus ac …euaſiſſe debuerit. Plato ipſe, etſi vt ſupra memini, Socratis …imo gloriatur: maior tamen eſt, gloria Socratem exceſſiſſe, …à Socrate didiciſſe. G. Scientificus præceptor eſt mihi. R. …a præceptoris diſcipulo vtilis eſſe poteſt, glorioſa eſſe non …quin etiam (quod mireris) eſt, qui tibi famam minuat, igna… …exaggeret, iactantiæ, excuſationibuſq; aditum præcluſiſti. …quid ſcieris præceptori dabitur. Quicquid ignoraueris, tuum …ergo non vnde glorieris, ſed vnde aſpires ad gloriam. Habes …equi velis atq; aſſequi, non quem te eſſe putes, quod di… …eius ſis. Eſt deniq; non quod habeas, ſed quod haberecu… …quod ſperes non ſine ingenti tuo ſtudio ac labore. G. Eſt mihi …aſſiduus, vir clarus. R. Atilli, de quo diximus. Ciceronis …erant ſummi viri, quorum alter libris eminus, alter verbis …in eum incubuerat, & quid profecerint, audiſti: quam …vero è filiis principum præceptores ſimul quam plurimos …comperimus: ſed quid refert eſſe, qui doceant, ſi qui diſcat …Patiente indiſpoſito fruſtra nititur vis agentis. Certe ſi do… …propius ſpectare vel alloqui doctos faceret ſpectatores, & …virtutis aut doctrinæ cupidos videmus, magna circa eos …amen & importuna frequentia.

De indocto Præceptore DIAL. XI.

DOL.

…mihi præceptor indoctus RAT. Etſi doctum facere non poſſit …verumq; ſit commune illud ſignum ſcient s eſt poſſe do… …Sub indocto tamen præceptore doctus aliquis fieri poteſt, vel …ipſum, vel (quod eſt verius) influentia cœleſti atq; inſpiratio… …Ciceronis vtar verbo, aliquo afflatu diuino, ſine quo nec …certe, nec bonum virum fieri poſſe credendum eſt. Hoc …non ſolum vera religio ſentit, ſed gentilis quoq; philoſophi …authoritas. D. Indoctum præceptorem noſens audio. R. …eſtem præceprorem audi libens, qui fecit aures tibi, non has …quas videmus, ſed inuiſibiles, alias intus in anima illud au… …docet hominum ſcientiam, ſicut ſcriptum eſt, quo inſuper …fruſtra præceptor quicunq; mortalis, quamuis doctiſſimus, …D. Præceptorem indoctum ægre fero. R. Vel ab illo fugi… …quære, vel ad teipſum redi. Et memento, Epicurum ſæpe …one licet irriſum, viſum tamen Senecæ magnum virum, non …modo præceptorem habuiſſe, ſed nullum, vt gloriabun… …ipſe commemorat. Auguſtinum vero, quod de ſeipſo te… …cui non omnia credere nefas eſt, & Ariſtotelicas categorias, …difficillima numerantur, & artes liberales, quas ſingulas …ptoribus didiciſſe magnum dicitur, nullo hominum tradē… …dem ait, omnes intellexiſſe. Nouiſſimumq; Bernardum virum …& ſanctitate clariſſimum omnes ſuas literas, quarum in… …ſui temporis abundantiſſimus fuit, & in ſyluis & in a… …didiciſſe, non hominum magiſterio ſed meditando & orando, …vnquam alios, vt de ſe etiam ipſe ait præceptores habuiſ… …quercus & fagos. Hæc ſi facta ſunt, cur non iterum fieri …? Quod niſi ſic eſſet, quid feciſſent primi hominum, quibus …præceptor vllus erat, nec reperti aliqui? mirando ergo, cogitan… …urgendo, & ingenium acuendo, ea ipſa, quæ vos cum omnib. …ptoris veſtris vix intelligitis inuenire. Aude & tu aliquid, teq; …inſerere ne diffidas. Si mortalis defuerit, æternus aderit præ… …, à quo ſunt omnes, & omnia ille fecit ingenia, & ſcientias, & …gistros.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Diogenes.* Olim in ſcholis pingi ſolebant Muſæ, ceu ſtudiorum …ſides: ingreſſus igitur ſcholam Diogenes, cum videret multas …Muſas, diſcipulos admodum paucos, dixit præceptori: Cum Diis …tos habes diſcipulos; ludens ex ambiguo ſermone. Nam Græci …diis dicunt, pro eo quod nos dicimus, fauentib. diis. Interdum …id eſt, cum ſignificat comitem. Cum multis te defendi, id eſt, …mecum te defenderunt: *Laert. li. 6.*

*Idem*, puerum conſpiciens: Cur ſic inſtituis? Indicans, primæ æta… …formatorib. potiſſimum imputandum eſſe, ſi adoleſcentes eua… …male morati, aut ſecus, *Aphthonius & Priſcian.*

*Socrates*, quum Xenophontem obuium interrogaſſet, vbinam …rum variæ venderentur merces, quib. vulgo vtuntur homines? …prompte ad hoc reſpondiſſet. Xenophon interrogauit iterum, v… …nam homines fierent meliores? at quum adoleſcens reſpondiſ… …ſe id neſcire: Me ſequere, ait Socrates, & hoc ex me diſces: Abſur… …um eſt, ſcire, vbi ea, quæ ad victum ſunt venalia, reperias: vbi autē …doctus & probus euadas negligere. *Eraſ. li. 3. apoph.*

*Idem.* Quum Æſchines ambiret eſſe de numero diſcipulorum Socratis, excuſaret verecunde paupertatem ſuam, ac moleſte ferret, quod quum Socrati cæteri amici diuites multa largirentur, ſibi nihil eſſe quod daret, præter ſeipſum: An non intelligis, inquit, quam magnum munus mihi dederis, niſi forte teipſum paruo æſtimas: Itaq; mihi curæ erit, vt te tibi reddam meliorem, quam accepi. Alii Sophiſtæ, cum meras negas docerent, nullum admittebant diſcipulum, niſi magna mercede, Socrates nihilominus libenter recipit inopem, quam opulentos. *Eraſ. li. 3. apoph. ex Seneca.*

*Antiſthenes* rogatus, cur eſſet in diſcipulos tam ſeuerus? Et medici, inquit, ægrotos ſuos ſimili modo obiurgant. Significans, ſe in vitia ſæuire, & non in homines aut diſcipulos, nec vitia ſanari blandiendo. *Laert. l. 6. c. 1.*

*Agaſicles.* Cum Agaſicli Lacedæmoniorum Regi diceret quidam, admirari ſe, quod cum eſſet auidus diſcendi, non adiungeret ſibi Philoſophanem ſophiſtam, regali prorſus indole: reſpondit: Eorum volo eſſe diſcipulus, quorum ſum & filius, ſignificans, non minus intereſſe, quos nactus ſis parentes, quam quos adſciſcas præceptores. Etenim vt liberi ferme referant maiorum, vnde prognati ſunt, ingenium: ita præceptorum vitia demigrant in eos, quos inſtituunt. Et honeſtæ vitæ inſtitutio potiſſimum ab illis petenda eſt, qui virtutem ipſis factis præſtiterunt, non ab iis, qui compoſitis arte verbis de virtute nugantur. At nunc ſummi orbis monarchæ futuri, Deum immortalem, quibus, interdum viris à teneris annis formandi inſtituendiq; creduntur? cum principi non minus tam perniciosum ſit, tum indecorum, ab inhoneſtis inſtitui, quam naſci. Nec quælibet artes diſcendæ ſunt principi, ſed hæ duntaxat, quæ tradunt rationem recte adminiſtrandi regnum. *Eraſm. ex Plut. in Lacon.*

*Anonymus.* Laco quidam pædagogus pueri cura ſuſcepta, cum interrogaretur, quid eſſet illum docturus? Efficiam, inquit, vt honeſtis delectetur, turpib. offendatur. Nihil efficacius ad eam felicitatem, quam amare virtutem propter ſe, odiſſe vitium propter ſe. *Plu. in Lac.*

*Alius* Spartanus quidam interrogatus, quid conferrent vtilitatis pueris adhibiti pædagogi? Efficiunt, inquit, vt quæ ſunt honeſta, eadem pueris fiant etiam iucunda. *Plut. in Lac.*

*Alexander* Ariſtotelem, cui puer formandus fuerat traditus, ſumma veneratione proſequebatur, dicens, ſe illi non minus quam patri debere, quod à patre viuendi, à præceptore bene viuendi initium accepiſſet, *Plut. in eius vita.*

¶ SIMILITVDINES.

*B. Anſelmi*, Dic quæſo, ſi plantam arboris in horto tuo plantares, & mox illam ex omni parte ita concluderes, vt ramos ſuos nullatenus extendere poſſit, quum eam poſt annos excluderes, quales putas ramos extenderet? profecto inutilis arbor, rugoſa, & gibbis plena, ramis ſuis incuruis perplexa. Hoc vtique facitis ô vos puerorum magiſtri! de pueris veſtris, qui plantati ſunt per oblationem Eccleſiæ horto, vt creſcant & fructificent Deo. Vos autem in tantum terroribus, minis & verberib. vndiq; illos coarctatis, vt nulla penitus liceat ſibi libertate potiri. *in ſimilitudinib. cap. 177.*

*Lyſidis Pythagorici*, Quemadmodum tinctores ea veſtimenta, quæ tincturam accipere debent, ſtringendo prius expurgant, vt ineluibilem tincturam imbibant, & quæ expurgari nunquam poſſit. Ad eundem modum diuinus vir Pythagoras præparabat eos, qui amore philoſophiæ tenerentur, ne fallerentur ab iis, quos bonos honeſtoſq; futuros eſſe, ſpem concepiſſet. Non enim adulterinam eruditionem tractabat, neq; laqueos, quib. Sophiſtarum vulgus adoleſcentes implicat, nihil boni aut veri docentes: ſed diuinarum humanarumq; rerum ſcientiam tenebat. Illi vero in prætextum adhibitæ eius doctrina, multa & mirabilia faciunt, irretitis non rite ac temere adoleſcentib. Quæ cauſa eſt, quamobrem difficiles & imprudentes efficiant ſuos auditores. Inculcant enim morib. confuſis & turbidis theoremata & orationes liberas. Quemadmodum ſi quis in profundum, cœno ac luto plenum infundat puram ac limpidam aquā, & cœnum perturbat, & aquam in nihilum redigit: eadem etiam eorum, qui ſic docent & docentur, eſt ratio. Denſi enim ac profundi ceſpites circa mentem & cor eorum, qui non pure initiantur, innati ſunt quib. omnis manſuetudo ac ratio obſcuratur quantūuis in cōſpectu quidem & foris aucta: ac ſubeunt hunc cumulum omnis generis malitiæ excreſcentes, & impedientes, neq; ſinentes proſpicere rationem. *in epiſt. ad Hipparchum.*

*Plutarchi*, Vt ſacrificiis honorem habet ciuitas, quod commune omnium bonum à diis petant: Ita multo magis honorandus principis præceptor bonus, qui talem fingit, vt omnib. ſit vtilis futurus. *in Moral.*

*Vt non ſatis eſt* ſoli bonitas, niſi accedat & cultor idoneus, & ſemina: Ita non ſufficit ingenii felicitas, niſi accedat doctor & inſtitutor egregius & præcepta idonea. *in Moral.*

*Vt quidam* crebris diuerticulis viam breuem reddunt longam: Sic nonnulli docentem crebris quæſtiunculis nihil ad rem pertinentibus interpellantes perpetuam interrumpunt doctrinam. *in Moral.*

Vt

*Vt agricolæ* vallos apponunt arbuſculis, quo recte creſcant : Ita qui inſtituit, addit monita & præcepta ingeniis ſalubria, ne diuaricent in vitia. *In Moral.*

*Vt pulli* inuolucres ſemper hiantes pendent de ore alieno : Sic quidam moleſti ſunt docenti, quod neceſſarium ſit eis omnia manſa in os ſerere, nihilq; tradant ipſi. *in Moral.*

*Dionyſii Sophiſtæ Antiocheni*, Neq; pater vnquam liberos de ſe prognatos habere odio poſſit, eruditionis ac morum præceptor patre videri præſtantior non debeat. Ille enim cum voluptate procreandis liberis operam dat, hic autem conſilio bonos efficit. Perge igitur animum habere bonũ, neq; de meo in te amore dubita : quoniam artis pater eſt melior. Neq; diffidere vnquam deprehendaris, num, quis etiam fuerit, nam & qui natura ſunt patres, commouere liberos aliquando ad iram ſolent: non tamen inter ſe belligerantur etiam. *in epiſt. ad Seuer. fol.* 514.

*Senecæ*, Quemadmodum præceptores ſuos veneratur ac ſuſpicit, quorum beneficio illis in viis exit: Sic & his, ſub quorum tutela poſitus exercet artes bonas. *Lib. 2. epiſt.* 74.

*Politiani*, Vt agricola vehementer exultat, vbi generoſos fœtus ex arbore ipſa legit , quam ſuis quondam manibus conſeuerat, ac diu multa cura produxerat: Ita præceptores, ſi eorum quos literis & moribus bonis informarunt, ingenii fructu intuentur. *Lib. 6. epiſt. ad Franciſc. Puccium.*

*Philippi Beroaldi*, Sicuti parentes filiorum corpora effigiant: Ita præceptor diſcipulorum mentes format. Quæ res tanto pretioſior videri ſolet, quanto homo interior homine eſt exteriore præſtantior. *in epiſt. ad Martin. Bohemum.*

*Eraſmi Roterodami*, Vt maximi medici minores quoque morbos optime ſanant : Ita doctiſſimi præceptores & minima optime docent. *in ſimil.*

*Vti boni* agricolæ eſt noſſe terram ſuam, quam colit: Ita præceptor diligens imprimis ſtudeat cuiuſq; indolem & ingenium cognoſcere: neque enim eadem ſunt omnibus adhibenda. *In ſimilibus.*

*Thrimeri*, Facile ad virtutem erudiuntur, qui cum melioribus conuerſantur: At magno compendio in literas veniunt, qui nuſquã à doctoribus recedunt. *in apoph.* 945.

*Vide, Diſcipulus, Diſciplina, Educatio, Inſtitutio.*

---

# Præceptum.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRæceptum, Græce ἐφυμοσύνη, ης, ἡ, ἐφετμὴ, ῆς, ἡ, dicitur. Eſt autem præceptum iuſſio vel imperium faciendi aliquid vel non faciendi.

Præceptum importat applicationem legis ad ea, quæ ex lege regulantur. *ſecund. B. Thom. prima Secund. q. 90. art. 2.*

Præcipere eſt actus rationis, quia importat motionem cum quadam ordinatione. *ſecund. eundem ſecund. Secund. q. 47. art. 9.*

Præcipere nonnunquam ſignificat ante videre. Vigil. *Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.* Aliquando præcipere eſt præuenire. Virgil. *Exultaq; animis , & ſpe iam præcipit hoſtem.* Hinc præcipuum & præcipue, quaſi ante omnia. Aliquando ſignificat iubere. Idem: *Ipſi numerumq; modumq; carinis Præcipiant.* Interdum ſignificat monere & inſtituere. Vnde artium magiſtri præceptores dicuntur, & placita eorum præcepta.

## ❡ Biblici Loci.

Præcepta Dei filiis inculcanda. *Deut. 6. v* 20. Præcepta non bona, quomodo Iſraelitis data, *Ezech.* 20. ℣. 25. præcepta Decalogi, *Exod.* 20. *v.* 1. *&c. Deu.* 5 ℣. 6. *&c.* in duab. tabulis ſcripta, ℣. 22. præcepta de charitate, *Prouerb.* 3. ℣. 27. *&c.* Præcepta fiant in agnitione Dei & charitate. 1. *Ioan.* 2. ℣. 3.

Præceptio diuerſorum, *Exempla optimi.* Manaſſes. 2. *Paral.* 33. ℣. 16. *iniquiſsimi.* Saul, 1 *Samuel.* 19. ℣. Achab. 1. *Reg.* 21. ℣. 9. 10, Ioas, 2. *Paral.* 24. *v.* 21. Nabuchodonoſor, *Dan.* 3. *v.* 19. Claudius, *Act.* 18. ℣. 2. Princeps ſacerdotum, 23. ℣. 2.

Præcepta cuſtodientibus eſt Deus miſericors, *Deut. 7. v. 9.* ſeruantibus benedictio: non ſeruantibus maledictio, *Exod.* 29. ℣. 6. *Leuit.* 25. *v.* 3. 14. *Deut.* 7. *v.* 11. *&c.*

## ❡ Sententiae Biblicae.

Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, ceremonias legeſq; ſeruauerit. *Gen.* 20.

Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſaturitate , & abſq; pauore habitabitis in terra veſtra. *Leuit.* 26.

Cuſtodite mandata Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio ...

Cuſtodi præcepta eius atq; mandata, quæ ego præcipio ... ne ſit tibi, & filiis tuis poſt te , & permaneas multo tempore ... terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi. *Deu.*

Cuſtodite igitur, & facite , quæ præcepit Dominus Deus ... Non declinabitis neque ad dextram, neque ad ſiniſtram ... viam, quam præcepit Dominus Deus veſter, ambulabitis ... & bene ſit vobis , & protelentur dies veſtri in terra poſſeſſionis veſtræ. *Ibid.* 5.

Audi Iſrael , & obſerua, vt facias, quæ præcepit tibi Dominus ... bene tibi ſit , & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem ... *dem.* 6.

Scies, quia Dominus Deus tuus ipſe eſt rex fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & his, qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes: & reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltra non differat , protinus reſtituens, quod merentur. Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias, & iudicia, quæ ego mando tibi hodie, vt facias. *ibid.*

Ama itaque Dominum Deum tuum, & obſerua præcepta eius & ceremonias , iudicia atque mandata omni tempore ... *dem* 11.

Cuſtodiatis mandatum & opere compleatis mandatum & legem, quam præcepit vobis Moyſes famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & cuſtodiatis mandata illius, adhæreatiſq; ei, ac ſeruiatis in omni corde & omni anima veſtra. *Ioſ.* 22.

Sit quoque cor noſtrum perfectum coram Domino Deo noſtro, vt ambulemus in decretis eius , & cuſtodiamus mandata ... *Reg.* 8.

Cuſtodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei ... poſſideatis terram bonam, & relinquatis eam filiis poſt vos ... ſempiternum. 1. *Paral.* 28.

Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & caue aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Domini noſtri *Tob.* 4.

Fidelia omnia mandata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate. *Pſ.* 110.

Increpaſti ſuperbos, maledicti , qui declinant à mandatis ... *Pſal.* 118.

Deum time, & mandata eius obſerua. *Eccl.* 12.

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei , & in mandatis ... maxime aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & in concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *Eccl.* 6.

Quia rectæ viæ Domini, & iuſti ambulabunt in eis, præuaricatores vero corruent in eis. *Oſe.* 14.

Qui ergo ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. *Matt.*

Quicunq; enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater ſoror & mater eſt. *idem* 12.

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei? *idem* ...

Si vis ad vitam ingredi. ſerua mandata. Dicit illi; Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falſum teſtimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *idem* ...

Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. *Ioan.* 14.

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ præcipio vobis. *idem* ...

Et in hoc ſcimus, quoniam cognouimus eum , ſi mandata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt 1. *Ioan.* 2.

Omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit & qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos Dei, quum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt ... *dem* 5.

## ❡ Sententiæ Patrum.

Cum ergo in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quam quod Deus vult fieri , nihilque aliud vetetur, quam quod Deus prohibet fieri: deniq; quum in canonica ſcriptura nihil aliud, quam quod in diuinis ſcripturis & legibus inueniatur, diuinæ vero leges ... natura conſiſtant: patet, quod quæcunq; diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur, eademq; etiam naturali iuri inueniantur aduerſa. Vnde quæcunq; diuinæ voluntati ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legib. poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oportet. Conſtitutiones ergo vel eccleſiaſticæ vel ſeculares, ſi naturali iuri contrariæ probantur, penitus ſunt excludendæ. *Can. Aug. ad Caſulanum. & hab. diſt. 9. can. Sana.* §. *Cum ergo.*

Quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...contra mores hominum ſunt flagitia, pro morum diuer... vitanda: vt pactum inter ſe gentis, aut ciuitatis conſue... vel lege firmatum, nulla ciuis aut peregrini libidine viole... Turpis eſt enim illis pars vniuerſo ſuo non congruens. Cum ...Deus aliquid contra morem, vel contra pactum quorumli... ...fieri: ſi ibi nunquam factum eſt, tamen faciendum eſt: ...miſſum eſt, reſtaurandum eſt: & ſi ſtatutum non erat, inſti... ...um eſt. Si enim regi licet in ciuitate, cui regnat, iubere ali... ...quod neque ante ipſum quiſquam, nec ipſe vnquam iuſſe... ...non eſt contra ſocitatem ciuitatis eius, obtemperatur ei: ...contra ſocietatem fit, ſi non obtemperetur ei: generale quip... ...tum eſt ſocietatis humanæ, obtemperare regibus ſuis. ...magis Deo regnatori vniuerſæ creaturæ ſuæ, ad ea, quæ ...ſine dubitatione ſeruiendum eſt? Sicut enim in poteſtati... ...cietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendum ...tur, ita Deus omnibus. *idem, l.2. Confeſſ. & hab. diſt. 8. can.* ...rra.

...quis præceptis non obtemperat, reus eſt, & debitor pœnæ, ...poſt: Præcepto Domini non obedire, peccatum eſt: & ...li vti nolueris, minus boni adipiſceris: non mali aliquid ...rabis. *Idem in ſermon. de monte. & habet. 24. quæſt. can.* ...

...d breuiter te admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas, ...m, quæ fidei non officiant, ita obſeruandas, vt à maioribus ...t ſunt: nec aliquorum conſuetudinem aliorum contrario ...ſuerti. *Hieronym. ad Lucian. & habet. diſtinct. 12. can.*

...quis prohibet vobis; quod à Domino præceptum eſt, vel ...mperat fieri, quod Dominus prohibet; execrabilis ſit om... ...qui timent Deum. *Iſidor. & habet. 11. q. 3. Si is qui. §. Si quis* ...

...quis præpoſtera feſtinatione temerarius remiſſionem pecca... ...cunctis putat ſe dare poſſe, & audet Domini præcepta reſcin... ...non tantum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe enim ...Dei eſt, non ſeruaſſe ſententiam: non miſericordiam piiſſimi ...deprecari, ſed contempto Domino de ſua facilitate præſu... *...Cyprian. de lapſis. & hab. diſt. 50. can. Si quis.*

¶ Sententiae Poeticae.

Virg. Æneid. lib. 2.

*Neu præceptis parare recuſa.*

Horat. in arte poet.

*Quicquid præcipies, eſto breuis, vt cito dicta*
*Percipiantque animi dociles, teneantque fideles.*

¶ Fabula.

Auiculæ præcepta.

...am auiculam aiunt pollicitam aucupi, ſi ſe emiſiſſet, datu... ...præceptatria, quibus ſi vti vellet, beatam vitam viuere poſ... ...am auceps hac ſpe & conditione illam auolare paſſus fuiſ... ...bore hæc accinuiſſe auicula traditur; Crede parum: Tua ...quæ periere, relinque. Poſtea, Gratias ago tibi; magne ...Iupiter, qui me de iſtius manu liberaris. Nam in viſceri... ...iaceret Smaragdus vncialis, quem ſi ille abditum intra me ...nunquam viuam emitteret. Hoc audito, mirificus dolor ...inuaſit, & pœnitere eum credulitatis ſuæ, qui tam facile ...dimiſiſſet. Ibi illa: Niſi ſequaris præcepta mea, inquit, ...nulla profuerint. Nam cur tu nunc obſecro mihi credis, ...vncialem gemmam mihi ineſſe dixi, cum vix ſemunciæ pon... ...beam. Quod ſi verum ſit: cur non ſeruabas tuum? Sed ...& hoc neglexeris, reſtat ſcilicet, ne amiſſa, quæ recuperari ..., fruſtra requiras, aut deſiderio illorum conſumaris, at... ...dictis relicto aucupe auolauit.

...cat fabula vtiles maximè ſenſus ad vitam cum quiete de... ...: Et hoc etiam oſtendit, præcepta bona multos audire, ...ſequi.

*Vide Lex.*

# Præda.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Præda, Græce λεία, ας, ἡ, vel λεηλασία, ἡ, & ληστεύομαι, prædor dici... ...r. Præda dicuntur corpora ipſa rerum, quæ capta ſunt. Ma... ...biæ vero appellatæ ſunt pecuniæ, à quæſtore ex venditione ...redactæ. *ſecund. Aul. Gell. lib. 13 Noct. Att. c. 23.* Dicitur au... ...præda, *vt Varroni placet.* à pario, quaſi parida, quod ſit manu ...: vel dicamus à præ, quod eſt ante, & do, quod auferatur per ..., antequam detur à poſſidente.

¶ Loci Biblici.

Præda ex æquo diuidenda, *Deut.* 20.14. *Num.* 31. *v.* 26. 27. *Ioſue,* 22 ... *Sam.* 30. 24. *Exempla,* Moyſes, *Num.* 31. 27. Ioſua, *Ioſ.* 8. *v.* 2. 27. ...14.22.8. Iſraelitæ, 1. *Sam.* 14. v. 31. 32. Dauid, 30. *v.* 22. 24. 25. Ioſa... ..., 2. *Paral.* 20. 25. Viri Iſrael, 28. 14 Iudæi, 2. *Macch.* 8. 30. qui præ... ..., etiam ipſe prædabitur. *Eſa.* 33. 1.

Qui ad prædam, non plane euerſa hoſtium fortuna, ſe confert, non miles bonus eſt, ſed calo, quem vti mancipium cuiuis tractare licet. *Xenoph. de inſtit. Cyri, l. 5.*

Ab hoſtibus parta abundantia non ſolum commeatum, ſed immortalem gloriam apud omnes mortales parere ſolet. *idem, de rebus geſtis Græc. l. 5.*

Quum veteres milites Romani è caſtris ad militiam egrediuntur, iurant omnes nihil ſe ex præda defraudaturos, ſed fidem ſecundum datum ſacramentum ſeruaturos. Dum ſic diuiſi pars ad prædandum cõuertitur, pars cuſtodiæ gratia in acie remanet nunquam Romanis aliquid diſcriminis in vniuerſum auaritiæ vitio aboritur. Etenim nemo inter eos ſpe lucri fraudatur, ſed dum alii prædantur, alii conſtanter in acie permanentes iſtos cuſtodiunt: nec vllus reperitur qui aciem deſerat, id quod alii potiſſimum incommodare conſueuit. Quandoquidem enim plurimi mortalium damnum accipiunt, & periclitantur lucri gratia, manifeſtum eſt quod vbi illius occurrit occaſio, ægre abſtineant, & ſeſe cohibeant, qui in acie vel caſtris relinquuntur, propterea quod plerunque præda omnis in poteſtate eius eſt qui dominatur, ſi is omnino ſit monarcha: ſi vero dux, licet accurate in commune cuncta lucri gratia comportentur, nihilominus tamen cuncti pro ſuo deputant quicquid abſcondi ac defraudari poteſt. Et quoniam plurimi prædæ inhiant, atque ita plenam victoriam obtinere nequeunt, fit, vt de ſumma rerum periclitentur. Multis hoc accidit, vt licet facti ſint voti compotes, & vel in caſtra hoſtium irruerint, vel ciuitates cœperint, attamen non ſolum eiecti ſint, ſed & totius cauſæ periculum ac detrimentum incurrerint: ob nullam videlicet aliam quam dictam iam cauſam. Quapropter nihil tantopere curandum ac prouide diſponendum eſt ducibus, atq; hoc ipſum de quo loquimur, videlicet, vt quantum fieri poteſt, ſpes ita apud pleroſq; maneat, quod ſi eiuſmodi incidat occaſio, cunctis certa ſit æqualis lucri partitio. *Polyb. hiſt. l. 10.*

Prædæ cupiditas multos longius enecat. *Cæſ. l. 6. de bello Gal.*

Omnis cædes, & vulnera, & ſanguis auiditate prædæ penſatur. *Tacit. Annal. lib. 3.*

¶ Sententiae Historicae.

*Themiſtocles,* quum aliquando ad mare viſendi cadauera gratia acceſſiſſet, ac torques armillaſq; paſſim diſiectas videret, ipſe quidem præteriit, ſed amico, qui ſequebatur, dixit: Collige tu tibi, nam tu Themiſtocles non es. Ne tam obuia quidem præda commoueri potuit, vt quicquam ageret indignum egregio duce cui gloria decet eſſe ſatis magnum virtutis præmium. *Plut. in vita Themiſtoclis.*

*Alexander,* cum in Arbelis de rerum ſumma periclitatus eſſet, conflicturus cum mille hominum millibus ad pugnandum inſtructis, adierunt illum milites aliquot ipſi bene volentes, deferebantque cæteros, quod in caſtris inter ſe miſcerent ſermones, conſpirarentq; ne quid prædæ in regium tentorium deportarent, ſed ipſi totum in ſuum verterent lucrum. His auditis, ſubriſit Alexander: Fauſta, inquit, nuntiatis: Siquidem audio ſermones virorum ad vincendum, non ad fugiendum animatorum. Nec illum fefellit diuinatio: namque milites regem adiere, dicentes: Bono animo eſto rex, neque metuas hoſtium multitudinem, qui ne puluerem quidem noſtrum ferre poterunt. *Plut.*

*Annibal* profugus apud Antiochum regem agebat. Is oſtendit illi ſuum exercitum barbarico apparatu magnifice inſtructum, ſed ad prædam magis, quam ad bellum: Hæc omnia quum diligenter eſſet contemplatus Annibal, rogauit Antiochus, num hæc omnia ſatis eſſent futura Romanis? Tum Annibal: Plane ſatis arbitror, etiamſi auariſſimi ſint Romani. Luſit Pœnus ab inexpectato. Rex de prælio ſciſcitabatur, iſte reſpondit de præda. Quid enim aliud eſt miles imbellis, auro, argento, cæteriſque rebus ad prædam inuitantibus inſtructus, *Plut.*

# Prædeſtinatio.

¶ DEFINITIO.

Prædeſtinatio, Græce προορισμὸς, προόρισις, εος, ἡ, προορίζω prædeſtino dicitur. Eſt autem prædeſtinatio, diuinæ voluntatis, per gratiam electio. *ſecund. Auguſt. lib. de libero arbitrio.*

Prædeſtinatio eſt quædam præordinatio Dei ab æterno, de his, quæ per gratiam Dei fienda ſunt in tempore. *ſecund. eund. 3. par. quæſt. 24. art. 1.*

Prædeſtinatio eſt ratio tranſmiſſionis creaturæ rationalis ad vitam æternam in mente Dei. *ſecund. B. Tho. 1. par. q. 22. art.*

Prædeſtinatio eſt cognitio futuræ beatitudinis hominum. Præſcientia vero è contrario eſt cognitio futuræ damnationis.

¶ Loci Biblici.

Prædeſtinatio æternæ vocationis & fidei cauſa eſt. *Rom.* 8. v. 30. *Epheſ.* 1. v. 4. 5. 11. 2. *Tim.* 1. 9. 1. *Pet.* 1. 2. ob Prædeſtinationem non diſputandum cum Deo. *Rom.* 9. 20.

## ¶ Sententiae Biblicae.

*Prædeſtinatio diuina imperſcutabilis.*

Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcipit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum, *Eccl.*3.

Nonne frater, erat Eſau Iacob? dicit Dominus, & dilexi Iacob: Eſau autem odio habui. *Malach.*1.

Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. *Matth.*20.

O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. *Rom.*11.

*Irreprehenſibilis.*

Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filii ſui. *Rom.*8.

Quos autem prædiſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit, &c. Quos autem iuſtificauit, &c. *ibid.*

Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Moyſi enim dicit: Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei 9.

Dicis itaque mihi: Quid adhuc quæritur? voluntati eius quis reſiſtit? O homo, tu qui es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit: Quid me feciſti ſic? Annon habet poteſtatem figulus luti ex eadẽ maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. *ibid.*

Qui prædeſtinauit nos in apoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ. *Epheſ.*1.

In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit, &c. 2, *Tim.*1.

Audientes autem gentes gauiſæ ſunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. *Act.*13.

## ¶ Patrum Sententiae.

Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fuctuoſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum, quod perdiderat: rurſus accepit? Pharao autem ipſis in flagellis durior eſt effectus, & periit? Hic mihi rationem reddat, qui diuinum conſilium nimium alte ſapientique corde diiudicat, cur medicamentum vnius medici manu confectum, alii ad interitum, alii valuerit ad ſalutem, niſi quia Chriſti bonus odor aliis eſt, odor vitæ in vitam, aliis eſt odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad cauſam, ambo captiuum Dei populum poſſidebant: quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos, niſi quod vnus Dei manum ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei miſericordiſſimam veritatem pugnauit arbitrio? *Auguſtin. & hab.* 23 *q.* 4. *can. Nabuchodonoſor.*

Vaſis iræ nunquam Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum. Quia nec Deus peccanti homini iuſte inferret iram, ſi homo ex prædeſtinatione Dei cecidiſſet in culpam. *ibid.* § *Vaſis.*

Prædeſtinationem Dei, ſiue ad bonum, ſiue ad malum in omnibus operari ineptiſſime dicit: vt ad vtrumque homines quædam neceſſitas videatur impellere, cum in bonis voluntas ſit intelligenda, non ſine gratia, in malis autem voluntas ſit intelligenda ſine gratia. Cum vero aliquos à Deo aut traditos deſideriis ſuis, aut obduratos legimus, aut relictos magis peccatis ſuis, hoc ipſos meruiſſe profitemur, quia talia eorum crimina præceſſerunt, vt ipſi ſibi pœnam debuerint, qua eis etiam ſupplicium verteretur in reatum: atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deſerit, meritos deſeri, & miſericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari. Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquam ſubtraxit, qui eum non prædeſtinauit, ſed ideo eum non prædeſtinauit, quia receſſurum ab obedientia eſſe præuidit. Prædeſtinatio quoque Dei ſemper in bono eſt: quæ peccatis ſola voluntate hominis comiſſum, aut remittendum nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In malis autem operibus noſtris ſola præſcientia Dei intelligenda eſt: quia ſicut præſciuit & prædeſtinauit quæ ipſe fecit, & vt faceremus dedit? ita præſciuit tantum: non etiam prædeſtinauit, quæ nec ipſe fecit, nec vt faceremus exigit. Si autem, de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum: voluntate exierunt, voluntate ceciderunt: & quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati: Eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri, & in ſanctitate ac veritati manſuri. Ac per hoc prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi: nemini eſt cauſa labendi. *ibidem,* §. *Prædeſtinationem.*

Duæ ſunt neceſſitates, ſimplex vna: veluti neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales: altera conditionis: vt ſi aliquem ambulare quis ſcit, eum ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſque nouit, id eſſe aliter, quam notum eſt, nequit. Sed hæc minime illam ſimplicem trahit. Hanc enim neceſſitatem non propria natura, ſed conditionis adiectio. Nulla enim neceſſitas cogit incedere voluntate gradientem, quamuis eum tunc, cum graditur, incepere neceſſarium ſit. Eodem igitur modo ſi quid prouidentia præſens videt, id neceſſe eſt eſſe: tametſi nullam naturæ habeat neceſſitatem. At quidem ea futura, quæ ex libertate arbitrii proueniunt, præſcientia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum, neceſſaria fiunt per diſputationem diuinæ notionis. Per ſe vero conſiderata, abſolutam naturæ libertatem non deſerunt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus eſſe præſcit, ſed eorum quædam de libero proficiſcuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant, exiſtendo tamen naturam propriam non amittunt, quæ priuſquam fierent, etiam non euenire potuiſſent. *idem ibid.* § *duæ ſunt.*

De Tyriis vero & Sidoniis quid aliud poſſumus dicere, quam non eſſe eis datum deſuper, vt crederent? quos credituros ipſa Veritas docet, ſi talia, qualia apud non credentes facta ſunt, virtutum ſigna vidiſſent. Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, ſi poſſunt, qui calumniantur: & oſtendant, cur apud eos ſit mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit, & apud eos, quibus erant profutura non erant, fecerit. Nos etenim, ſi rationem profunditatem iudicii eius penetrare non poſſumus: manifeſtum tamen ſcimus, & verum eſſe, quod dixit, & iuſtum eſſe quod fecit, & non ſolum Tyrios & Sidonios; ſed etiam Corazim & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc voluiſſet in eis Dominus operari: neque enim vlli falſum videri poteſt, quod Veritas ait: Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. *ibid.* §. *De Tyriis.*

Sicut tu quædam, quæ feciſti, meminiſti: nec tamen quæ meminiſti, omnia feciſti: ita Deus omnia, quorum ipſe auctor eſt, præſcit: nec tamen omnium, quæ præſcit, ipſe actor eſt, quorum autem non eſt malus actor, iuſtus eſt vltor. *idem libr.* 3. *de libero arbitrio.*

Duæ ſunt hominum ſocietates, quarum vna prædeſtinata eſt in æternum regnare cum Deo; altera vero æternum ſupplicium ſubire cum diabolo. *idem Lib.* 15. *de Ciuit. Dei, c.* 1.

Quomodo iſtis dixit, Non eſtis ex ouibus meis, quia videbat eos ad ſempiternum interitum prędeſtinatos, non ad vitam æternam ſui ſanguinis pretio comparatos. *idem tract.* 48. *in Ioan.*

Nemo venit niſi tractus. Quare illum trahat noli velle iudicare, ſi non vis errare. Semel accipe & intellige. Nondum traheris? ora, vt traharis. Ramum viridem oſtendis oui, & trahis illam. Nuces puero demonſtrantur, & trahitur, & quo currit, trahitur, amando trahitur, ſine læſione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. *idem ſuper Ioan homil.* 37.

Non quia futuros nos tales eſſe præſciuit, ideo elegit, ſed vt eſſemus tales per ipſam electionem ſuæ gratiæ, qua gratificauit nos in dilecto Filio ſuo. *idem lib. de prædeſt. ſanct.*

Elegitur igitur, quos voluit, gratuita miſericordia. *idem lib.* [illegible] *tractationum.*

Prædeſtinatio, eſt diuinæ voluntatis per gratiam electio. *Aug. lib. de prædeſt ſanct.*

Sicut tu memoria tua, non cogis facta eſſe, quæ præterierunt: ſic Deus præſcientia ſua non cogit facienda, quæ ſunt futura. *idem de lib. arbitr.*

Prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi. *ibid.*

Præſcientia eſt vnamquamque rem ante, quam veniat, videre: & id, quod futurum eſt, priuſquam præſens ſit, præuidere. *Gregor. in dial.*

Obtineri nequaquam poſſunt, quæ prædeſtinata non fuerint: ſed ea, quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineant, nam ipſa quoq; perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab Omnipotenti Deo diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore perueniant, quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis Omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare. *dial. lib.* 1.

Præfixi dies ſingulis ab æterna Dei præſentia, nec augeri poſſunt, nec minui, niſi contingat, vt ita præſciantur, vt aut optimis operibus longiores fiant, aut peſſimis breuiores. *in Mor.*

Prouidentia Dei ita omnia diſpoſuit, quod nihil otioſum permanſit. Malitiam non fecit, cum tamen ab aliis inueniam prohibere poſſit, non prohibet. Si enim malitia non eſſet, virtus contrarium non haberet, nec clareſceret, nec examinata fuit, non probata vero, nec examinata virtus eſſet. *Origen. ſuper Numer.* 22.

Fidenter fatemur, prædeſtinationem electorum ad vitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem. *Concil. Valentinum anno.* 885. *Can.* 3.

Hæc eſt in ſanctis cauſa prædeſtinationis diuinæ, præparatio ſcilicet iuſtificationis & adoptionis indebitæ, quam quia non antecedit batur voluntas hominis mala, non eſt eius cauſa, niſi ſola Dei voluntas bona. *Fulgentius, lib.* 1. *ad Monimum. pag.* 45. *edit. Baſil. in oct. forma.* 1587.

Sim-

¶ Similitudines.

Deus non eas res inſtrumenta facit calamitatum, ſed iis ad tale miniſterium coaptantibus libens vtitur: Iam quia id vilem præbes, id ipſum eſt, quod te omnino à Deo ab- Ita quoque in vaſis, aliud inhoneſtum, aliud honeſtum Cenſura enim fit pro ſuo cuiuſque miniſterio. Menſa ſacra res, per quam Deus & hoſpitii amicitiæ præſes hono- Quin & Abrahamum ipſa hoſpitalitas Dei conuiuatorem Flagellum contra, res abominabilis, iræ enim inſeruit: & ſæ- eo viſus eſt, in pœnitentiam vertitur. Deus certe eorum, qui neque id paruum, dignum haberi à Deo, quem ipſe miſere, illiuſque delicta adhibitis pœnis expurgare. Contra trices res Deus maxime auerſatur. Quicquid enim pernici- deſtructorium, opifici inimicum & infeſtum habetur. Non affectu eſt vltor, ſiue dæmon, ſiue homo, vt Deo miniſte- velit ad operam vllam exhibere: ſed vitio ingenii indulgens, calamitates perſequitur. Non igitur te, quum ciuitas in cladem ſit conicienda, tuque id effeceris, è iudicio elabi Nam hanc excuſationem pro ſe etiam Iudas excuſaue- Neceſſum enim erat, Chriſtum pro omnium peccatis patibu- verum neceſſe quidem erat, attamen væ illi, per quem hoc ratur, vt ait Scriptura. Igitur quatenus videre licet, laqueus traditionem excepit. Quod autem non datur videre, nemo cogitatione complexus fuerit. Non enim capere poteſt intellectus, quænam tormenta excipiant Chriſti prodi- Iam igitur eo, quod oportebat fieri, operam dediſſe, vt non elegantis eſt excuſationis. *in epiſt. contra Andronicum,*

*Auguſtini.* Vua pendet in vitibus, & oliua in arboribus: his e- quibus ſolent torcularia præparari. Et quamdiu pendent in ſuis, tanquam libero aere perfruuntur, & nec vua vinum oliua oleum antepreſſuram. Sic ſunt homines, quos præ- Deus ante ſecula, conformes fieri imaginis filii ſui, quæ in paſſione, magnus hortus expreſſus eſt. Eiuſmodi ergo antequam accedant ad ſeruitutem Dei fruentur in hoc tanquam delicioſa libertate, velut vuæ aut oliuæ penden- quoniam dictum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in & præpara animam tuam ad tentationem: accedens quiſ- ſeruitutem Dei, ad torcularia ſe veniſſe cognoſcat, contri- contereтur, comprimetur, non vt in hoc ſeculo pare- in apothecas Dei defluat. Exuitur carnalium deſiderio- tegumentis quaſi vinariis: hoc enim illi contigit in deſide- carnalibus. In iſtis torcularibus poſiti ſumus filii Choræ, id eſt, (hoc enim ſequitur in titulo Pſalm.) id eſt, Domini noſtri Chriſti. *in Pſalm.* 83.

*quiſpiam* habens duos debitores, & alteri vellet dimittere de- alterum exigere: cui vult, donat, ſed neminem fraudat: nec perſonarum eſt, quando iniquitas nulla eſt. Alioquin eis, intelligant, poteſt acceptio perſonarum videri, vbi vi- operariis, qui vna hora illic opus fecerunt, tantum quantum illis, qui pertulerunt pondus diei & æſtus æquales mercede, quorum tanta diſtantia fuerat in labore. An ei, quod vult facere? Sicut ergo hic nulla eſt acceptio per- vbi, quia ſic alius honoratur gratis, vt alius debito non Sic etiam cum ſecundum propoſitum Dei vocatur a- non vocatur: vocato datur gratuitum bonum, cuius bo- vocato ipſa principium: non vocato redditur malum, quia ſunt ex eo, quod per vnum hominem peccatum intra- mundum. Cui vult miſeretur: quem vult indurat: qui fe- va in honorem, aliud in contumeliam. *Lib. 2. contra du- Pelagian.*

*Sicut integre* loquimur, cum de aliquo, qui in ciuitate ſolus eſt, Omnes iſte hic literas docet: non quia omnes diſcunt, nemo niſi ab illo diſcit, quicunque ibi literas diſcit: Ita dicimus. Omnes Deus docet ad Chriſtum venire: non quia veniunt, ſed quia nemo aliter venit. Cur omnes non do- Apoſtolus aperuit, quantum aperiendum iudicauit, quia vo- oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, tulit in mul- patientia vaſa iræ ſuæ, quæ perfecta ſunt, in perditionem & vt faciat diuitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præpa- gloriam. *Lib. de prædeſtinatione ſanct. c.* 8.

---

# Prædicatio.

¶ Definitio et Etymolog.

Prædicatio Græce κήρυγμα, ατος τὸ, & κῆρυξ, κος, ὁ, prædicator di- citur. Hebr. *Mikra*, a verbo *Kara*, vocant. Sublata voce, cla- mauit, legit & vocali pronuntiatione declarauit. Dicitur etiam Sermo, eloquium, à verbo *Amor*, dixit, edixit. Hinc ἑρμη- νεύω, interpretor, ἑρμηνεία, interpretatio, dictionum expoſitio. Eſt autem prædicatio, vt hic ſumitur, Euangelii in Eccleſia recitatio, quod fit linguis loquendo, pertinet ad Diaconum: ad ſacerdotes autem pertinet exponere, & exhortari, quod eſt prophetare *Ex B. Thom. 5. par. q. 97. art. 1. & 4. ſent. diſt. 5. q. 2, art. 1.*

Prædicare eſt principaliſſimus actus, & proprius Epiſcopi, & di- gnior, quam baptizare, *ſecund. eund. 3. par. q. 67. art.* 1.

Prædicare non licet niſi prælato, vel ex eius authoritate. *ſecund. eund. 4. ſent. diſt. 19. q. 2. art. 2.*

Prædicatio debet fieri propter gloriam Dei, & ſalutem hominum non autem propter lucrum vel laudem propriam. *ſecund. B. Thom. ſuper epiſt. ad Roma. 10. lect. 2. col. 4. fin.*

Prædicator habet octo nomina: ſcilicet Miles, Vinitor, Paſtor, Bos, Arator, Triturator, Seminator, & Architectus templi. *Ex B. Thom. 1. ad Co. 9. col. 3. 7.* Reliqua vide plurima in libris propheticis & apoſtolicis.

Prædicamus vt res ſunt, laudamus cum ex tollimus. *ſecund. Donatum ſuper Terent. in Eunuch.*

¶ Loci Biblici.

Prædicatio, prius miniſterii Apoſtolici penſum, *Matth.* 28. *v.* 19. 20. *Marc.* 16. 15. prædicationis Apoſtolicæ ſumma, *Matth.* 10. 7. *Marc.* 6. 12. finis eius, 1. *Ioan.* 1. 5. prædicatio Pauli qualis, 1. *Corinth.* 2. 4. 1. *Theſſ.* 2. 3.

Prædicat Chriſtus in naui, *Matth.* 13. 2. *Marc.* 4. 1. qui prædicat, prædicet Dei ſermones, 1. *Petr.* 4. 11. prædicauit Chriſtus ſemper pa- lam, *Ioan.* 18. 20. prædicare non poſſunt, niſi ſint miſſi, *Rom.* 10. 15. prædicantibus Apoſtolis Deus dat incrementum. *Actor.* 2. 47. 1. *Corinth.* 3. 6.

¶ Sententiae Biblicae.

Et ait Dominus, prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuo- rum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem ea, quæ loquetur in nomi- ne meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam. *Deut.* 18.

Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas: & cum ſapientia proferes reſponſum verum. *Ecc.* 5.

Audies verbum ex ore meo, & annuntiabis ex me. *Ezech.* 3.

Quam pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem. *Eſa.* 52.

Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ, docentes omnes gentes, & baptizantes eos. *Matth. vlt.*

Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Luc.* 4.

Argue, obſecra: increpa in omni patientia & doctrina, 2. *Timoth.* 4.

¶ Patrum Sententiae.

Quia angelus nuntius interpretatur: Quicunque Epiſcopus vel presbyter, vel etiam laicus de Deo loquitur, & quomodo ad vitam æternam perueniatur, annuntiat, merito angelus dicitur. *Auguſt. ſuper Apocal. hom.* 2.

Prædicator laboret, vti intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur, & hoc ſe poſſe magis pietate orationum, quam oratoris facultate non dubitet: vt orando pro ſe ac pro illis, quos eſt allo- cuturus, ſit prius orator, quam doctor. Et in ipſa hora accedens, priuſquam exeat, proferat linguam ad Deum, leuet animam ſiti- entem, eructet, quod biberit, vel quod impleuerit, fundat. *Idem de doctrina Chriſti lib.* 4.

Si quis vult pontifex eſſe, non tam vocabulo quam merito, imi- tetur Moyſen, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de iis? Quod non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſi- nenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? Vt aut à Deo aliquid diſcederet, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt pontificis opera, vt aut à Deo diſcat legendo Scripturas diuinas, & ſæpius meditando: aut populum doceat, ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus ſanctus docet. *Hierony. in Leuit. & habetur. diſt. 36. can. Si quis vult.*

Si quis doctus & eruditus in Lege Domini poteſt alios erudire, non debet ſuæ aſſignare prudentiæ, ingenioque, quod poſſidet, ſed gratias agat primum Domino, qui cuncta largitur: deinde ſacer- dotibus eius ac miniſtris, à quibus doctus eſt. Si enim non egerit gratias, ſed ſcientiam vendicauerit ſibi, in penuria maledicetur. Quod ſi intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos Deo eruditus eſt, humiliauerit ſe, & in horreum Dei intulerit cibos: hoc eſt, ſcripturæ alimenta in Eccleſiis populis miniſtrauerit, ſtatim aperientur ſuper eum cataractæ cœli, & effundetur pluuia ſpiritua- lis & mandabit nubibus ſuis, vt pluant ſuper eum imbrem: & ab- undantia rerum omnium perfruetur. *Idem ſuper Malachiam, & habet. 16. q 1. can. Reuertimini. §. Si quis.*

Omnis doctor, qui auſteritatem ſcripturarum, per quam poteſt audientes corripere, vertit ad gratiam, & ita loquitur, vt non cor- rigat, ſed delectet audientes, vinum ſanctarum ſcripturarum vio- lat, atque ſuo corripit ſenſu. *idem ſuper illud, Vinum tuum miſtum eſt aqua.*

Notandum eſt, quod dicuntur verba ſapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lachrymam, ſed errantibus tar- dis pœnitentiæ dolores & vulnus infligere. Si cuius igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte ſermo non

eſt ſapiens. *idem ſuper illud Eccleſiaſtici, Verba ſapientum quaſi ſtimuli.*

Non offendaris in Scripturis ſanctis, ſimplicitate & quaſi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolatæ ſunt, vt ruſticam concionem facilius inſtruerent, & in vna eademque ſententia, aliter doctus, aliter eniteret indoctus. Non ſum tam petulans & hebes, vt hæc me noſſe polliceat, & eorum fructus capere in terra, quorum radices in cœlo fixæ ſunt: ſed velle fateor, ſed eniti me profiteor magiſtrum renuens, comitem ſpondeo, petenti datur, pulſanti aperitur, quærent inuenit. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeueret in cœlo. Obuiis te manibus excipiam, & vt inepte aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effundam, quicquid quæſieris, tecum ſcire conabor. *Idem ad Paulinum presbyterum. Eſt & in prologo Bibliorum capite 7.*

Docente in Eccleſia non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitet, lachrymæ auditorum laudes tuæ ſint. *idem in Epiſt. ad Nepot.*

Ille eſt doctor eccleſiaſticus, qui lachrymas, non riſum, mouet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit eſſe felicem. *idem ſuper Eſaiam.*

Qui enim Chriſtum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præſtare ſe debet alienum. *Ambroſ. in ſerm. de ieiunio & habetur diſt.35.can.Sexto die § Qui enim.*

Aperi os tuum, ſed prius, vt aperiatur implora. Vita enim verbum erigit & acquirit. Sermo enim ſine vita, non eſt Dei ſermo. *idem ſuper Luc.*

Libere enim, & iuxta fidem veram, ſine adulatione Chriſtum prædicantes, & geſta prauæ vitæ arguentes, gratiam non habebant apud homines. *Idem ſuper illud.1.Corinth Vſque in hanc horam & eſurimus, &c.*

Quales debeat eſſe, qui euangelizat regnum Dei, præceptis euangelicis deſignatur, vt ſine virga, ſine pera, ſine calceamento, ſine pecunia, hoc eſt, ſubſidii ſecularis adminicula non requirens, fideque victus putet ſibi, quo minus iſta requirat, magis poſſe ſuppetere. *Idem ſuper illud Lucæ.9.Quicunque non receperit vos, &c.*

Alienum eſt prædicatorem regni Dei curſitare per domos. *idem ſuper Luc.*

Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur. *Greg. ſuper Euang. lib.1. homil.6.*

In hoc videtur indita ſapientia magiſtrorum. Debet enim ſubtiliter is, qui docet, proſpicere, ne plus ſtudeat prædicare, quam capiatur ab auditore. Debet enim ad infirmitatem audientium, ſemetipſum contrahendo deſcendere, ne dum paruis ſublimia, & iccirco non profutura loquitur, ſe magis curet oſtendere, quam auditoribus prodeſſe. *Idem Moral 20. ſuper illud Iob.29. Super illos ſtillabat eloquium ſuum.*

Tunc enim eſt ſermo viuus & efficax, cum eſt prædicantis pura ſanctitas, & virtuoſa perfectibilitas. *Idem Moral.30. in fin.*

Oportet, vt prædicatores ſint fortes in præceptis, compatientes infirmis, terribiles in minis, in exhortationibus blandi, in oſtendendo magiſterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes, in tolerandis aduerſitatibus rigidi. *idem Moral.30. ſuper illud Iob.39. Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris.*

Cenſemus eos, qui Apoſtolorum figuram tenent, prædicare, baptizare, communionem dare, pœnitentes ſuſcipere, peccata ſoluere. *idem in Regiſtr. lib. vlt. in fine.*

Collocutionis vox corda torpentia excitat plus quam lectionis, & quaſi quadam manu ſolicitudinis, vt diligent pulſat. *idem ſuper Euang. lib.1. hom.2.*

Quid eſt hoc, quod Prophetæ iacenti dicitur: Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecum? Qui enim iacenti loquebatur, cur non ſe niſi ſtanti promittit eſſe locuturum? Sed ſciendum eſt, quia alia ſunt, quæ iacentes, alia, quæ ſtantes, audire debemus. Iacenti enim dicitur, vt ſurgat, ſtanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus præberi non debet authoritas prædicationis: ſed cum iam in bono opere ſurgimus, cum iam recti ſtare cœperimus, dignum eſt, vt ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans ergo Propheta, viſionem ſpiritualem vidit, & cecidit: iacens vero admonitionis verba ſuſcepit, vt ſurgeret: ſurgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret. Nam qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus, cum iam de æternitatis timore aliquid ſentire cœperimus, dignum eſt, vt ad pœnitentiam accedamus: & dum infirmitates noſtras ſubtiliter agnoſcentes, humiliter iacemus, per diuini verbi conſolationem, ad fortiora opera reſurgamus. *idem ſuper Ezech. & habet. diſtinct. 59. canon. Quid eſt.*

Vita prædicantium & ſonat & ardet. Ardet deſiderio ſonat verbo. Æs ergo candens, eſt prædicatio accenſa: ſed de candenti ære ſcintillæ prodeunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Recte ergo prædicatorum verba ſcintillæ appellata ſunt, quia eos, quos in corde tetigerint, incendunt. *Idem ſuper Ezech. homil.3.*

Ille ſermo ab audiente libenter accipitur, qui à prædicante cum compaſſione animi profertur. Ille loqui veraciter nouit, qui [...] benefacere didicit. *Idem hom.11.*

Prædicationis vita ſemper debet in alto fixa permanere [...] narium diſcernat fætores vitiorum, odoreſque virtutum. *Idem ſuper illud Cant.9 Naſus tuus ſicut turris libani.*

Nequaquam debent homines in ætate infirma prædicare [...] iuxta rationis vſum ſermo doctrinæ non ſuppedit, niſi [...] cta ætate. Redemtor noſter, cum cœli ſit conditor, & angelorum doctor, ante tricennale tempus, in terra magiſter noluit fieri hominum, vt videlicet præcipitatis vim ſaluberrimi timoris [...] deret, cum ipſe etiam, qui labi non poſſet, perfectæ vitæ [...] non niſi perfecta ætate prædicaret. *Idem ſup. Ezech. hom. [...] Paſtorali.*

Ille vbere prædicatione fructus colligit, qui ſeminat bo[...] rationis promittit. Nam loquendi authoritas perditur, qua[ndo] opere non adiuuatur, *Idem, l.1 Moral.*

Non debet prædicator infirmis inſinuare cuncta, quæ [...] nec debet prædicare rudibus, quanta cognoſcit. *Idem lib. [...] ralium.*

Lex ipſis prædicatoribus impoſita eſt, vt ipſi viuendo [...] nent quæ loquendo ſuadere feſtinant, nam loquendi autho[ritas] perditur, quando vox opere non adiuuatur. *Idem Moralium [li]bro 19. ſuper illud Iob.28. Quando ponebat pluuiis legem [...] rali.*

Fructus etenim terræ abſque pecunia comedere, eſt Eccle[...] ſiæ quidem ſumptus accipere, ſed eidem Eccleſiæ prædicationis pretium non præbere. Terræ igitur fructus abſq; pecunia [com]edit, qui Eccleſiaſtica commoda ad vſum corporis percipit [...] exhortationis miniſterium populo non impendit. Quid al[...] nos Paſtores dicimus, qui aduentum diſtricti iudicis præ[...] tes, officium quidem præconis ſuſcipimus, ad alimenta ec[cle]ſiaſtica muti manducamus? Exigimus, quod noſtro debe[tur] corpori, ſed non impendimus, quod ſubiectorum debemus [...] di. *Idem l. 21. exponens illud Iob. 31. Si fructus terræ comedi abſque pecunia.*

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, vt humi[litatem] neſciant inferre, quæ docent, & recta quæ ſapiunt, [...] miniſtrare non poſſint. In verbis enim eorum proditur, qu[...] docent, quaſi in quodam ſibi videntur ſummitatis culmine [...] dere, eoſque, quos docent, vt longe infra ſe poſitos, [...] reſpiciunt, quibus non conſulendo loqui, ſed vix dominando [di]gnatur. Recte autem his per prophetam Dominus dicit: [...] tem cum auſteritate imperabitis eis, & cum potentia. Cum [au]ſteritate enim & potentia imperant, qui ſubditos ſuos [tran]quille ratiocinando corrigere, ſed aſpere inflectere [...] feſtinant. At contra, vera doctrina tanto vehementius [ela]tionis vitium fugit per cognitionem, quando ardentius [...] ſuorum iaculis ipſum magiſtrum elationis inſequitur. [...] enim, ne cum elatis moribus prædicet, quem in corde [...] tium ſacris ſermonibus inſectatur. Ecce quare litigioſi [...] tionis. Litigioſi namque, vel adulationibus animos [...] ſibi conciliant, vel fratribus ſuis detrahendo, infamiam [...] gerunt, vel inter fratres diſcordiam ſeminando, ſeditionem [...] quam facere ceſſant, quæ omnia in prælatis damnabilia [...] probantur, *Idem Moral. libr.24. par.5. cap.12. & hab. [...] habet.*

Qui ad veræ prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt, [...] ſarum origines à ſacris paginis ſumat, vt omne, quod loquitur, ad diuinæ authoritatis fundamentum reuocet, atque in eo ædificium locutionis firmet. *idem lib.18. Moral.*

Vſurpaui mihi cotis officium, quæ ferrum reddit acutum, [cum] ſit inutilis ad ſecandum. Pulchrum depinxi hominem pictor [...] alioſque ad perfectionis littus redigo, qui adhuc in delictorum [flu]ctibus verſor. *Idem in fine paſtoral. loquens de ſeipſo.*

Sermo dulcedinem non habet, quem vita reproba in con[...] ſcientiam remordet. Vnde neceſſe eſt, vt qui verba Dei loquitur, prius ſtudeat ſcire, qualiter viuat, vt poſt ex vita colligat, quæ & qualiter dicat.

Ad prædicandum namque plus conſcientia ſancti amoris [...] cat, quam exercitatio ſermonis. Qui enim vitam ſuam [...] penſat, & exemplo ſuo foris admonendo alios ædificat, [...] corde linguæ calamum tingit, in eo quod manu verbi [...] exterius ſcribit. *Idem ſuper Ezech. homil.10.*

Niſi Spiritus ſanctus adſit cordi audientis, otioſus eſt ſermo [do]ctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore doctoris intelligit: qua niſi intus ſit, qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. *idem in hom.30. ſuper Euang.*

Qui prædicationis ſuſcipit officium, non oportet mollem [...] dem eſſe atque reſolutum, ſed fortem, & per cuncta robuſtum. Ne[c] enim ſaltem attingere quiſquam debet præclari huius muneris [...] ctionem, niſi paratus ſit millies animam ſuam in mortem trade[re]. *Ioan. Chryſ. de laudib. D. Pauli, hom, 6.*

¶ SIMILITVDO.

*Bullingeri.* Quemadmodum ſerpens totum ſeipſum [...] nec minimum curat, ſi corpus inciditur, dummodo caput [...] integrum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ſeruet: Eodem modo & Euangelii prædicatores debent …pes ac fortunas, imo corpus ad vitam Tyrannis opponere, …aluum ſit Eccleſiæ caput Chriſtus, ſalua fides. *In Matth.*

*…c refer ea, quæ ſunt ſub titulis de Concionatoribus …Epiſcopis.*

# Prælatus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

…elatus, Græce ἔφορος, ου, ὁ, & ἐφορεύω, obſeruo dicitur. Eſt autem …elatus, large ſumendo, omnis habens curam animarũ. *ſecun. … in c. Firmiter de ſum. Trin. & in c. Decernimus, de iud.*

…maximum eſt periculum, triplici ratione. Quia præ…latorum … incumbit Sacramenta diſpenſare, quæ non niſi munde tracta… Et quia debent reddere rationem de propriis, & de alienis, …tantum pertinent ad eos. *Ex B. Thom. 4 ſent. diſt. 17. q. 3 art. 3.*

…latus exiſtens in peccato mortali, etiam occulto, corripiendo, …quidquid aliud officii ſui faciendo, peccato mortaliter. Non au… hoc agens vt frater. *Ex B. Thom. ſecund. Secund. 33. art. 3. & 4. … diſt. 19. q. 2. art. 2. Vide Epiſcopus.*

## ¶ Patrvm Sententiae.

…epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Exponere vo… quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis, non honoris. …ius ſuperior, ſine quo populus regi non poteſt, etſi ita tenea… adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. *Auguſt. … in decre. 8. q. 1. can. Qui epiſcopatum.*

…nte omnia peto, vt cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in …, & maximo hoc tempore, facilius, & leuius, & hominibus …abilius, epiſcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, ſi per… …atque adulatorie res agatur: ſed nihil apud Deum miſe… …, & triſtius, & damnabilius. *Idem ad Val. & hab. hiſt. 40. … Ante omnia.*

…ihil eſt in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laborio… …periculoſius epiſcopi aut presbyteri officio: ſed apud Deum …beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter imperator iubet, *… de verb. Dom.*

…imum itaque ſine crimine iubetur eſſe Epiſcopus, quod alio … Timotheum irreprehenſibilem nominatum puto: non quod … tempore, quo ordinandus eſt, ſit ſine vllo crimine, & …as maculas noua conuerſatione deluerit: ſed quod ex eo …re, quo in Chriſtum renatus eſt, nulla peccati conſcientia …eatur. Quomodo enim poteſt præſes Eccleſiæ auferre malum … eius, qui in delictum ſimile corruit? Aut qua libertate …tem corripere poteſt, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem …iſſe, quæ corripit? *Hieronym. in Epi. ad Tit. & hab. hiſt. 25 … Primum.*

Olim idem erat presbyter, & Epiſcopus, & antequam diaboli in…ſtudia vel ſchiſmata in religione fierent, & diceretur in po… Ego ſum Pauli, ego ſum Apollo, ego autem Cephæ: com… presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam …vnuſquiſque eos, quos baptizauerat, ſuos eſſe putabat, non … in toto orbe decretum eſt, vt vnus de presbyteris ſuperpo…, & ſchiſmatum ſemina tollerentur.

…ergo presbyteri ſciunt, ſe ex Eccleſiæ conſuetudine ei qui … præpoſitus fuerit, eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint, ſe ma… conſuetudine, quam diſpenſationis Dominicæ veritate presby… … eſſe maiores, & in communi debere Eccleſiam regere. *idem … ad Tit. & hab. diſt. 95. can. Olim.*

…o ſubiectus pontifici tuo, & quaſi parentem animæ ama. Sed … ſacerdotes ſciant ſe eſſe, non dominos: honorent clericos … clericos, vt ipſis epiſcopis à cleris quaſi Epiſcopis honor defe… Scitum eſt illud oratoris Domitii: Cur ego, inquit, te habe… principem, cum tu me non habeas, vt ſenatorem: *idem ad … & hab diſt 95. can Eſto ſubiectus.*

…inferendum eſt aduerſus eos, qui de epiſcopatu intume…, & putant, ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperium con…: quia non ſtatim omnibus his meliores ſunt, quicunque … non fuerint ordinati: & ex eo, quod epiſcopi electi ſunt, … magis æſtiment comprobatos: ſed intelligant propterea quoſ… à ſacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint. … autem peccata filiorum ab epiſcopatu iuſtum prohibent, quanto … ſe vnuſquiſque conſiderans & ſciens, quia potentes potenter …menta patientur: retrahit ſe ab hoc tam honore quam onere: … aliorum locum, qui magis digni ſunt, non ambit occupare. *idem … & hab. 8. q. 1. can.*

Opus, inquit non dignitatem, laborem non delicias, opus per … humilitate decreſcat, non faſtigio intumeſcat.

Tanta debet eſſe conuerſatio & eruditio pontificis, vt omnes mo… & egreſſus, & vniuerſa eius opera notabilia ſint, veritatem men… concipiat, & eam toto habitu reſonet & ornatu: vt quicquid a… quicquid loquitur, doctrina ſit populorum, *idem epiſt. 43 ſuper illud Pauli ad Timoth. cap. 3. Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.*

Eccleſiæ Principes; qui deliciis affluunt, & inter epulas atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt, propheticus ſermo deſcribit; quod eiiciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſque conuiuiis, & multo labore epulis conquiſitis. Et ſi vis ſcire, quo eiiciendi ſunt, propter malas cogitationes, & mala opera ſua, Euangelium lege in tenebras ſcilicet exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Annon confuſio & ignominia eſt, Ieſum crucifixum, pauperem, & eſurientem, fratris prædicare corporibus: & ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolum ſermonem eius imitemur: ſed etiam conuerſationem & abſtinentiam. *idem, & hab. in decret. diſt. 35. can Eccleſ.*

Quid autem de epiſcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, benefraternitas veſtra nouit: paſtores enim facti ſumus, non percuſſores. Egregius prædicator dicit: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Noua vero atque inaudita eſt illa Prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. *idem Ioan. epiſc. Conſtans. diſt. 45. can. Quid autem.*

Ab imperitis, paſtorale magiſterium, quanta temeritate ſuſcipitur? cum ſit ars artium, regimen animarum, hoc eſt, magiſterium diſciplinæ, vt culpis diſcrete nouerit parcere, & pie reſecare.

Nequaquam valet, in culmine humilitatem diſcere, qui in imis poſitus, non deſinit ſuperbire, nec ſcit laudem, cum ſuppetit fugere, qui ad hanc didicit, cum deeſſet anhelare.

Tantum debet populi actionem actio tranſcendere præſulis, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris.

Si delectionis teſtimonium eſt cura paſtoralis, quiſquis virtutibus pollens gregem Dei renuit paſcere, ſummum Paſtorem conuincitur non amare. *idem in Paſtorali.*

Oportet ſacerdotes, quibus Domini populus commiſſus eſt, cum magna conſtantia vigilare ſuper domeſticas oues, ne lupinis morſibus, id eſt, diaboli ſtimulis lanientur. *idem & hab. diſt. 81. can. Oportet.*

Quicunque ſacros ordines vendunt aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. Vnde ſpiritum eſt: Anathema danti, anathema accipienti, hæc eſt Simoniaca hæreſis: quomodo ergo, ſi anathematizati ſunt, & ſancti non ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cum in Chriſti corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere vel accipere poſſunt? Qui maledictus eſt, benedicere quomodo poteſt? *idem & hab. 1. q. 1. can. Quicunque.*

Nemo plus in Eccleſia nocet, quam qui peruerſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet: Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit: & in exemplum vehementer culpa extenditur, cum pro reuerentia ordinis peccator honoratur. *idem in paſtorali par. 1.*

Lux gregis eſt flamma Paſtoris. Decet enim Dominicum Paſtorem & ſacerdotem, moribus & vita clareſcere, quatenus in eo tanquam in vitæ ſuæ ſpeculo plebs ſibi commiſſa, & eligere, quod ſequatur, & videre poſſit, quod corrigat. *idem in regiſt. Epiſtol. 32.*

Talis debet eſſe diſpenſatio regiminis, vt is, qui præeſt, ea ſe circa ſubditos menſura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari, vt eum nimia lætitia vilem reddat, aut immoderata ſeueritas odioſum. Miſcenda eſt lenitas ſeueritati, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cum tabulis virga ſimul & manna erat, quia ſcripturæ ſacræ ſcientia in boni rectoris ſit pectore, ſit virga diſcretionis, ſit manna dulcedinis. Hinc Dauid ait: Virga tua & baculus tuus, &c. Virga enim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Sit ergo diſcretio virgæ, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. *idem lib. 2.. Moral.*

Quid nos, ô Paſtores! agimus, quando mercedem conſequimur, & tamen operarii nequaquam ſumus? Fructus quippe ſanctæ Eccleſiæ in ſtipendio quotidiano percipimus, ſed tamen pro æterna Eccleſia minime in prædicatione laboramus. Penſemus cuius damnationis ſit, ſine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus, ſed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in noſtrum ſtipendium ſumimus, quæ pro redimendis peccatis ſuis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem vel orationis ſtudio, vel prædicationis (vt dignum eſt) inſudamus. *idem hom. 7. ſuper illud Luc. 10. Dignus eſt operarius mercede ſua:*

## ¶ Sententiae Poeticae.

Sen. Thyeſt. 8. 3.

Ph. *Nec abnuendum ſi dat imperium Deus*
Th. *Nec appetendum.* Ph. *Frater, vt regnes, rogat.*

Iuuen. 15.

*Quis enim bonus, & face dignus*
*Arcana, qualem Cereris vult eſſe ſacerdos,*
*Vlla aliena ſibi credat mala?*

Claud.5.Honor.

*Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni*
*Munere. ſola Deos æquat clementia nobis:*
*Nec dubie ſuſpectas agas nec falſus amicis.*
*Rumorumue auidus,qui talia curat, inanes*
*Horrebit ſtrepitus, nulla non anxius hora.*
*Non ſic excubiæ, nec circumſtantia pila,*
*Quam tutatur amor, non extorquebis amari*
*Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.*

Claud.1.Stil.

*Scilicet in vulgus manant exempla regentum:*
*Vtque Ducum lituos, ſit mores caſtra ſequuntur.*

Claud.4.Honor.

*Hoc te præterea crebro ſermone monebo,*
*Vt te totius medio telluris in orbe*
*Viuere cognoſcas, cunctis tua gentibus eſſe*
*Facta palam, nec poſſe dari regalibus vſquam*
*Secretum vitiis, nam lux altiſſima fati*
*Occultum nil eſſe ſinit, latebraſque per omnes*
*Intrat, & abſtruſos implorat fama receſſus.*

Iuuen. 8.

*Expectata diu tandem prouincia cum te*
*Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumque*
*Pone & auaritiæ: miſerere inopum ſociorum.*
*Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis:*
*Reſpice, quid moneant leges, quid curia mandet,*
*Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine iuſto*
*Et Capito & Tutor ruerint damnante ſenatu,*
*Piratæ Cilicum.*

Perſius. 2.

*Ad vos*
*Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?*
*Nempe hoc, quod Veneri donatæ a virgine puppæ.*
*Quin damus id ſuperis, de magna quod dare lance*
*Non poſſit magni Meſſallæ lippa propago:*
*Compoſitum ius, faſque animi: ſanctoſque receſſus*
*Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto?*
*Hoc cedo, vt admoueam templis, & farre litabo.*

¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Prælatio ſimulationem aperit: illis enim difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionem ſe eſſe probos ſimulauere. Sunt enim non ex animo, ſed ex fortuna, modo humiles, modo elati. Omnium enim rerum nihil ad prælationes tenendas melius, quam diligi, nec alienius, quam timeri. Tutius eſt volentibus, quam coactis imperare. *Cic. in Rhet.*

---

# Prælium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRælium, conflictus dimicatio, certamen, pugna. Græc. μάχη, ἀψιμαχία: Hebr. dicitur. *Milhamah*, conflictus, in quo homines ſe inuicem cædendo deuorant & abſumunt: à verbo *Lucham*, i.e. incidit dentibus, vel ore gladii, proſcidit, comedit, exedit mandendo & concidendo. *Lechem*, panis, omnis cibus quem dentes incidunt. Vide Bellum.

Deus docet rationem præliandi, vt Dauid fatetur. 2. *Sam.* 22. 35. *Pſalm.* 18.35. & 144. Prælium in cœlo, *Apoc.* 12.7. Dauid ducit prælia Domini, eſt egregius miles Iehouæ exercituum, feliciter pugnans aduerſus Philiſtæos, Amalecitas, alioſque implacabiles Eccleſiæ Dei hoſtes, 1. *Sam.* 25.28. Prælia Iſraelitarum, *Deut.* 2.2. Ioſuæ, à 2. *cap. ad* 11. Philiſtæorum, 1. *Sam.* 4.7.13.14.17. &c. c. 2. *Sam.* 1. &c. Dauidis & aliorum in Regum hiſtoriis.

Prælium à præmendo quidam dictum volunt, quod in dimicando hoſtes ſe inuicem premant. Alii autem à prelo deduci malunt, eo quod in cruentis illis certaminibus ſanguis è corporibus profluat non ſecus atque muſtum è prelis.

¶ SENTENTIAE HISTORICAE.

*De prælis & varia præliandi ratione.*

Prælia magis animis decernuntur, quam corporum viribus. *Xenoph. de inſtit. Cyri. l. 3.*

Hoſtes qui multitudine antecellunt, magis viribus quam conſilio freti pugnam cient. His vero qui multo minorem exercitum habent, & non coacti pugnare, tamen non detrectant pugnam, animum addit conſcientia peritiæ ſuæ. *Thucyd. l. 2.*

Cum magna multitudine hoſtium, præſertim eo abſente, qui ſummam imperii teneret, niſi æquo loco aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum Cæſar non exiſtimabat. *Cæſar, lib. 3. de bello Gall.*

Petreius & Afranius nocturna prælia eſſe vitanda [illegible] quod perterritus miles in ciuili diſſenſione timori magis [illegible] ligioni conſulere conſueuerit: at lucem multum per ſe pudoris omnium oculis, multum etiam Tribunorum mil. & centurionum præſentiam afferre, quibus rebus coerceri milites, & in officio contineri ſoleant. *Idem, l. 1. de bello ciuili.*

Proſpere gerendæ rei facultatem omittere, maxime [illegible] eſt, & in anguſtias vtiq; pugnandi compulſum, abſtinere [illegible] lio, peſtiferum ignauiæ adfert exitum. Eorumque qui [illegible] mittunt, alter beneficio fortunæ vti, alter iniuria reſiſtere [illegible] *Valer. Max. l. 7. c. 2.*

Etiam in multis legionibus pauci ſunt qui prælia [illegible] *Tacit. Annal. l. 14.*

Belli momenta aut ducis virtute aut fortunæ felicitate [illegible] *Procop. de bello Vandalico, l. 2.*

In præliis nihil quicquam aperte poteſt clamoribus [illegible] tum amorum præ crepitu, cum bellantium ſenſibus præ [illegible] formidine occupatis. *Idem, de bello Goth. l. 2.*

Præliorum euentus omnium actionum humanarum [illegible] mi ſunt. *Franc. Guicciardin. hiſtor. lib. 5.*

Plærunque accidit, vt prælia caſu potius quam certo decreto conferantur. *P. Iouius, hiſtor. l. 1.*

Vbi ad manus & gladios ventum eſt, ibi Mars eſt [illegible] *Liuius, Decad. l. 2.*

In omni prælio non tam multitudo & virtus indocta, [illegible] ars & exercitium ſolent præſtare victoriam. *Vegetius, lib.* [illegible] *capite primo.*

Prælium tota nocte varium anceps, atrox: his, [illegible] abile. *Tacit. hiſt. l. 3.*

Eſt ſane res plena periculi, dimicare prælio, propter [illegible] mum euentum. Nam etiam vt modica ſit accepta clades, [illegible] men non poteſt, quin aliqua fiat rerum conuerſio, partim [illegible] hoſtium, partim contemptione & deſpectu illius, qui [illegible] pugnauit: oritur fremitus & indignatione militum, qui [illegible] iacturis conciliandi ſunt. Optimum igitur eſt, vt qui [illegible] uerſum fecit, contineat ſe, quantum fieri poteſt, intra [illegible] ones, & experiatur, ſi qua ratione non difficili poſſit [illegible] miſſam gloriam, vt ſuis animum addat, & eos metu libe[illegible] nim non poteſt, quantas ſecum incommoditates trahat [illegible] prælium: vbi qui victoriam adeptus eſt, authoritatem [illegible] ficat, & facile quiduis impetrat, & militem habet ad [illegible] quentiorem. *Ph. Cominæus, l. 2.*

Periculi res plena eſt facere aduerſum prælium. Neceſſario, dimicandum & ante prælium de ſumma rei [illegible] eſt. Nam qui meticuloſe aliquid faciunt & pauide, [illegible] bus ſuis proſpiciunt, & ſæpius vincunt quam illi, qui [illegible] perbe progrediuntur. *Idem, eod. l. 2.*

Nos de prælio cum hoſtibus conferendo agimus: [illegible] quit *Triuultius*, illud maximorum Imperatorum [illegible] perpetuum ſemper eſſe, quod & ipſe vſu verum eſſe [illegible] quam niſi vel magno rei bene gerendæ occaſio inuitet, [illegible] tas cogat pugnæ fortunam eſſe periclitandam. *Fr. Guicciard. hiſt. lib. 9.*

Conflictus publicus duarum vel trium horarum [illegible] finitur: poſtquam partis eius, quæ ſuperata fuerit, [illegible] tercidit. Ideo omnia ante cogitanda ſunt, ante tentanda [illegible] enda, quam ad vltimum veniatur abruptum. Boni [illegible] non aperto marte prælium, in quo eſt commune peric[illegible] occulto ſemper attentant, vt integris ſuis, quantos poſſint [illegible] interimant certe vel terreant: in qua parte neceſſaria [illegible] ſunt, ab antiquis reperta perſcribam.

Præcipua res, & vtilitas ducis eſt, vt adhibitis ex [illegible] tu ſcientibus belli, & ſapientibus viris, de ſuis & hoſtium [illegible] pius tractet, omni (quæ plurimum nocet) adulatione [illegible] rum maiorem numerum pugnatorum ipſe, an hoſtes [illegible] rum ipſius an aduerſariorum homines magis armati [illegible] i: qui magis exercitati, qui ſint neceſſitatibus fortiores.

Quætendum eſt etiam, vtra pars equites, vtra pedites [illegible] meliores. Sciendum in peditibus vel maxime conſiſtere [illegible] ercitus: & inter ipſos equites, quis contatis, quis ſagittariis [illegible] cedat. Quis plures loricas induat quis vtiliores equos [illegible] Poſtramo loca ipſa, in quibus pugnandum eſt, virum [illegible] nobis videantur accommoda. Nam ſi equitatu gaudemus, [illegible] pos debemus optare, ſi pedite, loca eligere anguſta, foſſis, [illegible] bus, vel arboribus impedita, & aliquoties montuoſa: [illegible] victus abundet, aut deſit, nam fames (vt dicitur) intrinſecus [illegible] & vincit ſæpius quam ferrum.

Maxime autem tractandum eſt, vtrum expediat [illegible] protrahi, an celerius dimicari: interdum enim ſperat aduerſarius [illegible] expeditionem cito poſſe finiri: & ſi dilata fuerit in longum [illegible] nuria marceratur, aut deſiderio ſuorum renocatur ad propria [illegible] nihil magnum faciens per deſperationem abire compellitur. [illegible] fracti labore & tædio plurimi deſerunt, aliquanti produnt, aliquanti ſe tradunt: quia aduerſis rebus fides rarior eſt, & nudari [illegible] qui copioſus aduenerat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…m pertinet qualis ipſe aduerſarius, vel eius comites ſint noſ… temerarii an cauti, audaces, an timidi, ſcientes artem bel… vſu temere pugnantes, quæ gentes cum his fortes quæ… pugnauerint, noſtr a auxilia cuius fidei, quarumq; ſint …quos animos illius copiæ, quos habeat noſter exercitus, quę …magis victoriam repromittat. Eiuſmodi enim cogitationi… augetur aut frangitur. Deſperantib. autem creſcit auda… …ratione ducis, & ſi nihil ipſe timere videatur. Creſcit ani… …inſidiis vel occaſione aliquid fortiter feceris, ſi hoſtibus …res cœperint obuenire, ſi vel infirmiores aut minus arma… …inimicis potueris ſuperare.

…endum autem eſt ne dubitantem, aut formidantem exerci… …pugnam publicam aliquando producas. Intereſt, tyrones, …milites habeas: vtrum ante breue tempus in expeditioni… …minant, an per annos aliquot in pace durarint. Nam pro ty… …accipiendi ſunt qui pugnare longo tempore deſierunt. Sed …giones, auxilia, vel equites ex diuerſis aduenerint locis dux … & ſeparatim ſingulos numeros, per tribunos electos quo… …induſtria, omni genere annorum exercere debet: & poſt …collectos, quaſi depugnaturos conflictu publico, exercebit … Sæpius tentabit quid artis poſſint habere, quid vitium, …admodum ſibi ipſi conſentiant, vtrum ad tubarum moni… …ſignorum indicia, ad præcepta vel nutum ſuum diligen… …perarent. Si errant in aliquibus, exerceantur atque …tur, quandiu poſſint eſſe perfecti. Si vero in campicurſione, …ando, in iaculando, in ordinanda acie ad plenum fuerint … ne ſic quidem temere, ſed occaſione captata, ad publi… …ducendi ſunt pugnam, Sed ante præliis minoribus imbu…

…taque vigilans, ſobrius, prudens, tanquam de ciuili cauſa …tes iudicaturus, adhibito conſilio, de ſuis & aduerſarii co… …cet. Et ſi multis rebus ſuperior inuenitur, opportunum ſi… …fferat inire conflictum. Si vero aduerſarium intelligit po… …certamen publicum vitet. Nam potiores numero & inferio… …bus ſuperuentus & inſidias facientes, ſub bonis ducibus re… …erunt ſæpe victoriam. *Veget. l. 3, c. 9.*

…euentu aperti Martis victoriæ plenitudo conſiſtit. Hoc ergo …, quo tanto magis duces debent eſſe ſolliciti, quanto ma… …diligentib. gloria, & maius periculum comitatur igna… …quo momento peritiæ vſus, pugnadi doctrina, couſilium …atur.

…ribus ſeculis mos fuit, parco cibo curatos milites ad certa… …ducere, vt citatiores ſumpta eſca redderet, & longiore coflictu …fatigarentur inedia.

…terea obſeruandum eſt præſentibus hoſtibus, ſiue ex caſtris …ouitate produças ad prælium, ne dum per anguſta porta… …ticulatim procedit exercitus, à collectis & præparatis debi… …inimicis. Ideoque prouidendum eſt, vt omnes milites egre… …portas, & aciem conſtituant antequam hoſtes aduenîant. …intra ciuitatem manentibus parati aduenerint, aut diffe… …greſſus, aut certe diſſimuletur, vt cum aduerſarii inſultare …t his, quos non putant exituros, aut cum palam, vel ad …dum conuerterint animum, & ordines ſoluerint, tunc illis …bus lectiſſimi prorumpant, & conferti aggrediantur igna…

…ſeruandum autem, ne longo ſpacio fatigatum militem, ne …poſt curſum equos ad publicum prælium cogas: multum …labore itineris pugnaturus amittit. Qu d facit, qui ad a… …gelus aduen at? Hoc & veteres declinarunt, & ſuperiori no… …, cum Romani duces per imperitiam non cauiſſent (ne …amplius dicam) exercitus perdiderunt. Impar enim condi… …, laſſum cum requieto, ſudantem cum alacri, currentem …, qui ſteterit, ſubire conflictum. *Vegetius libro tertio, ca…*

…ſa die quo certaturi ſunt milites, quid ſentiant diligenter con… …explorare. Num fiducia vel formido ex vultu, verbis, inceſſu, …q; cernitur. Nec confidas ſatis, ſi tyro prælium cupit: inex… …enim dulcis eſt pugna. Et noueris te oportere differre, ſi exer… …bellatores dimicare metuunt. Monitis tamen ex oratione du… …exercitui virtus creſcit & animus: præcipue ſi futuri certaminis …m acceperint rationem, quaſi ſint facile ad victoriam peruen… …Tunc inimicorum ignauia vel error oſtendendus eſt: vel ſi an… …nobis ſuperati ſunt, commemorandum. Dicenda etiam, quibus …um mentes in odium aduerſariorum, ira, & indignatione mo… …tur.

Animis pene omnium hominum hoc naturaliter euenit, vt tre… …cum ad conflictum venerint, Sine dubio autem formido… …(id eſt, meticuloſiores) ſunt, quorum mentes ipſe confun… …aſpectus. Sed hoc remedio formido lenitur, ſi antequam dimi… …frequenter exercitum tuum locis tutioribus ordines, vnde & …hoſtem, & agnoſcere conſueſcant. Interdum audeant ali… …ex occaſione, aut fugent, aut interimant inimicos, mores ad… …ſariorum, arma, equos recognoſcant. Nam quæ ex vſu ſunt, non …entur, *idem, eod. li. c. 12.*

Bonum ducem conuenit noſſe magnam partem victoriæ, ipſum …cum, in quo dimicandum eſt, poſſidere. Elabora ergo, vt conſer…turus manum primum auxilium captes ex loco, qui tanto vtilior iudicatur, quanto ſuperior fuerit occupatus. In ſubiectos enim vehementius tela deſcendunt, & maiore impetu obnitentes pars altior pellit. Qui aduerſo nititur cliuo, duplex ſubit, & cum loco & cum hoſte certamen. Sed illa diſtantia eſt, quod ſi de pedibus tuis victoriam ſperas contra equites hoſtium, loca aſpera, inæqualia, montuoſa debes eligere. Si vero de equitibus tuis contra aduerſarii pedites victoriam quæris, ſequi debes paulo quidem editiora loca; ſed plana atq; patentia, neque ſiluis, neque paludibus impedita. *Eod. lib. c. 13.*

Ordinaturus aciem tria debet ante proſpicere, Solem, puluerem, ventum. Nam Sol ante faciem eripit viſum: ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtium adiuuat tela. Puluis à fronte congeſtus oculos implet & claudit. Hæc momento eo, quo acies ordinantur, etiam imperiti vitare ſolent: ſed duci prouido cauendum eſt in futurum, ne poſt paululum accedente die noceat ſolis mutata conuerſio, ne ventus aduerſus hora ſolita eo pugnante naſcatur.

Ita ergo conſtituantur ordines, vt hæc poſt occipitium noſtrum ſint, & (ſi fieri poteſt) aduerſariorum impetant faciem. Acies dicitur exercitus inſtructus: frons, quæ aduerſus hoſtem ſpectat. Hæc in pugna publica, ſi ſapienter diſponitur, plurimum iuuat: ſi imperte, quamuis optimi bellatores ſint, mala ordinatione franguntur. *Eodem lib. c. 14.*

Scire dux debet contra quos globos hoſtium quos equites oporteat poni. Nam neſcio qua occulta ratione, immo pene diuina alii contra alios dimicant melius: & qui fortiores vicerant, ab inferioribus ſæpe vincuntur. Quod ſi equites impares fuerint, more veterum velociſſimi pedites ad hoc ipſum exercitati iiſdem miſcendi ſunt, quos expeditos velites nominabant. Quo facto quamuis fortiſſimi hoſtium venerint equites, tamen aduerſus mixtum agmen pares eſſe non poſſunt. *c. 16.*

Optima ratio eſt, & ad victoriam plurimum confert, vt lectiſſimos de peditibus & equitibus, cum vicariis, comitibus, tribuniſque vacantibus, habeat dux poſt aciem in ſubſidiis præparatos: alios circa cornua, alios circa medium, vt ſicubi hoſtis vehementius inſiſtit, ne rumpatur acies, prouolent ſubito, & ſuppleant loca: additaq; virtute, inimicorum audaciam frangant.

Quod ſi bellatorum tibi copia non abundat, melius eſt aciem habere breuiorem, dummodo in ſubſidiis colloces plurimos. *capit. 17.*

Dux qui præcipuam ſuſtinet poteſtatem, inter equites & pedites in parte dextra ſtare conſueuit. Hic enim locus eſt, in quo tota acies gubernatur, ex quo rectus eſt liberq; procurſus. Ideo autem inter vtroſq; conſiſtit, vt & conſilio regere, & autoritate tam equites quam pedites ad pugnam hortari poſſit. Hic de equitib. ſupernumerariis, mixtis peditibus expeditis, aduerſariorum ſiniſtrum cornu, quod contra ipſum ſtat, circuire, & à tergo ſemper vrgere debet.

Clamor non prius debet attolli, quam acies vtraque ſe iunxerit. Imperitorum enim, vel ignauorum eſt, vociferari de longe, cum hoſtes magis terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit.

Semper autem ſtudere debes, vt prior inſtruas aciem, quia ex arbitrio tuo potes facere, quod tibi vtile iudicas, cum nullus obſiſtit: deinde & tuis auges confidentiam, & aduerſariis fiduciam minuis: quia fortiores videntur, qui prouocare non dubitant. Inimici autem incipiunt formidare, qui vident contra ſe acies ordinari. Huic additur maximum commodum, quia tu inſtructus paratuſque ordinantem & trepidum aduerſarium præoccupas. Pars enim victoriæ eſt, inimicum turbare antequam dimices. *capit. 18.*

Illud obſeruandum eſt, quo nihil melius inuenitur, vt ſiue ſolo dextro cornu pugnare volueris, ibi fortiſſimos ponas: ſiue ſiniſtro, ibi ſtrenuiſſimos colloces ſiue in medio cuneos facere volueris, per quos acies hoſtium rumpas, in cuneo exercitatiſſimos ordines milites. Victoria enim per paucos fieri conſueuit. Tantum eſt, vt electi à duce ſapientiſſimo, in his locis, in quib. ratio & vtilitas poſtulat, ordinentur. *c. 20.*

Plerique rei militaris ignari, pleniorem victoriam credunt, ſi aduerſarios aut locorum anguſtiis, aut armatorum multitudine circundederint, vt aditum non inueniant abſcedendi. Sed clauſis ex deſperatione creſcit audacia, & cum ſpei nihil eſt, ſumit arma formido. Libenter cupit commori, qui ſine dubio ſcit ſe moriturum. Ideoque Scipionis laudata ſententia eſt, qui dixit, viam hoſtibus, qua fugiant, muniendam. Nam cum abſcedendi aditu patefacto, mentes omnium ad præbenda terga conſenſerunt, multi more pecudum trucidantur. Nec inſequentium vllum periculum eſt, cum victi (quibus defendi poterant) arma conuerterint. Hoc genere quanto maior fuerit exercitus tanto facilius multitudo proſternitur. Neque enim ibi requirendus eſt numerus, vbi animus ſemel territus, non tam tela hoſtium cupit declinare quam vultum. Cæterum clauſi, licet exigui numero, & infirmi viribus, hoc ipſo tamen ſunt hoſtibus pares, quia deſperantes ſciunt aliud ibi licere non poſſe. Nam vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. *ca. 21.*

Vnum ſupereſt docere, ſi conſilium prælii diſpliceat, quemadmodum recedatur ab hoſtibus. Nam diſciplinæ bellicæ & exemplorum periti nuſquam maius periculum imminere teſtantur. Qui enim ante congreſſum recedit ex acie, & ſuis fiduciam minuit, & inimicis addit audaciam. Verum quia hoc ſæpius neceſſe eſt euenire, quibus modis tuto poſſit fieri, declarandum eſt.

Primum, vt tui neſciant, ideo te recedere, quia declinas inire conflictum, ſed credant arte aliqua ideo ſe reuocari, vt ad opportuniorem locum inuitetur hoſtis, ac facilius ſuperetur: aut certe inſequentibus aduerſariis ſecretiores collocentur inſidiæ. Nam neceſſe eſt, ad fugam parati ſunt, qui ducem ſuum ſentiunt deſperare.

Illud quoq; vitandum eſt, ne hoſtes te recedere ſentiant, & ſtatim irruant. Propterea pleriq; ante pedites, equites poſuerunt, vt diſcurrentes aduerſarios videre non ſinerent, quando pedites abſcedebant. Item articulatim incipientes à primis, ſingulas acies ſubducebant, retroq; reuocabant, in gradu ſuo manentibus reliquis, quos ſenſim poſtea ſenſimque ad illos iungebant, quos primum ſubduxerant.

Aliquanti exploratis itineribus, noctu cum exercitu recedebant: vt hoſtes die orto, cum intellexiſſent, non poſſent comprehendere præcedentes. Præterea leuis armatura præmittebatur ad colles, ſub quos ſubito totus reuocaretur exercitus: & ſi hoſtes inſequi voluiſſent, à leui armatura, quæ ante occupauerat locum, additis equitibus fundebantur. Nihil enim periculoſius exiſtimant, quam ſi inconſulte inſequentes, ab his qui in ſubſeſſa fuerint, vel qui ante ſe parauerint, obſeruentur. Hoc tempus eſt, quo opportune collocantur inſidiæ, quia aduerſus fugientes maior audacia & minor cura eſt. Neceſſario autem amplior ſecuritas, grauius ſolet habere diſcrimen.

Imparatis, cibum capientibus, in itinere laſſis, equos ſuos paſcentibus, ac nihil tale ſuſpicantibus ſuperuentus aſſolent fieri. Quod & nobis vitandum eſt, & hoſti in eiuſmodi occaſionibus pernicies inferenda. Hoc enim caſu oppreſſis, nec virtus poteſt, nec multitudo prodeſſe: quia qui in acie, publica vincitur pugna, licet & ibi ars plurimum proſit, tamen ad defenſionem ſuam poteſt accuſare fortunã. Qui vero ſuperuentus & ſubſeſſas paſſus eſt, culpam ſuam non poteſt excuſare quia hæc & vitare potuit, & per ſpeculatores idoneos ante cognoſcere.

Cum receditur, talis fraus ita fieri conſueuit. Recto itinere pauci equites conſequuntur, valida manus occulte per alia mittitur loca: vbi ad agmen inimicorum peruenerunt equites, tentant leuiter atque diſcedunt, Illi credunt quicquid inſidiarum fuerit, præteriiſſe, & ſine cura reſoluuntur in negligentiam. Tunc illa manus quæ ſecreto itinere deſtinata fuerat, ſuperueniens opprimit ignorantes.

Multi cum ab hoſte diſcedunt, ſi per ſiluas ſunt ituri, præmittunt qui anguſta vel abrupta occupent loca, ne ibidem patiantur inſidias. Et rurſus poſt ſe præciſis arboribus vias claudunt, quas compedes vocant, vt aduerſariis facultatem adimant perſequendi & pene vtriq; parti in itinere ad ſubſeſſas communis occaſio eſt. Nam qui præcedit opportunis vallibus vel ſiluoſis montibus poſt ſe relinquit inſidias, in quas cum inciderit inimicus, recurrit ipſe & adiuuat ſuos. Qui vero ſequitur aduerſis ſemitis longe ante deſtinat expeditos vt præcedentem aduerſarium arceat tranſitu, deceptumque à tergo, & fronte concludat.

Dormientibus noctu aduerſariis, & qui præceſſit poteſt regredi & qui ſequitur, quantumuis interſit, poteſt ſuperuenire per fraudem. In transfretatione fluuiorum, qui præcedit, illam partem tentat opprimere, quæ prima tranſierit, dum reliqui alueo ſeparantur: qui autem ſequitur itinere feſtinato, illos qui nondum potuerunt tranſire, conturbat. *Vegetius lib 3.c.22.*

Sciendum vero eſt, ſi pars exercitus vicerit, & pars fugerit, minime deſperandum, cum in eiuſmodi neceſſitate ducis conſtantia totam ſibi poſſit vendicare victoriam. Innumerabilibus hoc accidit bellis, & pro ſuperioribus ſunt habiti, qui minime deſperarunt. Nam in ſimili conditione fortior creditur, quem aduerſa non frangunt Prior ergo de cæſis hoſtibus ſpolia capiat, colligat campum, prior clamore ac buccinis exultare videatur. Hac fiducia peruertebit inimicos, & ſuis fiduciam geminabit, quaſi victor ex omni parte diſceſſerit.

Quod ſi aliquo caſu omnis in acie fundatur exercitus, pernicioſæ cladis tamen reparationis fortuna non defuit, & medicina quærenda eſt. Dux ergo prouidus ſub ea cautela debet publico marte confligere, vt ſi quid pro varietate bellicorum, vel conditionis humanæ ſecus acciderit, abſq; graui detrimento liberet victos. Nam ſi vicini colles fuerint, ſi poſt terga munitio, ſi cæteris abſcedentibus fortiſſimi quiq; reſtiterint, ſe ſuoſq; ſeruabunt. Frequẽter iam fuſa acies, diſperſos, ac paſſim ſequens, reparatis viribus interemit, Nunquam exultantib. maius ſolet eſſe diſcrimen, quam cum ſubito ferocia in fortitudinem commutatur.

Sed quicunque euentus fuerit, colligendi ſuperſtites bello erigendi adhortationibus congruis, & armorum inſtauratione renouandi. Tunc non delectus, noua quæruntur auxilia: & (quod amplius prodeſt) capitis occaſionibus in ipſos victores per occultas inſidias impetus faciendus eſt, ac ſic audacia reparanda. Nec opportunitas deſit, cum pro felicitate ſuperbius & ... tes efferantur humanæ. Si quis hunc caſum vltimum ... euentus omnium præliorum, inter initia contra illos ... quibus victoria debeatur. *c.5.*

In omnibus præliis expeditionis conditio talis eſt, ... prodeſt, aduerſario noceat: quod illum iuuat, tibi ſemper ... Nunquam igitur ad illius arbitrium aliquid facere ... re debemus, ſed id ſolum agere, quod nobis vtile iudicamus ... tra te enim eſſe incipis; ſi imiteris quod fecit ille pro ſe ... quicquid pro tua parte tentaris contra illum erit, ſi ... ri, *c.26.*

In bello, qui plus in angariis vigilauerit, plus in exercendo militare laborauerit, minus periculum ſuſtinebit. *ibid.*

Nunquam miles in aciem producendus eſt, cuius ... menta non didiceris. *Ibid.*

Aut inopia, aut ſuperuentibus, aut terrore melius eſt ... mare, quam prælio: in quo amplius ſolet fortuna poteſtas ... quam virtus. *ibid.*

Melius eſt poſt aciem plura ſeruare præſidia, quam ... tem ſpargere. *ibid.*

Difficile vincitur, qui vere poteſt de ſuis, & de aduerſariis ... iudicare. *ibid.*

Amplius iuuat virtus quam multitudo. *ibid.*

Amplius prodeſt locus ſæpe, quam virtus. *ibid.*

Nunquam ad certamen publicum produxeris militem ... eum videns ſperare victoriam. *Eodem cap.*

Qui diſperſis ſuis inconſulte ſequitur, quam ipſe ... uerſario vult dare victoriam. *ibid.*

Qui multitudine & virtute præcedit, quadrata ... Qui imparem ſe iudicat, dextro cornu ſuo ſiniſtrum, ... Qui ſiniſtram alam fortiſſimam habere ſe nouerit, ... hoſtis inuadat. Qui habet exercitatiſſimos milites, ... pariter prælium debet incipere. Qui leuem armaturam ... regit, vtranq; alam hoſtis inuadat, ferentariis ante ... conſtitutis. Qui nec numero militum, nec virtute confidit ... gnaturus eſt, de dextra ſua ſiniſtram alam hoſtium ... ſuis in ſimilitudinem veru porrectis. Qui pauciores ... habere ſe nouit, ex vno latere aut montem, aut ciuitatem ... re, aut fluuium, aut aliquod debet habere ſubſidium. *... pite,*

Boni duces publico certamine nunquam niſi ex ... nimia neceſſitate confligunt, *ibid.*

Quo genere depugnaturus ſis, neſciant hoſtes: ne ... mediis reſiſtere moliantur. *ibid.*

---

# Præmium.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PRæmium, Græce πρεσβεῖον, ου τὸ, dicitur. Hebr. ... bo *Schachadh*, i. munerauit. manus diſtribuit, ... gitus eſt donum. Cognationẽ habet cum verbo ... rupit nam plærumque munera ſunt corruptelæ, quæ ... mentes excæcant.

Eſt autem præmium id quod redditur alicui in bonum ... *cund. B. Thom. 3. ſent. diſt. 29. q. 4.*

Præmium & pretium ſic differe videntur, quod præmium ... taxat pro recte factis datur: Pretium vero non modo pro ... ctis, ſed etiam pro male geſtis. Salluſt, *Vicit tamen ... illa, quæ vero pretium aut gratiam anteferebat.* Teren. ... *tium ob ſtultitiam fero.* Proprie tamen pretium eſt, quod ... datur. Terent. *Pretium ſperans dico produxit ac vendidit.* ... pretioſum, charum & magni pretii: & appretio, æſtimo, ... impono.

Præmium, vt quidam volunt, dicitur quaſi præuium, ... præponitur, quod dandum eſt victori, deinde certatur. ... um, quaſi pretium à præeundo, licet breuiet primam, ... primo ſoluitur pecunia, deinde res empta apprehenditur.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates* interrogatus, quænam ciuitas rite gubernari poſſit, reſpondit: Cum boni inuitantur præmiis, iniuſti dant pœnas. ... *recitat Bruſ. 5. c. 8.*

*Idem* præmia decreta iis, qui in Olympiis aut Nemeis ... contraxit, eaq; maiora decreuit iis, qui in bello pro patria ... occubuiſſent: dicens, illos & dum exercentur, magnis impendiis ... erceri, & ſi vicerint, magis aduerſus patriam, quam aduerſus hoſtes ... coronari: & cum ſenuerint, ad nihil vtiles euadere, haud aliter quam ... detrita pallia: vt, qui nec bello ſint vtiles, nec gerendæ Reip. accommodi. *Laert. li. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*...antæchmes*, quum poſt cladem acceptam à Perſis, quidam ...dia transfugiſſent, auxilia pollicentes, producti ſunt in con... Xerxis. Ibi Perſis percontantibus, quid agerent Græci? re...rant, eos celebrare Olympia, ac Gymnaſia, equeſtriaque cer...ſpectare. Rurſus percontantibus, quod eſſet certaminis prę...reſponderunt, coronam oleaginam. Hic Tritantæchmes ... filius, verſus ad exercitus præfectum: Papæ! inquit, Mar...uiuſmodi viros nos incitaſti ad pugnandum, qui non pe...um gratia certamina agitant, ſed virtutis, ac laudis? Ea vox ...a eſt timida, vt ſæpenumero prudentia habetur pro ignauia. *...in Vrania.*

*...ander*, interroganti Perſæ, quam Rempub, maxime probaret, ...quit, in qua fortibus viris ac meticuloſis congrua vtriſque ...ur. Senſit, virtutem inuitari præmiis, ignauos excitari igno... Nimirum hoc eſt, quod apud Homerum ſtomachatur A... ...tantum honoris haberi ignauis ac fortibus. Ea ſententia non ...habet locum in republ. verum etiam in priuatis familiis. ...nim hæc duo præcipua ad conſeruandam cuiuslibet gregis ...nam. Honos enim non ſolum alit artes, vt habet Prouerbiũ, ...etiam virtutem. Nec tam refert, monarchia ſit, an ariſtocra... democratia, an aliqua Reipublicæ forma ex his temperata, ...vt in quacunque gubernatione diſcrimen habeatur publi...rent viros vtiles Reipubli. & ſuo viuentes abdomini. *Plut. in*

*...lien. Imp.* taurum ingentem quum in arenam emiſiſſet, pro...it ad eum feriendum venator, neque productum decies po...t occidere, Cæſar coronam venatori miſit: muſſitantibus cun...d rei eſſet, quod homo ignauiſſimus coronaretur. Galienus ...onem dici iuſſit. Taurum toties non ferire difficile eſt. Lu...gnificauit, graue diſcrimen eſſe, toties tauro occurrere, et...on ferias. *Trebellius Pollio.*

## ❡ Sententiæ Historicæ.

Nihil in rebus humanis inæqualius eſſe duco, quam & fortem ...uum æqualibus præmiis ornari. *Xenoph. de Cyri inſt. libro 2.*

...il non aggreſſuri ſunt homines, ſi magna conantibus magna ...mia præponantur. *Liuius, decad. 1. li. 4.*

...laboris milites ſemper, euentu belli, præmia petiuerunt. *Ca...lib. 2. de bello ciuili.*

...i malos præmia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito ...it. *Salluſt. in fragm. hiſt.*

...m ſecum animus præmia reputat, ſimulq; immenſa pecunia ...rmia animo obuerſantur, cedet fas & ſalus aliorum: *Tacit. ...lib. 15.*

...mia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. *Plin. ſe... in panegyr.*

...anda eſt paupertas eorum hominum, qui diu reipub. viuen... pauperes ſunt & nullorum magis. *Fl. Vopiſc. in Claudio.*

...rantes in ſtadio numeroſior corona glorificat, & Olympicos ...palma frequens nobilitat: ſic vel in leuibus rebus glorioſior ...r cui frequenter præmia referuntur. *Caßiodor. lib. 8. epiſt. 22.*

...emiis magnorum etiam virorum animi excitantur. *Arn. Fer...*

## ❡ Similitudines.

*...egor. Nyſſen.* Vt agriculturæ finis eſt frugum perceptio: ædifi...ionis ædium eſt habitatio, & nauigationis diuitiæ certaminis co...: ſic virtuoſæ vitæ finis eſt, vt ſeruus Dei & ſis, & vociteris. *in ...pta Moſaica vitæ exarratione.*

*Demoſth.* Vt ſi quis grauia ſupplicia ſceleribus conſtituat, ipſe ...dem minime iniuriam facere paratus eſſe videtur: Sic ſi quis ho...s & præmia benemeritorum tollat, ipſe nihil boni facere para... videbitur. *in orat. ad Leptinem.*

*...er.* Vt nec domus nec reſpublica ratione quadam & diſcipli... deſignata videatur, ſi in ea nec recte factis præmia extent vlla, nec ...plicia peccatis: Sic mundi diuina in homines moderatio profe...nulla eſt, ſi in ea diſcrimen nullum eſt bonorum ac malorum, *li. ...de Nat. Deor.*

*...terod.* Eleganter Xenophon in Oeconomici, prodidit, cætera ...que animantia duabus rebus potiſſimum adduci ad obtempe...dum cibo, ſi quod fuerit abiectius: aut delinimento, ſi genero...velut equus: & plagis, ſi contumacius, velut aſinus. At homo ...m ſit animal omnium generoſiſſimum, non tam minis ac ſup...ciis cogi, quam præmiis oportebit ad officium inuitari legibus. *...de inſtitut. Principis.*

*Theiueri.* Corpus alimento, animus vero nutritur laude hono...bus & præmio *in apoph. 72.*

# Præſumptio.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRæſumptio, Græce, τόλμημα, ατος, τό, vel τόλμα, ης, ἡ, dicitur. Eſt autem præſumptio aliquando in bono, quaſi præ aliis ſumptio: & nonnunquam in malo. *ſecun. B. Th. ſecunda Secundæ. qu. 21. art. 2.*

Præſumptio in malo dicitur immoderatio ſpei dupliciter: ſupra vires proprias, vel contra iuſtitiam Dei. *Prima* opponitur magnanimitati. *Secunda* vero eſt ſpecies blaſphemiæ in Spiritum ſanctũ. *Prima* oritur ex inani gloria, *Secunda* ex ſuperbia.

## ❡ Biblici Loci.

Præſumptio ſancta, *Epheſ. 3, 12.* Præſumptio inanis damnatur, *Prou, 26. 12. & 29. v. 25. 26. Gal. 6. 3.*

## ❡ Sententiæ Biblicæ.

Cum audace ne eas in deſertum, quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis. & vbi non eſt adiutorium, elidet te. *Eccl. 8.*

Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. *idem. 9.*

## ❡ Sententiæ Patrum.

Præſumunt Prælati, non debere ſe reprehendi, vel accuſari, pro eo, quod canones non eos paſſim conſtituunt accuſandos: quod tantum negatur ſolis criminoſis, cum deprehendendo veritas ipſa conſtituat: Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c. *Aug. Soliloq. 8. & habetur 2. q. 7. Can. Præſumunt.*

Aliter aliquid ſapere, quam res ſe habet, humana tentatio eſt. Nimis autem amando ſententiam ſuam, vel inuidendo melioribus, vſq; ad præſcindendæ communionis, & condendi ſchiſmatis vel hæreſis ſacrilegium peruenire, diabolica præſumptio. In nullo autem aliter ſapere, quam res ſe habet, angelica perfectio eſt, Vita itaque homines ſumus, ſed ſpe angeli ſumus, qui æquales in reſurrectione futuri ſumus. Quamdiu ergo non habemus perfectionem angeli, non habeamus præſumptionem diaboli. *Idem de baptiſmo contra Donatum, lib. 2.*

Multos impedit à firmitate præſumptio firmitatis. Nemo erit à Deo firmus, niſi qui à ſeipſo ſentit ſe infirmum. *Idem de verb. dom. ca. 14.*

Nulla præſumptio pernicioſior, quam de propria iuſtitia aut ſcientia ſuperbire, *Idem ſuper illud Eccl. 7. Non te iuſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis eſt.*

Quantalibet doctrina mens polleat, grauis imperitia eſt, velle doceret ſapientiorem. Immenſa enim præſumptio, à ſeniore ſibi reuerentiam exigere, ſilentium imperare meliori.

Omni culpa grauius de commiſſo vitio ſuperbire. Nam quamuis de virtute naſci elatio ſoleat, nonnunquam tamen ſtulta mens perpetrata nequitia ſe exaltat. *Greg. li. 6. Moral.*

Lumen intelligentiæ humilitas aperit, ſuperbia abſcondit. Nam ſecretum quoddam pietatis eſt, & tanto minus animus ad id peruenit, quanto magis intumeſcit, quia eo ipſo foras repellitur, quo minus inflatur. *Idem lib. 25. Moral.*

Quia prima ſtultitia angeli elatio cordis fuit, vera ſapientiæ hominis efficitur humilitas ſuæ æſtimationis, quam quiſquis vel magna ſapiendo deſerit, eo ipſo vehementer deſipit, quo ſemetipſum neſcit.

In præcipitium pedem porrigit, qui menſurarum ſuarum limitatem non attendit. Et plerunq; amittit quod poterat, qui audacter ea, quæ pertingere non valet, arripere feſtinat.

Pia Conditoris diſpenſatione agitur, vt de ſe confidens anima diſpenſatoria tentatione pulſetur, quatenus infirmata quid ſit, inueniat, & præſumptionis propriæ faſtum deponat. *idem li. 28. Moral.*

Humiles cœlum petunt, dum ſe in terram deiiciunt. Superbi infima petunt, dum deſpiciendo cæteros quaſi altioribus extolluntur. Illi, dum ſe deſpiciunt, cœleſtibus iunguntur. Iſti dum ſe erigunt, à ſuperioribus diuiduntur. Atque (vt ita dixerim) illi ſe eleuantes deprimunt, iſti eleuanter deprimentes. *Gregor. libr. 23. Moral.*

Præſumptoſus primus in conuentibus reſidet, in conſiliis primus reſpondet, non vocatus accedit, non miſſus ſe intromittit, reordinat ordinata, reficit facta, quidquid ipſe non fecit aut ordinauit, nec rectum factum, nec pulchre æſtimat ordinatum, iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis. Si, cum tempus aduenerit, non promoueatur ad prioratum, ſuum abbatem aut inuidum iudicat, aut deceptum.

Quomodo

Quomodo præſumptuoſus culpam ſuam confitebitur, qui neceſſe putat, nec putari culpabilis patitur: propterea cum culpa ei imputatur, creſcit, non amputatur.

O ſuperba præſumptio! præſumptuoſa ſuperbia quæ non ſolum angelos Deo voluit adæquare, ſed homines præſumpſit deificare. Porro quos erexit, depreſſit, & quos exaltauit, humiliauit. Hæc turrim euertit, linguam confudit, Goliath proſtrauit, Aman ſuſpendit. *Bern. de 12. gradib. humilitatis.*

Alios ſuperbia non excedas, elationis pennas non erigas. *Iſidor. ſoliloq. li. 2. c. 15.*

Superbus venit inſtituere, antequam inſtituatur, alios inſtituere cupit, & docere, antequam diſcat: priuſquam erudiatur, promulgare vult leges: & antequam diſcat ordines ſyllabarum, philoſophari incipit: priuſquam ſubiiciatur, vult habere ſubiectos: & antequam maiorum iuſſis obtemperet, eripit iubentis officium: & antequam inſtruatur, inſtruere ac mouere vſurpat. *Caſſ. li. 1.*

Plerisq; euenit, vt dum fratribus præeſſe feſtinant, nunquam ſenioribus ipſi ſubiiciantur, & a ſuperbia inchoantes, dum alios inſtruere cupiunt, nec diſcere ipſi, nec agere ea, quæ ſunt docenda mereantur. Oſtentationis nota non caret, qui ſe ingerit, ſed qui inuitatur. *idem in collatione Danielis.*

Omne malum execrabilius redditur, quando publica præſumptione tractatur. *in Pſ.*

Conſtat eum de ſe præſumere, qui ad ſacri ordinis cupit faſtigia peruenire: Merita enim ſuggerunt bonæ apparentiæ viſus, & qualitate deſiderii poteſt mens honeſta cognoſci. Quis enim palæſtricæ artis ignarus in ſtadium luctaturus introeat? aut quis certamini miſceatur, quod virtutis conſcientia non ſuadetur? In ipſis conatibus ægra langueſcunt, quæ meritorum præſumptionibus non iuuantur, *li. 4. epiſt. 25.*

Cum non ſit noſtrum, quod ſumus, quomodo noſtrum eſt, quod habemus? Stultitiæ genus eſt, vt cum aliis debeas vitæ beneficium, tibi adſcribas ornamenta virtutum. *Val. Epiſc. in quodam ſermone.*

Magnus vnuſquiſque eſſe ſtudeat, ſi tamen aliquo modo eſſe neſciat, nedum ſibi magnitudinem arroganter tribuat, amittat *Greg. in hom.*

Nimium præceps eſt, qui intrare contendit, vt alios cecidiſſe viderit: Et vehementer infrænis, cui non incutitur alio pereunte. *li. de ſing. cler.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Menand.

*Ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.*
*Vir temerarius in vanum laborat currens,*
*Ἀβουλίᾳ γὰρ πολλὰ βλάπτονται βροτοί.*
*Temeritate enim multum læduntur mortales.*
*Ἀνὴρ ἄβουλος ἡδονὴς θηρεύεται.*
*Vir temerarius voluptatem venatur.*
*Προπέτεια πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν.*
*Temeritas multis eſt cauſa malorum.*

Plaut. in Penulo.

*Sine pennis volare haud facile eſt.*

Ouid. de Ponto, lib. 4. Eleg. 11.

*Sed neque prudentem ſedari ſtultior auſim,*
*Verbaque doctorum nota referre tibi.*

Idem de arte amandi, lib. 3.

*Odimus immodicos (experto credite) faſtus,*
*Sæpe tacens odii fœmina vultus habet.*

Catul. Eleg. 3.

*Atqui nec diuis homines componier æquum eſt.*

Iuuen. Satyr. 5.

*Maxima quæque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Imperita ruſticitas plura promittit, & credit ſe ſcire quam neſcit. *Veget. de re militari, lib. 3.*

Aut qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum & ſe cognoſcentem videre in poteſtate quis poterit? *Cic. Rhetori. nouor. li. 4.*

Temeritatis ſubiti & vehementes ſunt impetus, quibus hominum mentes conceſſæ, nec ſua pericula reſpicere, nec aliena facta iuſta æſtimatione proſequi valent. *Val. Max. li. 9.*

¶ SIMILITVDO.

*Senecæ,* Vt in corporibus morbus ſegnitie & laſſitudine præſentitur: Sic infirmus animus, priuſquam opprimatur malis, præſumptionem patitur. *Apud Eraſ.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Rex Perſarum Xerxes* Græcis bellum indixit, cui familiarium vnus dicebat, Græcos aduentum nuntii belli non expectaturos ſed ad primam aduentus famam terga verſuros: alius dicebat: Græciam non vinci, ſed obrui mole exercitus: alius, timendum eſſe, ne vrbes vacuas vel deſertas inuenirent, non habitum regem, vbi tantas vires exercere poſſit: alius dicebat: vix illi naturam rerum ſufficere, anguſta eſſe claſſibus maria, militibus caſtra, explicandis copiis equeſtribus campeſtria, cœlum vix patere ſagittis. Dum in hoc mundū regem æſtimatione nimia ſui furentem offuſcarent, dixit Dema[...]tus: Multitudo iſta, quæ tibi placet, tibi metuenda, [...] permagna nunquam poſſe regi: nec diu durare poteſt, [...] non poteſt. Nihil tam magnum, quod perire non poſſe[...] vt dixit Damaratus. Nam vt fugax animal pauido regreſſu [...] ſuum repetere eſt coactus. Multi enim ignorant vires [...] credunt ſe tam magnos, ſicut audiunt, attraxere ſuperna [...] la, & in diſcrimine peruentura. *Valer. l. 1.*

---

# Preces. Precatio.

¶ LOCI BIBLICI.

Precationum variæ formulæ: Nuptiis benedicendi, Gen. [...] *Ruth.* 4. 11. populo benedicendi, *Num.* 6. v. 23. 24. 25. Regi [...] crandi, 1. *Reg.* 1. 37. ſalutandi & bene precandi, *Ruth.* 2. *Mat.* [...] 28. 9. *Marc.* 11. 6. *Ioan.* 12. 13.

Precibus precari, repetitio eſt Hebraica, pro deuote [...] precari, *Iac.* 5. 17.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Iac. Bill. Anthol. Sac.

*Inter mundanæ mala confligantia vitæ*
*Sæpe quidem Domini corripitur populus.*
*Qui tempeſtatum varia ſua clade laborant,*
*Noſcant ſe iuſti ferre flagella Dei.*
*Atque ipſum toto gemitu planctuque precentur,*
*Vt qua ſcit miſeris auxilietur ope.*
*Non etenim proprio arbitrio curabitur æger,*
*Nec vero leges ipſe dabit medico.*

Curandum eſſe, vt preces noſtræ ab animo puro proficiſcantur.

*Cum pectus gratum eſt, tam ſunt quoque munera gra[...]*
*Viſus Abel primum eſt, poſtea dona, Deo.*
*O quam falluntur, ſua qui iucunda Tonanti*
*Vota putant, cum ſint pectore nata malo.*
*Non ſatis eſt ſerti careant quod puluere flores,*
*Pura legentis enim debet & eſſe manus.*
*Sic quoque non ſatis eſt, quod ſint tua vota pre[...]*
*Ni quoque mens pariter ſit ſine labe tua.*

Non murmurandum eſſe, cum preces noſtræ non ſtatim exaudiuntur.

*Cum gladios, cum caſtra Saul, cum cerneret hoſtes,*
*Attonitus fertur conſuluiſſe Deum.*
*Cum nullam conſulta darent oracula vocem,*
*Conſilium a Stygio perfidus hoſte petit.*
*Huic ſimilis dici poſſit, quicunque Tonanti*
*Vota quidem, patitur dum mala nulla facit,*
*At niſi quamprimum fugiant aduerſa relicto*
*Numine mox vetitam perditus orat opem.*

Vt preces noſtræ Deo gratæ ſint, carnis mortificationem adiungendam eſſe.

*Et precibus ſanctis quonam ſolatio, quænam*
*Exiſtant fructus, nemo referre poteſt.*
*At tua ne fructus pede claudo vota ſequatur,*
*Fac tua cum vitiis vt caro morte cadat.*
*Ara duplex templi quondam hoc ſine voce docebat,*
*Thus vna, at cæſas altera habebat oues.*
*Obtulit hic cæſas pecudes, qui membra necauit,*
*Qui pia vota facit thus dedit ille Deo.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates*, nihil vltra petendum à Diis immortalibus [...]tur, quam vt bona tribuerent, quoniam ii demum ſcirent, quid cuique eſſet vtile, nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentem errorem cæcas precationes tuas ſparpis? Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: [...] concupiſcis, qui plures peſſum dederunt: regna tecum [...] quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur. Splendidis [...] iugiis iniiciis manus: at hæc vt aliquando illuſtrant: [...] quam funditus domos euertunt. Deſine igitur ſtulta futuris [...] rum tuorum cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teque [...] cœleſtium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona [...] li ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt. *Val. Maxim.* [...] *pit. 2.*

*Bias*, eos, qui ſibi mentem à Deo bonam largiri precarentur, nec tamen diſciplinam capeſſerent: parum cordatos eſſe dicebat. Quando neque vt pictor quiſq; bonus euadat, dari ſibi a Deo [...] nos colores, & lineam exoptat, quin magis artem perdiſcit. [...] ut nec vocis proficit, qui muſicus eſſe cupit, niſi artem [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…nihil prodeſt, circa preces occupari, niſi recte viuendi ſtu-
…Stob.

…aliquando cum impiis ac ſceleroſis hominibus naui vehe-
…quum omnes periclitarentur impiis Deorum opem im-
…: Silete, inquit Bias, ne Dii vos nebulones hic naui
…. Deus autem impiorum precibus irridatur magis
…, quam ad opitulandum flectitur. *Laertius libro* 1.

…*rus*, multum eos damnari debere aiebat, qui longis
…Deum fatigarent, eamq; peterent, quæ peti ab eis ho-
…nollent. Rogandumq; ſolum de eis Deum eſſe, quæ
…moleſte homines ferrent, etiamſi ab omnibus intelligan-
…bat etiam, ita cum hominibus homines viuere debere, nō
…Deus eorum ſemper actiones intueretur. Hoc autem
…carpebat, qui iniuſta à Deo peterent: & ipſi ſibi, quo
…exaudirentur, impedimento eſſent. *Fulgoſ. libr. 7. ca 2. ex Se*
…*Verba hæc ſunt epiſt.* 10. Tunc ſcito (*inquit Athenedorus*)
…omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perueneris, vt nihil
…roges, niſi quod rogare poſſis palam.
…ſi quando Diis ſupplicarent, ſumma deprecationis hæc
…Dii immortales bonis nihil aliud adderent, quam honeſta,
…nihil. Non aliud petebant virtutis præmium, quam hone
…, cum multa alia ſint aliarum gentium vota: non ſolum
…quia, verum etiam inutilia nonnunquam & turpia à Diis
…*Plut. in Lac.*

## ❡ Similitvdines.

…*thymiama* bene confectum delectat hominem adorantem:
…iuſti ſuauis eſt ante Deum. *Chryſoſt. in cap, Matth.* 6. *ho-*

…Medici pecuniis: Deus autem ſola oratione placatur. *In*
*Matth.*
…*fides*: Sic ſtercore manus atque cœno illitas haberes, aude-
…ſordidus orare? Minime, inquies: atqui hoc tibi nullum
…inferret. Illud omnium peſte pernicioſius eſt: ſcilicet cum
…manus homicidio, operationibus malis, os maledictione,
…, contumelia, iracundis verbis atq; obſcœnis, diſſolu-
…atq; ſcurrilitate. *Homil.* 12. *in Matth.*
…*pedes tuos* ſtercore ſordidatis manibus ſupplicando terge-
…modo non exaudires: verum etiam calcibus expelleres.
…modo igitur audes tu hoc modo orare? Nam qui orat, quaſi
…lingua vtitur, qua genua Dei ſupplicando attingit. Nolite i-
…maculare, ne Deus ad vos dicat: Si multiplicaueritis de-
…, non exaudiam vos, Vita enim & mors in manibus
…*Hom.* 52. *in Matth.*
…*liberis* operam dediſti legitime, quamuis crimen illud
…orare tamen non audes: conuitiatus rem, & contumeliatus,
…gehennam tibi præparat, antequam teipſum mundes, ma-
…ad cœlum tollis: dic quæſo, quomodo non inhorreſcis? Quod
…contaminato lecto reſurgens, times ad orandum accedere:
…Diaboli lecto ſis: cur horribile Dei nomen audes inuocare?
…quippe lectus eſt omne conuitium, ita, quaſi pernicioſus
…adulter, occulta voluptate cum animo adulteratur, & ex
…ſperma e diabolicas inimicitias parit, contraq; matrimo-
…omnia, eos qui pacis vinculo in vnum coarctantur, in
…dirimit partes, Cum matrimonium in vna duos carne con-
…coniunctos ſolum diſſeparat, ſed etiam ipſum animum
…lacerat. Quare vt libere Deum adire poſſis, coniunctio-
…atq; adulterium furoris, quaſi rabidum canem procul a-
…extermina. Sic Paulus etiam iuſſit: Leuantes puras manus
…diſceptatione. *hom.* 57. *in Matth.*

*Qui orans ieiunat*, binas poſſidet alas, quibus ventos ipſos vo-
…præteruehitur: non enim oſcitat, non extenditur, nec torpet
…, ſed igne ardentior, & terra ſuperior: quare terribilis hoſti-
…redditur. Nihil enim homine probo orante potentius. Nam ſi
…crudelem dæmonibus indicem, qui nec Deum timebat, nec
…hominem reuerebatur, flectere potuit: multo magis propitium
…faciet, qui continuæ orationi adhæret, ventrem ſuperat, de-
…ſpernit. *hom.* 58. *in Matth.*
*Sicut magiſtrum* audiens balbutientem, & ſingulas literas di-
…, non eum ignorare dicis, cum interrogat, vbi ſit illa litera,
…quia non ignorans interrogat, ſed diſcipulum volens inſtituere:
…Deus non opus habens oratione orabat: ſed te volens inſtitue-
…aſſiduus ſis ad orationem, vt ſobrie cum vigilantia ores: vigi-
…, cum intelligis, ad quem loqueris, quando mente ea per-
…*Homil.* 27. *in Epiſtolam ad Hebræos.*
*Quemadmodum* ſol lucem præbet corpori: Sic animæ lumen eſt
…*De diuerſis.*
*Sicut cæco* damnoſum eſt non intueri ſolem: Sic & multo gra-
…damnum Chriſtiano homini, non aſſidue deprecari. *De di-*
*uerſis.*

*Non ſecus* ac nauem & domum ea, quæ ſubſtrata ſunt valli-
dam reddunt, ac ne ſoluatur, continent: ita noſtram vitam orandi ſtudium continet, & vndique firmam reddit, adeo vt abſque hoc nihil boni contingat ad ſalutem conducens. *De diuerſis.*

*Sicut arbores* non valent fructus producere, niſi bibant humorem radicibus. Sic nec nos pietatis fructibus poterimus eſſe grauidi, niſi precibus irrigemur. *De diuerſis.*

*Quemadmodum* prædones & facinoroſi, conſpicientes gladium militis in caput ſuum vibrari, reſiliunt: Sic maligni Spiritus conſpicientes communitos deprecatione, illico reſiliunt. *De diuerſis.*

*Vt cum aſſiſtens* terreno regi, omnibus modis molitur, vt plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, non ſolum ſpecie capitis, ſed totius corporis compoſitione, quo per maiorem erga eum illius beneuolentiam conciliet: Sic nos in oratione vndequaq; compoſiti, præſertim intus. *De diuerſis.*

*Si hic*, qui loquitur cum terreno rege, de his tantum mentionem facit, quæ voluerit libenter audire dominus: Multo magis coram omnium domino, de ſalute animæ poſtulandum, &c. *De diuerſis.*

*Quod venatori* cuſpis vel gladius, hoc preces homini afflicto: non tam lupis terribiles gladii, quam dæmonibus preces iuſtorum Hominum, quos valde exulcerauimus, iræ quieſcunt, ſi diluculo, meridie, veſperi, apud eos comparemus, & cum eis humili & continua conſuetudine conuerſemur: magis multo apud Deum, ſi frequens fueris in oratione, licet indignus, dignus tamen eris diutina familiaritate. *De diuerſis.*

*Sicut corpus* per neruos ſibiipſi cohæret & compaginatum currit, & ſtat, firmum eſt, viuit: ſi autem quis neruos amputet, omnem harmoniam corporis ſoluit: Ita animæ præſtantes in orando firmę ſunt, curſum pietatis facile currunt. Si autem auferantur eis precationes, perinde eſt, ac ſi piſcem ex aqua traxeris, vt illi vita, aqua: ita animæ preces. *De diuerſis.*

*Templa* Chriſti homines ſunt. Vt auro, argento, gemmis, domus regiæ extruuntur: Ita oratione templa Chriſti, vt inhabitet in cordibus veſtris *De diuerſis.*

*Vt athleta* a palæſtra ad coronam currit: Ita bonus ad orationem. Vt reginam ingredientem vrbem omnes diuitiæ comitantur: Ita oratio, quæ in animam intrat, omnes virtutes ſibi ſociat. *De diuerſis.*

*Vt arbores*, quæ radicem altius miſerint, quamuis ſummum venatorum excipiant impetum, non frangi aut euelli poſſunt: Sic orationes, quas animus Deo ſuo reddiderit, perquam tute affixæ, efferunt ſeſe in excelſum, nulloq; peruertuntur aggreſſu cogitationum. *De diuerſis.*

*In tranquillitate es*: ora Deum, vt ipſa tibi tranquillitas ſtabilis maneat. Tempeſtatem vides grauem: ora Deum, vt auertat ipſam, & ex ipſa tranquillitatem faciat. Exauditus es: gratias age, quod exauditus es. Non exauditus es: perſeuera, vt exaudiaris: Et ſi differt aliquando Dominus, non id odio facit, neq; te auerſatur, ſed differendo, diutius te ſecum ſeruare vult: Sicuti & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud ſe detineant, quos deſides vident, dedita opera morantur aliquid daturi. *Homil. de profectu Euangelii.*

*Quemadmodum* nullo pacto fieri poteſt, vt qui ſolis radiis fruitur, non effugiat tenebras, Ita nulla ratione fieri poteſt, quin qui cum Deo conſuetudinem agit, deſinat eſſe mortalis: ſiquidem ipſa dignitatis ſublimitas nos ad immortalitatem transfert. Etenim ſi qui cum Cæſare miſcent ſermones, familiariterque cum eo verſantur, & hoc honoris ab illo ſunt adepti, non poſſunt eſſe pauperes: multo minus fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales. *li.* 1. *de orando Deum.*

*Quemadmodum* corpus hoc noſtrum, ſi non adſit anima, profecto mortuum eſt ac fœtidum: Sic anima, niſi ſeipſam incitet ad orandum, mortua eſt ac miſera, & grauiter olens. *libr.* 1. *de orando Deum.*

*Quemadmodum* alii quidam Reges incolumitatis ſuæ ſpem ponere conſueuerunt in militum peritia, & arte belli gerendi, in ſagittariis, in cataphractis, in equitibus. Ita magnus ille Dauid ſanctis precibus mœnium vice ſuum cinxit exercitum, nequaquam reſpiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neque pecunias colligens, nec arma comparans, ſed orando diuinam armaturam è cœlo deportans. *Libro primo de orando Deum.*

*Quemadmodum* in coronis non ſat eſt flores eſſe puros, niſi pura ſit & manus eas contexens: Sic & in ſacris hymnis oportet non verba tantum eſſe pia, verum etiam animum hymnos concinentem, At is mihi impurus eſt, vacuæ fiduciæ, vtpote multorum plenus ſcelerum. *Hom.* 4. *cum presbyter eſſet deſignatus.*

*Quemadmodum* ignis extergit æruginem: Sic preces peccatorum noſtrorum ſordes expurgant. *Apud Anton. parte prima, ſermon.* 46.

*Thalaſſii.* Vt continentia & charitas purificant cogitationes:
Ita

Ita omnem ſuperbiam tollunt contemplatio, precumq; puritas. *Ad Paulinum presbyterum.*

*Auguſtini.* Quemadmodum ſerpentis quoddam genus cum it ad bibendum, priuſquam ad fontem venit, omne venenum euomit: Ita Chriſtianus cum ad orandum accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat. *Ad Iulanum comitem de perfecta iuſtitia.*

*Abſolonis.* Vt incenſum, quum inceditur, flammam, fumum, odorem ex ſe mittit: Ita oratio Deo grata, fumum compunctionis ob peccata, flammam charitatis ob amorem cœleſtium odorem deuotionis per aſcenſionem mentis in Deum. *libro de dedicatione Eccleſiæ.*

*Bernardi.* Oratio ſimilis turturi, meditatio vero columbæ, quæ dulces querimonias ſubmurmurant in foramina petræ. *Serm. de diſcipulis euntibus in Emaus.*

*Bedæ.* Sicut iuxta Dei ſententiam, vulneri medicamentum, ſi adhuc ferrum in eo manet, non proficit: Ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore. *in natali innocentium martyrum.*

*Laurentii Iuſtiniani Patriarchæ.* Veluti ex ſonora vocum dulcedine pſalterii vel organi docta agnoſcitur artificis manus, & ex verborum ornata prolatione doctoris patet facundia: Sic effectibus variis orationis illius percipitur excellentia, *In ligno vitæ, c. 2. de orat.*

*Vt mens cibi* auiditate laxata, perdit orationum vigorem, dum carnis nimia laſſitudine prægrauata compellitur dormitare: Ita rurſum nimietate voracitatis oppreſſa emittere ad Deum preces ac laudes non poterit. Nam per indiſcretionis exceſſum debilitatum quemlibet ad illum ſtatum vocari neceſſe eſt, in quem negligens per incuriam deuenit. *lib. de Ligno vitæ, c. 3.*

*Quemadmodum* qui terram colit, ſolerter ſentes debet eradicare, vt vberiores valeat colligere fructus: Ita qui concupiſcit dulcedinem deuotionis in oratione guſtare, ſummopere ſtudeat ipſius impedimenta declinare. Quia fruſtra currit ad portum orationis, quiſquis illi aduerſantia non tota intentione refugit. Multa enim ſunt orationis impedimenta. *In ligno vitæ, cap. de orati*

*In rebus* humanis ille ſagacior prudentiorq; cognoſcitur, qui in agendis negotiis propriis vel alienis ſeruato modo, loco ac tempore, opus arreptum ad finem ducit. Æque in ſpiritualib. fatendum eſt: & præſertim in orationis actu. Quia quanto eſt excellentior actio tanto prudentius debet fieri *in ligno vitæ, ca. 9.*

*Quemadmodum* preces, quæ attente à puro animo funduntur, à Domino reportant quod petunt: Ita deſpiciuntur leues, diſſidentes, inutiles, ac ſeculi curis anxiæ, rebus temporalibus implicitæ, ac bonorum operum fructibus infœcundæ, *In ligno vitæ, capit. 9. de orat.*

*Quemadmodum ignis,* quanto magis in vnum colligitur, tanto amplius nutritur, & flammas euaporans ſurſum impetuoſius erumpit: Ita & mens, cum diutius intra ſe commorata fuerit, & ardentius per amoris incendium vrit in ſe, & per deſiderium eleuatur in Deum; Sed ſi tunc verba quædam protulerit, tota ignita, ſapientiç nectare condita, at veritatis ſplendore irradiata, & diuinarum laudum ſuauitate plena erunt. *De diſciplina & perfectione monaſtica, cap. 15.*

*Bernardi Iuſtiniani.* Quemadmodum caput ac lingua implorat auxilium pro reliquo corpore, ſe non mouente: Ita principis oratio placare Dominum, quamuis populus aliis intendat. *In vita Laur. Iuſtin,*

*Thriueri.* Vt duplex eſt calida & frigida aduerſus venenorum malignitatem alexipharmacorum differentia: Ita aduerſus tentationem omnem oratio, & patientia ſunt remedia. *In Apophthegm.* 218.

*Obiter* cum illis ſermonem ſolemus facere, quos contemptim alloquimur: Nec admodum erga Deum afficitur, qui aliud cogitat, aliud loquitur *in apoph. 75.*

*Principibus* iam diligẽter facimus ſupplices literas, quam verba: Cur ergo negligentius oramus Deum abſentem, quem, ſi daretur, conueniremus præſentes? *in apoph.* 109.

*Qui hoſtem* oculis obſeruat, nullas patitur inſidias: Et qui in precibus aſſiduus eſt, nulla frangitur tentatione. *in apoph.* 110.

*Illiberale* eſt petere, quod eſt iniquum: illiberalius eſt, recuſare, quod eſt æquum & honeſtum. Sacrilegus igitur, & infideli deterior, qui æquum orat & dubitat. *in apoph.* 122.

*Nunquam* bonus vir detrectabit alteri dare iuſtum conſilium: Nec fieri poteſt, vt Deus precantibus vſquam ſuum neget oraculū. *in apoph.* 125.

¶ FABVLA.

Camelus.

Camelus repanda à Ioue petebat, vt cornibus armaretur. Cuius ille ſtolidis precib. irriſis, etiam aures mutilauit, vt non ſolum inermis ſed etiam deformis de cætero eſſet.

Docet fabula, ineptis precibus Deum non eſſe fatigandum.

Serpentum renouatio.

Veniſſe olim humanum genus ad Iouem ferunt [...] illo, aliquod vt remedium repellendæ ſenectæ ſibi im[...] mis enim paucos annos valere atque vigere hominem [...] cium vel ad virtutis curſum perficiendum, vel errata [...] corrigenda ſuppetere. Quod ſi ſenib. inſtauraretur ad[...] turum, multo vt meliorib. hominibus vteretur. A[...] dicib. & quandam medicinam confecit illis ſenectæ [...] tam tribuit. Hanc diſcedentes aſino ſarcinam impon[...] uertuntur. Tempus erat tempeſtiuum, & omnia [...] grabant. Magna igitur atq; intolerabili ſiti corrip[...] te nemus opacum præteriens, ſtatuit in illud deflect[...] lulum acquieſcere. Ingreſſus, fontem ibi inuenit, [...] delectatus, ſiccas fauces aquæ cupidiſſime intendere, [...] velle guttur aridum atq; feruens. At ſerpens cuſtos [...] corpore prouoluitur, & os ſæuum oculoſq; infeſtos [...] tendens, micante lingua ſe illi copiam vndarum fa[...] to negat. Aſinus ita erat ſiti enectus, vt corii particulam [...] tur recuſaturus impendere pro potu. Rogat igitur [...] ſcat. Sarcinam inquit ſerpens, tradito. Cape ſane, inquit [...] nimi & onere me inſuper liberaris. Senectæ igitur medic[...] ſerpens, in conſilium & conuentum ciuium deſert [...] vacuus ad homines. Illi ſarcinam requirunt, hic amiſſ[...] rat, Tum ingens dolor omnes corripuit, neq; Iupiter [...] medicinam velle, neq; ipſi recuperare, à ſerpentib. poſſe [...] exuuiis veterib. poſitis iuuentam induunt ſerpentes, [...] minibus beſtiæ. Homines memores accepi mali & [...] aſino, delicias faciunt verberando miſerum animal.

Docet fabula inuerecundas preces, ſi maxime exaud[...] mines putent, fere tamen in ipſorum perniciem conuer[...]

*Vide ſupra Oratio.*

# Princeps.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG[...]

PRinceps, Græce ἀρχὸς ὁ, ὁ & ἀρχὴ, ῆς, ἡ, principatus [...] ceps aliquando primum ſignificat, & eſt adiectiuum. [...] *Qui gradus inter eos princeps habebatur.* Aliquando [...] tem. Vnde ciuitatis princeps dicitur, qui Rempubl. admin[...]

Princeps dicitur, quaſi primum caput A quo princip[...] cipale, & principatum.

Hebræi variis nominib. principem deſignant 1. Nag[...] princeps, præcipuus, eximius, qui coram populo eſt, [...] quid ſit faciendum à verbo *Naghadh*, indicauit coram, [...] uit, & cum digito repræſentauit, *Neghidhim*, duces princip[...] *vlt. & Prou. 8. 6. Neghidhim* pro rebus præcipuis & [...] tur *Naſi*, princeps prælatus, perſona ſuper alios eminens, à [...] *Naſa*, leuauit, cuius paſſiuum *Niſſa*, ſignif. eleuatus eſt [...] vt in clypeis, curribus, equis viri principes attollebantur. [...] Principes, Excelſi, Eminentes viri, atq; velut ex alto c[...] bus imperantes. III *Roſch* caput, capitaneus, metaphor[...] us, ſummus, qui eſt caput & initium alicuius rei. [...] primus, prior, anterior, *Iob. 15. 7. Eſa. 44. Riſchonim.* [...] principium, initium, *Gen. 1. 1. Moraaſſchoth*, Ceruicalia [...] tur ſub capite, & ornamenta capitis, vt cidaris tiara, diad[...] na. Pauperum Hebræi vocant & *Raſch*, à verbo *Roſch*. [...] principem à paupere diſcernit? certe mors ſceptra ligon[...] IV. *Sar* princeps, dux, primas, ſuperior, *Exod. 2. 14. 2. Reg.* [...] 10. & vlt. *Sarim*, princeps, *Pſ. 148. 11. Sarah*, domina, [...] *Saroth*, dominæ principes mulieres, 1. *Reg. 11, 3.* Nomen [...] ham, *Sarah Gen. 17. 14. Sar.* deducitur à verbo *Sarar* Princeps [...] principem egit, principatu functus eſt ſuperior fuit, [...] 8. 16. *Eſther* 1. & vlt. *Oſe.* 12. 4.

Alias primatum, principum, magiſtratuum nomina [...] indicata ſunt.

Princeps dicitur, qui aliquot, vrbes ſeu ciuitates ſub ſe tenet & poſſidet dictus princeps, quaſi primum caput, & princ[...] dominatus, vel imperium Regna autem dicuntur, integræ regio[...] nes, quæ à rege poſſidetur. Hinc reges à regionib. poſſeſſis [...] ta Gallia regnum, & dicitur rex Galliæ, qui præſidet ei: [...] hemiæ, Vngariæ, Poloniæ, &c. dicuntur & principes [...] ciuitatis, qui Rempublic. adminiſtrant, Nonnunquam Princi[...] pes vocantur domini, ſic Auguſtus primus, Nero princeps, [...] princeps notatur. Vnde principatus deriuatur pro dominatu, [...] cis ἀρχὸς dictus, & ἀρχὴ principatus: vocatur & Imperator prin[...] ceps, *ff. de conſtitut. princ. per totum.* princeps, id eſt, primum [...] cum tenens, *Extra de elect. capit. cupientes in pan. lib. 6. &* [...] *Ioan, Andr. C. de principibus agen. in rebus. lib. 12.* Princeps [...] uina ordinatione ad regendum populum inſtituitur, [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quomodo præſumptuoſus culpam ſuam confitebitur, qui neceſſe putat, nec putari culpabilis patitur: propterea cum culpa ei imputatur, creſcit, non amputatur.

O ſuperba præſumptio! præſumptuoſa ſuperbia quæ non ſolum angelos Deo voluit adæquare, ſed homines præſumpſit deificare. Porro quos erexit, depreſſit, & quos exaltauit, humiliauit. Hæc turrim euertit, linguam confudit, Goliath proſtrauit, Aman ſuſpendit. *Bern. de 12. gradib. humilitatis.*

Alios ſuperbia non excedas, elationis pennas non erigas. *Iſidor. ſolilog. li. 2. c. 15.*

Superbus venit inſtituere, antequam inſtituatur, alios inſtituere cupit, & docere, antequam diſcat: priuſquam erudiatur, promulgare vult leges: & antequam diſcat ordines ſyllabarum, philoſophari incipit: priuſquam ſubiiciatur, vult habere ſubiectos: & antequam maiorum iuſſis obtemperet, eripit iubentis officium: & antequam inſtruatur, inſtruere ac mouere vſurpat. *Caſſ. li. 1.*

Plerisq; euenit, vt dum fratribus præeſſe feſtinant, nunquam ſenioribus ipſi ſubiiciantur, & à ſuperbia inchoantes, dum alios inſtruere cupiunt, nec diſcere ipſi, nec agere ea, quæ ſunt docenda mereantur. Oſtentationis nota non caret, qui ſe ingerit, ſed qui inuitatur. *idem in collatione Danielis.*

Omne malum execrabilius redditur, quando publica præſumptione tractatur. *in Pſ.*

Conſtat eum de ſe præſumere, qui ad ſacri ordinis cupit faſtigia peruenire: Merita enim ſuggerunt bonæ apparentiæ viſus, & qualitate deſiderii poteſt mens honeſta cognoſci. Quis enim palæſtricæ artis ignarus in ſtadium luctaturus introeat? aut quis certamini miſceatur, quod virtutis conſcientia non ſuadetur? In ipſis conatibus ægra langueſcunt, quæ meritorum præſumptionibus non iuuantur, *li. 4 epiſt. 25.*

Cum non ſit noſtrum, quod ſumus, quomodo noſtrum eſt, quod habemus? Stultitiæ genus eſt, vt cum aliis debeas vitæ beneficium, tibi adſcribas ornamenta virtutum. *Val. Epiſc. in quodam ſermone.*

Magnus vnuſquiſque eſſe ſtudeat, ſi tamen aliquo modo eſſe neſciat, nedum ſibi magnitudinem arroganter tribuat, amittat *Greg. in hom.*

Nimium præceps eſt, qui intrare contendit, vt alios cecidiſſe viderit: Et vehementer infrænis, cui non incutitur alio pereunte. *li. de ſing. cler.*

### ❡ Poeticae Sententiae.

Menand.

Ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.
*Vir temerarius in vanum laborat currens,*
Ἀβουλίᾳ γὰρ πολλὰ βλάπτονται βροτοί.
*Temeritate enim multum læduntur mortales.*
Ἀνὴρ ἄβουλος ἡδονῆς θηρεύεται.
*Vir temerarius voluptatem venatur.*
Προπέτεια πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν.
*Temeritas multis eſt cauſa malorum.*

Plaut. in Penulo.

*Sine pennis volare haud facile eſt.*

Ouid. de Ponto, lib. 4. Eleg. 11.

*Sed neque prudentem ſedari ſtultior auſim,*
*Verbaque doctorum nota referre tibi.*

Idem de arte amandi, lib. 3.

*Odimus immodicos (experto credite) faſtus,*
*Sæpe tacens odii fœmina vultus habet.*

Catul. Eleg. 3.

*Atqui nec diuis homines componier æquum eſt.*

Iuuen. Satyr. 5.

*Maxima quæque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.*

### ❡ Sententiae Philosophorum.

Imperita ruſticitas plura promittit, & credit ſe ſcire quam neſcit. *Veget. de re militari, lib. 3.*

Aut qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum & ſe cognoſcentem videre in poteſtate quis poterit? *Cic. Rhetori. nouor. li. 4.*

Temeritatis ſubiti & vehementes ſunt impetus, quibus hominum mentes conceſſæ, nec ſua pericula reſpicere, nec aliena facta iuſta æſtimatione proſequi valent. *Val. Max. li. 9.*

### ❡ Similitudo.

*Senecæ*, Vt in corporibus morbus ſegnitie & laſſitudine præſentitur: Sic infirmus animus, priuſquam opprimatur malis, præſumptionem patitur. *Apud Eraſ.*

### ❡ Exempla Historica.

*Rex Perſarum Xerxes* Græcis bellum indixit, cui familiarium vnus dicebat, Græcos aduentum nuntii belli non expectaturos ſed ad primam aduentus famam terga verſuros: alius dicebat: Græciam non vinci, ſed obrui mole exercitus: alius, timendum eſſe, ne vrbes vacuas vel deſertas inuenirent, non habitum regem, vbi tantas vires exercere poſſit: alius dicebat: vix illi naturam rerum ſufficere, anguſta eſſe claſſibus maria, militibus caſtra, explicandis copiis equeſtribus campeſtria cœlum vix patere ſagittis. Dum in hoc mundū regem æſtimatione nimia ſui furentem offuſcarent, dixit Damaratus: Multitudo iſta, quæ tibi placet, tibi metuenda, verum permagna nunquam poſſe regi: nec diu durare poteſt, quod regi non poteſt. Nihil tam magnum, quod perire non poſſit, vt dixit Damaratus. Nam vt fugax animal pauido regreſſu ſuum repetere eſt coactus. Multi enim ignorant vitia ſua, credunt ſe tam magnos, ſicut audiunt, attraxere ſuperba[illegible] la, & in diſcrimine peruentura. *Valer. l. 1.*

---

# Preces. Precatio.

### ❡ Loci Biblici.

Precationum variæ formulæ: Nuptiis benedicendi, Gen[illegible] *Ruth.* 4. 11. populo benedicendi, *Num.* 6. v. 23. 24. 25. Regi [illegible]crandi, 1. *Reg.* 1. 37. ſalutandi & bene precandi, *Ruth.* 2. *Mat.* [illegible] 28. 9. *Marc.* 11. 6. *Ioan.* 12. 13.

Precibus precari, repetitio eſt Hebraica, pro deuote [illegible] precari, *Iac.* 5. 17.

### ❡ Poeticæ Sententiæ.

Iac. Bill. Anthol. Sac.

*Inter mundanæ mala conflictantia vita*
*Sæpe quidem Domini corripitur populus.*
*Qui tempeſtatum varia ſua clade laborant,*
*Noſcant ſe iuſti ferre flagella Dei.*
*Atque ipſum toto gemitu planctuque precentur,*
*Vt qua ſcit miſeris auxilietur ope.*
*Non etenim proprio arbitrio curabitur æger,*
*Nec vero leges ipſe dabit medico.*

Curandum eſſe, vt preces noſtræ ab animo puro proficiſcantur.

*Cum pectus gratum eſt, tam ſunt quoque munera [illegible]*
*Viſus Abel primum eſt, poſtea dona, Deo.*
*O quam falluntur, ſua qui iucunda Tonanti*
*Vota putant, cum ſint pectore nata malo,*
*Non ſatis eſt ſerti careant quod puluere flores,*
*Pura legentis enim debet & eſſe manus.*
*Sic quoque non ſatis eſt, quod ſint tua vota preſſa,*
*Ni quoque mens pariter ſit ſine labe tua.*

Non murmurandum eſſe, cum preces noſtræ non ſtatim exaudiuntur.

*Cum gladios, cum caſtra Saul, cum cerneret hoſtes,*
*Attonitus fertur conſuluiſſe Deum.*
*Cum nullam conſulta darent oracula vocem,*
*Conſilium a Stygio perfidus hoſte petit.*
*Huic ſimilis dici poſſit, quicunque Tonanti*
*Vota quidem, patitur dum mala nulla facit,*
*At niſi quam primum fugiant aduerſa relicto*
*Numine mox vetitam perditus orat opem.*

Vt preces noſtræ Deo gratæ ſint, carnis mortificationem adiungendam eſſe.

*Et precibus ſanctis quonam ſolatio, quonam*
*Exiſtant fructus, nemo referre poteſt.*
*At tua ne fructus pede claudo vota ſequatur,*
*Fac tua cum vitiis vt caro morte cadat.*
*Ara duplex templi quondam hoc ſine voce docebat,*
*Thus vna, at læſas altera habebat oues.*
*Obtulit hic cæſas pecudes, qui membra necauit,*
*Qui pia vota facit thus dedit ille Deo.*

### ❡ Apophthegmata.

*Socrates*, nihil vltra petendum à Diis immortalibus [illegible]tur, quam vt bona tribuerent, quoniam ii demum ſcirent, quid cuique eſſet vtile, nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentem errorem cæcas preces tuas ſparſis? Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſcis, qui plures peſſum dederunt: regna tecum ipſa [illegible] quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur. Splendidis [illegible] iugiis iniicis manus: at hæc vt aliquando illuſtrant: [illegible] quam funditus domos euertunt. Deſine igitur ſtulta futuris [illegible] rum tuorum cauſis quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teque [illegible] cœleſtium arbitrio permitte: quia qui tribuere bona [illegible] li ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt. *Val. Maxim. li.* [illegible] *pit.* 2.

*Bias*, eos, qui ſibi mentem à Deo bonam largiri precarentur, nec tamen diſciplinam capeſſerent: parum cordatos eſſe [illegible] Quando neque vt pictor quiſq; bonus euadat, dari ſibi a Deo [illegible] nos colores, & lineam exoptat, quin magis artem perdiſcit. [illegible] ut nec vocis proficit, qui muſicus eſſe cupit, niſi artem [illegible]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...nihil prodeſt, circa preces occupari, niſi recte viuendi ſtu... ...ns. *Stob.*

...aliquando cum impiis ac ſceleroſis hominibus naui vehe... quum omnes periclitarentur impiis Deorum opem im... ...tibus: Silete, inquit Bias, ne Dii vos nebulones hic naui ...ſentiant. Deus autem impiorum precibus irridatur magis ...ſtam, quam ad opitulandum flectitur. *Laertius libro* 1.

...*dorus*, multum eos damnari debere aiebat, qui longis ...ibus Deum fatigarent, eamq; peterent, quæ peti ab eis ho... ...ſcire nollent. Rogandumq; ſolum de eis Deum eſſe, quæ ...re moleſte homines ferrent, etiamſi ab omnibus intelligan... ...bat etiam, ita cum hominibus homines viuere debere, nõ ...ſi Deus eorum ſemper actiones intueretur. Hoc autem ...los carpebat, qui iniuſta à Deo peterent: & ipſi ſibi, quo ...exaudirentur, impedimento eſſent. *Fulgoſ. libr. 7. ca 2. ex Se...* ...*Verba hac ſunt epiſt.* 10. Tunc ſcito (*inquit Athenedorus*) ...omnibus cupiditatibus ſolutum, cum eo perueneris, vt nihil ...roges, niſi quod rogare poſſis palam.

...mes ſi quando Diis ſupplicarent, ſumma deprecationis hæc ...Dii immortales bonis nihil aliud adderent, quam honeſta; ...nihil. Non aliud petebant virtutis præmium, quam hone... ...nam, cum multa alia ſint aliarum gentium vota: non ſolum ...loquia, verum etiam inutilia nonnunquam & turpia à Diis ...tium. *Plut. in Lac.*

¶ Similitudines.

...*thymiama* bene confectum delectat hominem adorantem: ...iuſti ſuauis eſt ante Deum. *Chryſoſt. in cap. Matth. 6. ho...*

...Medici pecuniis: Deus autem ſola oratione placatur. *In ...Matth.*

...*ſides*: Sic ſtercore manus atque cœno illitas haberes, aude... ...ſordidus orare? Minime, inquies: atqui hoc tibi nullum ...inferret. Illud omnium peſte pernicioſius eſt: ſcilicet cum ...manus homicidio, operationibus malis, os maledictione, ...tione, contumelia, iracundis verbis atq; obſcœnis, diſſolu... ...atq; ſcurrilitate. *Homil. 12. in Matth.*

...*pedes tuos* ſtercore ſordidatis manibus ſupplicando terge... ...modo non exaudires: verum etiam calcibus expelleres. ...modo igitur audes tu hoc modo orare? Nam qui orat, quaſi ...lingua vtitur, qua genua Dei ſupplicando attingit. Nolite i... ...piam maculare, ne Deus ad vos dicat: Si multiplicaueritis de... ...nem, non exaudiam vos, Vita enim & mors in manibus ...*Hom. 52. in Matth.*

...*liberis* operam dediſti legitime, quamuis crimen illud ...orare tamen non audes: conuitiatus rem, & contumeliatus, ...gehennam tibi præparat, antequam teipſum mundes, ma... ...ad cœlum tollis: dic quæſo, quomodo non inhorreſcis? Quod ...contaminato lecto reſurgens, times ad orandum accedere: ...Diaboli lecto ſis: cur horribile Dei nomen audes inuocare? ...quippe lectus eſt omne conuitium, ita, quaſi pernicioſus ...adulter, occulta voluptate cum animo adulteratur, & ex ...ſperma e diabolicas inimicitias parit, contraq; matrimo... ...agens omnia, eos qui pacis vinculo in vnum coarctantur, in ...dirimit partes, Cum matrimonium in vna duos carne con... ...coniunctos ſolum diſſeparat, ſed etiam ipſum animum ...& lacerat. Quare vt libere Deum adire poſſis, coniunctio... ...hanc atq; adulterium furoris, quaſi rabidum canem procul a... ...extermina. Sic Paulus etiam iuſſit: Leuantes puras manus ...& diſceptatione. *hom. 57. in Matth.*

...*orans ieiunat*, binas poſſidet alas, quibus ventos ipſos vo... ...prætervehitur: non enim oſcitat, non extenditur, nec torpet ...do, ſed igne ardentior, & terra ſuperior: quare terribilis hoſti... ...ditur. Nihil enim homine probo orante potentius. Nam ſi ...crudelem dæmonibus iudicem, qui nec Deum timebat, nec ...inem reuerebatur, flectere potuit: multo magis propitium ...faciet, qui continuæ orationi adhæret, ventrem ſuperat, de... ...ſpernit. *hom. 58. in Matth.*

...*magiſtrum* audiens balbutientem, & ſingulas literas di... ...tem, non eum ignorare dicis, cum interrogat, vbi ſit illa litera, ...qua non ignorans interrogat, ſed diſcipulum volens inſtituere: ...Deus non opus habens oratione orabat: ſed te volens inſtitue... ...aſſiduus ſis ad orationem, vt ſobrie cum vigilantia ores: vigi... ...dico, cum intelligis, ad quem loqueris, quando mente ea per... ...*Homil. 27. in Epiſtolam ad Hebræos.*

*Quemadmodum* ſol lucem præbet corpori: Sic animæ lumen eſt ...tio. *De diuerſis.*

*Sicut cæco* damnoſum eſt non intueri ſolem: Sic & multo gra... ...damnum Chriſtiano homini, non aſſidue deprecari. *De diuerſis.*

*Non ſecus* ac nauem & domum ea, quæ ſubſtrata ſunt valida reddunt, ac ne ſoluatur, continent: ita noſtram vitam orandi ſtudium continet, & vndique firmam reddit, adeo vt abſque hoc nihil boni contingat ad ſalutem conducens. *De diuerſis.*

*Sicut arbores* non valent fructus producere, niſi bibant humorem radicibus. Sic nec nos pietatis fructibus poterimus eſſe grauidi, niſi precibus irrigemur. *De diuerſis.*

*Quemadmodum* prædones & facinoroſi, conſpicientes gladium militis in caput ſuum vibrari, reſiliunt: Sic maligni Spiritus conſpicientes communitos deprecatione, illico reſiliunt. *De diuerſis.*

*Vt cum aſſiſtens* terreno regi, omnibus modis molitur, vt plurimam erga illum reuerentiam exhibeat, non ſolum ſpecie capitis, ſed totius corporis compoſitione, quo per maiorem erga eum illius beneuolentiam conciliet: Sic nos in oratione vndequaq; compoſiti, præſertim intus. *De diuerſis.*

*Si hic*, qui loquitur cum terreno rege, de his tantum mentionem facit, quæ voluerit libenter audire dominus: Multo magis coram omnium domino, de ſalute animæ poſtulandum, &c. *De diuerſis.*

*Quod venatori* cuſpis vel gladius, hoc preces homini afflicto: non tam lupis terribiles gladii, quam dæmonibus preces iuſtorum Hominum, quos valde exulcerauimus, iræ quieſcunt, ſi diluculo, meridie, veſperi, apud eos comparemus, & cum eis humili & continua conſuetudine conuerſemur: magis multo apud Deum, ſi frequens fueris in oratione, licet indignus, dignus tamen eris diutina familiaritate. *De diuerſis.*

*Sicut corpus* per neruos ſibiipſi cohæret & compaginatum currit, & ſtat, firmum eſt, viuit: ſi autem quis neruos amputet, omnem harmoniam corporis ſoluit: Ita animæ præſtantes in orando firmę ſunt, curſum pietatis facile currunt. Si autem auferantur eis precationes, perinde eſt, ac ſi piſcem ex aqua traxeris, vt illi vita, aqua: ita animæ preces. *De diuerſis.*

*Templa* Chriſti homines ſunt. Vt auro, argento, gemmis, domus regiæ extruuntur: Ita oratione templa Chriſti, vt inhabitet in cordibus veſtris. *De diuerſis.*

*Vt athleta* a palæſtra ad coronam currit: Ita bonus ad orationem. Vt reginam ingredientem vrbem omnes diuitiæ comitantur: Ita oratio, quæ in animam intrat, omnes virtutes ſibi ſociat. *De diuerſis.*

*Vt arbores*, quæ radicem altius miſerint, quamuis ſummum venatorum excipiant impetum, non frangi aut euelli poſſunt: Sic orationes, quas animus Deo ſuo reddiderit, perquam tute affixæ, efferunt ſeſe in excelſum, nulloq; peruertuntur aggreſſu cogitationum. *De diuerſis.*

*In tranquillitate es*: ora Deum, vt ipſa tibi tranquillitas ſtabilis maneat. Tempeſtatem vides grauem: ora Deum, vt auertat ipſam, & ex ipſa tranquillitatem faciat. Exauditus es: gratias age, quod exauditus es. Non exauditus es: perſeuera, vt exaudiaris: Et ſi differt aliquando Dominus, non id odio facit, neq; te auerſatur, ſed differendo, diutius te ſecum ſeruare vult: Sicuti & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud ſe detineant, quos deſides vident, dedita opera morantur aliquid daturi. *Homil. de profectu Euangelii.*

*Quemadmodum* nullo pacto fieri poteſt, vt qui ſolis radiis fruitur, non effugiat tenebras, Ita nulla ratione fieri poteſt, quin qui cum Deo conſuetudinem agit, deſinat eſſe mortalis: ſiquidem ipſa dignitatis ſublimitas nos ad immortalitatem transfert. Etenim ſi qui cum Cæſare miſcent ſermones, familiariterque cum eo verſantur, & hoc honoris ab illo ſunt adepti, non poſſunt eſſe pauperes: multo minus fieri poteſt, vt qui Deum deprecantur, cum eo familiariter colloquentes, animas habeant mortales. *li. 1. de orando Deum.*

*Quemadmodum* corpus hoc noſtrum, ſi non adſit anima, profecto mortuum eſt ac fœtidum: Sic anima, niſi ſeipſam incitet ad orandum, mortua eſt ac miſera, & grauiter olens. *libr. 1. de orando Deum.*

*Quemadmodum* alii quidam Reges incolumitatis ſuæ ſpem ponere conſueuerunt in militum peritia, & arte belligerendi, in ſagittariis, in cataphractis, in equitibus. Ita magnus ille Dauid ſanctis precibus mœnium vice ſuum cinxit exercitum, nequaquam reſpiciens imperatorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neque pecunias colligens, nec arma comparans, ſed orando diuinam armaturam è cœlo deportans. *Libro primo de orando Deum.*

*Quemadmodum* in coronis non ſat eſt flores eſſe puros, niſi pura ſit & manus eas contexens: Sic & in ſacris hymnis oportet non verba tantum eſſe pia, verum etiam animum hymnos concinentem, At is mihi impurus eſt, vacuæ fiduciæ, vtpote multorum plenus ſcelerum. *Hom. 4. cum presbyter eſſet deſignatus.*

*Quemadmodum* ignis extergit æruginem: Sic preces peccatorum noſtrorum ſordes expurgant. *Apud Anton. parte prima, ſermon. 46.*

*Thalaſſii.* Vt continentia & charitas purificant cogitationes:

Ita

Ita omnem ſuperbiam tollunt contemplatio, precumq; puritas. *Ad Paulinum presbyterum.*

*Auguſtini.* Quemadmodum ſerpentis quoddam genus cum it ad bibendum, priuſquam ad fontem venit, omne venenum euomit: Ita Chriſtianus cum ad orandum accedit, omnem iracundiam & odium proximi deponat. *Ad Iulanum comitem de perfecta iuſtitia.*

*Abſolonis.* Vt incenſum, quum incenditur, flammam, fumum, odorem ex ſe mittit: Ita oratio Deo grata, fumum compunctionis ob peccata, flammam charitatis ob amorem cœleſtium odorem deuotionis per aſcenſionem mentis in Deum. *libro de dedicatione Eccleſiæ.*

*Bernardi.* Oratio ſimilis turturi, meditatio vero columbæ, quæ dulces querimonias ſubmurmurant in foramina petræ. *Serm. de diſcipulis euntibus in Emaus.*

*Bedæ.* Sicut iuxta Dei ſententiam, vulneri medicamentum, ſi adhuc ferrum in eo manet, non proficit: Ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, vel odium manet in pectore. *in natali innocentium martyrum.*

*Laurentii Iuſtiniani Patriarchæ* Veluti ex ſonora vocum dulcedine pſalterii vel organi docta agnoſcitur artificis manus, & ex verborum ornata prolatione doctoris patet facundia: Sic effectibus variis orationis illius percipitur excellentia, *In ligno vitæ, c. 2. de orat.*

*Vt mens cibi* auiditate laxata, perdit orationum vigorem, dum carnis nimia laſſitudine prægrauata compellitur dormitare: Ita rurſum nimietate voracitatis oppreſſa emittere ad Deum preces ac laudes non poterit. Nam per indiſcretionis exceſſum debilitatum quemlibet ad illum ſtatum vocari neceſſe eſt, in quem negligens per incuriam deuenit. *lib. de Ligno vitæ, c. 3.*

*Quemadmodum* qui terram colit, ſolerter ſentes debet eradicare, vt vberiores valeat colligere fructus: Ita qui concupiſcit dulcedinem deuotionis in oratione guſtare, ſummopere ſtudeat ipſius impedimenta declinare. Quia fruſtra currit ad portum orationis, quiſquis illi aduerſantia non tota intentione refugit. Multa enim ſunt orationis impedimenta. *In ligno vitæ, cap. de orati*

*In rebus* humanis ille ſagacior prudentiorq; cognoſcitur, qui in agendis negotiis propriis vel alienis ſeruato modo, loco ac tempore, opus arreptum ad finem ducit. Æque in ſpiritualib. fatendum eſt: & præſertim in orationis actu. Quia quanto eſt excellentior actio tanto prudentius debet fieri *in ligno vitæ, ca. 9.*

*Quemadmodum* preces, quæ attente à puro animo funduntur, à Domino reportant quod petunt: Ita deſpiciuntur leues, diſſidentes, inutiles, ac ſeculi curis anxiæ, rebus temporalibus implicitæ, ac bonorum operum fructibus infœcundæ, *In ligno vitæ, capit. 9. de orat.*

*Quemadmodum ignis,* quanto magis in vnum colligitur, tanto amplius nutritur, & flammas euaporans ſurſum impetuoſius erumpit: Ita & mens, cum diuitius intra ſe commorata fuerit, & ardentius per amoris incendium vrit in ſe, & per deſiderium eleuatur in Deum; Sed ſi tunc verba quædam protulerit, tota ignita, ſapientię nectare condita, at veritatis ſplendore irradiata, & diuinarum laudum ſuauitate plena erunt. *De diſciplina & perfectione monaſtica, cap. 15.*

*Bernardi Iuſtiniani.* Quemadmodum caput ac lingua implorat auxilium pro reliquo corpore, ſe non mouente: Ita principis oratio placare Dominum, quamuis populus aliis intendat. *In vita Laur. Iuſtin,*

*Thriueri.* Vt duplex eſt calida & frigida aduerſus venenorum malignitatem alexipharmacorum differentia: Ita aduerſus tentationem omnem oratio, & patientia ſunt remedia. *In Apophthegm. 218.*

*Obiter* cum illis ſermonem ſolemus facere, quos contemptim alloquimur: Nec admodum erga Deum afficitur, qui aliud cogitat: aliud loquitur *in apoph. 75.*

*Principibus* iam diligẽter facimus ſupplices literas, quam verba: Cur ergo negligentius oramus Deum abſentem, quem, ſi daretur, conueniremus præſentes? *in apoph. 109.*

*Qui hoſtem* oculis obſeruat, nullas patitur inſidias: Et qui in precibus aſſiduus eſt, nulla frangitur tentatione. *in apoph. 110.*

*Illiberale* eſt petere, quod eſt iniquum: illiberalius eſt, recuſare, quod eſt æquum & honeſtum. Sacrilegus igitur, & infideli deterior, qui æquum orat & dubitat. *in apoph. 122.*

*Nunquam* bonus vir detrectabit alteri dare iuſtum conſilium: Nec fieri poteſt, vt Deus precantibus vſquam ſuum neget oraculũ. *in apoph. 125.*

¶ FABVLA.

Camelus.

Camelus repanda à Ioue petebat, vt cornibus armaretur. Cuius ille ſtolidis precib. irriſis, etiam aures mutilauit, vt non ſolum inermis ſed etiam deformis de cætero eſſet.

Docet fabula, ineptis precibus Deum non eſſe fatigandum.

Serpentum renouatio,

Veniſſe olim humanum genus ad Iouem ferunt, ... illo, aliquod vt remedium repellendæ ſenectæ ſibi ... mis enim paucos annos valereatque vigere homines ... cium vel ad virtutis curſum perficiendum, vel errata ... corrigenda ſuppetere. Quod ſi ſenib. inſtauraretur ... turum, multo vt meliorib. hominibus vteretur. ... dicib. & quandam medicinam confecit illis ſenectæ ... tam tribuit. Hanc diſcedentes aſino ſarcinam imponunt ... uertuntur. Tempus erat tempeſtiuum, & omnis ... grabant. Magna igitur atq; intolerabili ſiti corripitur ... te nemus opacum præteriens, ſtatuit in illud deflectere ... lulum acquieſcere. Ingreſſus, fontem ibi inuenit, ... delectatus, ſiccas fauces aquæ cupidiſſime intendere, ... velle guttur aridum atq; feruens. At ſerpens cuſtos ... corpore prouoluitur, & os ſæuum oculoſq; infeſtos ... tendens, micante lingua ſe illi copiam vndarum ... to negat. Aſinus ita erat ſiti enectus, vt corii particulam ... tur recuſaturus impendere pro potu. Rogat igitur ... ſcat. Sarcinam inquit ſerpens, tradito. Cape ſane, inquit ... nini & onere me inſuper liberaris. Senectæ igitur medicinam ... ſerpens, in conſilium & conuentum ciuium defert: ... vacuus ad homines. Illi ſarcinam requirunt, hic amiſſam ... rat; Tum ingens dolor omnes corripuit, neq; Iupiter ... medicinam velle, neq; ipſi recuperare, à ſerpentib. poſſe ... exuuiis veterib. poſitis iuuentam induunt ſerpentes, ... minibus beſtiæ. Homines memores accepi mali & ... aſino, delicias faciunt verberando miſerum animal.

Docet fabula inuerecundas preces, ſi maxime exaudiri ... mines putent, fere tamen in ipſorum perniciem ...

*Vide ſupra Oratio.*

# Princeps.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG...

PRinceps, Græce ἀρχὸς ὁ, οῦ & ἀρχὴ, ῆς, ἡ, principatus ... ceps aliquando primum ſignificat, & eſt adiectiuum. ... *Qui gradus inter eos princeps habebatur.* Aliquando ... tem. Vnde ciuitatis princeps dicitur, qui Rempubl. adminiſtrat.

Princeps dicitur, quaſi primum caput A quo principium ... cipale, & principatum.

Hebræi variis nominib. principem deſignant 1. Nagid ... princeps, præcipuus, eximius, qui coram populo eſt, ... quid ſit faciendum à verbo *Naghadh*, indicauit coram, ... uit, & cum digito repræſentauit, *Neghidhim*, duces ... *vlt. & Prou. 8. 6. Neghidhim* pro rebus præcipuis & ... tur *Naſi*, princeps prælatus, perſona ſuper alios eminens, ... *Naſa*, leuauit, cuius paſſiuum *Niſſa*, ſignif. eleuatus eſt ... vt in clypeis, curribus, equis viri principes attollebantur. ... Principes. Excelſi, Eminentes viri, atq; velut ex alto ... bus imperantes. III *Roſch* caput, capitaneus, metaphorice ... us, ſummus, qui eſt caput & initium alicuius rei. ... primus, prior, anterior, *Iob. 15. 7. Eſa. 44. Riſchonim* ... principium, initium, *Gen. 1. 1. Moraaſſchoth*, Ceruicalia ... tur ſub capite, & ornamenta capitis, vt cidaris tiara, diadema ... na. Pauperum Hebræi vocant & *Raſch*, à verbo *Reſch*. ... principem à paupere diſcernit? certe mors ſceptra ligonib. ... IV. *Sar* princeps, dux, primas, ſuperior, *Exod. 2. 14. 2. Reg.* ... 10. & vlt. *Sarim*, princeps, *Pſ. 148. 11. Sarah*, domina, ... *Saroth*, dominæ principes mulieres, 1. *Reg. 11, 3.* Nomen ... ham, *Sarah*, *Gen. 17. 14. Sar.* deducitur à verbo *Sarar* ... principem egit, principatu functus eſt ſuperior fuit, ... 8. 16. *Eſther 1. & vlt. Oſe. 12. 4.*

Alias primatum, principum, magiſtratuum nomina ... indicata ſunt.

Princeps dicitur, qui aliquot, vrbes ſeu ciuitates ... & poſſidet dictus princeps, quaſi primum caput, & ... dominatus, vel imperium Regna autem dicuntur, ... nes, quæ à rege poſſidetur. Hinc reges à regionib. ... ta Gallia regnum, & dicitur rex Galliæ, qui præſidet ei: ... hemiæ, Vngariæ, Poloniæ, &c. dicuntur & principes ... ciuitatis, qui Rempublic. adminiſtrant, Nonnunquam ... pes vocantur domini, ſic Auguſtus primus, Nero princeps ... princeps notatur. Vnde principatus deriuatur pro dominatu, ... cis ἀρχὸς dictus, & ἀρχὴ principatus: vocatur & Imperator ... ceps, *ff. de conſtitut. princ. per totum.* princeps, id eſt, ... cum tenens, *Extra de elect. capit. cupientes in ...* ... *Ioan, Andr. C. de principibus agen. in rebus. lib. 12.* Princeps ... uina ordinatione ad regendum populum inſtituitur, ...

...eius officium eſt cogitare de vtilitate communi, deinde ſin-...rum. Item: proſpicere illum oportet, vt ſubditi in pace ſecu...tranquilli viuere queant. *in Authentic. de hæred. & falcid. col ...quid princeps.* princeps ciuitatis dicuntur magiſtratus, *ff. ...l. Spadonem. §. ſi ciuitatis.* Item principes pro maioribus ...ibus accipiuntur in iure, *C. de offic. diuer. iudic. l. fui.* Dicitur ...princeps, porro & prælatus, *extra de Reg. Iur. c. 2. 25. diſt. c. ...Principes. Vide Ægid. in tractatu de regimine principum.*

## ¶ Loci Biblici.

Principes non irritandi, *Prou.* 25.16. principes Dauidi miniſtran-...*Paralip.* 27.1. princeps Sacerdotum, *Matth.* 2.4. *&c.* vocaban-...qui ex poſteris Aaronis (nam ii ſoli Sacerdotes dicebantur) ...familiarum ſuarum capita, ſicuti poſt captiuitatem fuerat ...diſtributio inſtaurata, vt refertur: *Nehem.* 11. & 11. *c.* quam-...etiam vocantur Principes Sanctuarii, 2. *Paralip.* 24.5. prin-...Sacerdotum, 36.14. principes Salomonis, 1. *Reg.* 4.2. principes ...ob peccata populi, *Prou.* 28.2. principes quomodo à Deo de-...tur, *Pſalm.* 29.12. Miniſtri Dei ſunt, *Roman.* 13.4. quales eſ-...oporteat, *Deut.* 1.13. principes ignorantes crucifixerunt Chriſtum ...1. *Corinth.* 2.8. multi ex Iudæis credunt Chriſto, non au-...tamen confiteri, *Ioan.* 12.42. ad principes exhortatio, *Ezech.* ...in principes pauperum oppreſſores, *Amos.* 4.1. & 6.1. *Soph.* 3.1. Principum & regum corda in manu Dei ſunt, *Prou.* 21.1. princi-...ſcelera minime diſſimulanda, *Exempla*: Eſaias, *Eſa.* 1.23. Io-...Baptiſta, *Matth.* 14.4. *Marc.* 6.18. principum placandorum ...ratio, *Prou.* 25.15. principum ſtatus mutantur, *Iob.* 12.18. Principibus non maledicendum, *Exod.* 22.18. *Eccl.* 10.20. *Actor.* 25. ...principibus magnis ſubiici, non ſemper eſt tutum, *Eſa.* 8.6. prin-...omnis caput, Chriſtus, *Coloſ.* 2.10. principatus tribuitur & ...tenebrarum, *Col.* 2.15. Principis impii, impii ſunt & miniſtri, *Prou.* 29.12. *Eccl.* 10.2. prin-...peccatum quomodo expiandum, *Leu.* 4. *v.* 22. *&c.*

## ¶ Sententiae Biblicae.

Iudices & magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, vt iu-...populum recto iudicio, nec in alteram partem declinent. *Deut.* 16.

Audite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, ...aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis ...nationum. Quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, ...ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitatio-...abitur. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non re-...caſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum vo-...Dei ambulaſtis. Horrende & cito apparebit, vobis, quo-...iudicium duriſſimum in his, qui præſunt, fiet. Exiguo enim ...ditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta pati-...Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec vere-...magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum & magnum ...& æqualiter eſt illi cura de omnibus. Fortioribus autem ...inſtat cruciatio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, vt ...ſapientiam, & ne excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtiti-...iudicabuntur: & qui didicerint iuſta, inuenient quid re-...deant.

...rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt.

...delectamini in ſedibus & ſceptris ô reges populi, diligite ſapi-... *Sapien.* 6.

Leo rugiens, & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum ...perem. Dux indigens prudentia multos opprimit per calum-... *Prou.* 28.

Noli regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, vbi regnat ...: Ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent ...pauperis. *ibid.* 31.

Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis. *Sap.* 6.

Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ...erit. &c. *Eccl.* 20.

Væ terræ, cuius rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt. ...10.

Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. *Rom.* 13.

## ¶ Patrum Sententiae.

Rex cum eſt iniuſtus, tyrannus eſt. *Auguſtin. de ciuit. Dei, lib.* 2. ...20.

Malus enim ſi regnat, ſeruus eſt tot dominorum, quod vitio-... *idem* 4. *de ciuit. Dei, c.* 4.

Rex ſeruit Deo, leges iuſtas præcipiendo, & contrarias abrogan-... *idem in epiſt.* 32.

Neque nos Chriſtianos quondam Imperatores ideo felices dici-...quia vel diutius imperant: vel imperantes filios morte pla-...reliquerunt, vel hoſtes Reipublicæ domuerunt, vel inimicos ...contra ſe inſurgentes & cauere & opprimere potuerunt. Hæc ...& alia huiuſmodi ærumnoſæ vitæ vel munera vel ſolatia, qui-...etiam cultores dæmoniorum accipere meruerunt, qui non ...ad regnum Dei, quo pertinent iſti. Et hoc de miſericordia ſcilicet factum eſt, ne ab eis, qui in eum crediderunt, hæc tanquam ſumma bona deſiderentur. Sed felices eos dicimus, ſi iuſta imperant, ſi inter linguas ſe ſublimiter honorantium, & nimis honorabiliter ſalutantium, & ſibi nimis humiliter obſequentium, non extollantur, ſi ſe homines eſſe meminerint, ſi poteſtatem ſuam ad Dei cultum dilatandum, maieſtatique eius famulari faciunt, ſi Deum timent, diligunt, & colunt, plus amant regnum illud, vbi non timent habere conſortes, ſi tardius vindicant, facile ignoſcunt. Si eandem vindictam pro neceſſitate tuendæque Reipublicæ, non pro ſaturandis inimicitiarum odiis, exercent. Si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatum, ſed ad ſpem correctionis indulgent. Si quod aſpere coguntur plerumque decernere, miſericordiæ lenitate, & beneficiorum largitate compenſant. Si luxuria in eis tanto caſtigatior, quanto poteſt eſſe liberior: & ſi hæc omnia faciant non propter fauorem inanis gloriæ, ſed propter charitatem felicitatis æternæ. Si propter peccata ſua humilitatis & miſerationis ſacrificium Deo vero immolare non negligunt, tales Chriſtianos Imperatores dicimus eſſe felices interim ſpe, poſtea re ipſa futuros, cum id, quod expectamus, aduenerit. *idem l.* 5. *de ciuitat. Dei, cap.* 24.

Non terrena poteſtas vult eſſe victrix gentium, cum ſit captiua vitiorum *idem l.* 5. *de ciuit. Dei c.* 8.

Authoritas belli eſt penes principem: miniſterium exequendi eſt penes milites. *idem contra Fauſt. Manichæum c.* 32.

In hoc ſeruiunt reges Deo, ſi in regno ſuo bona iubeant, mala prohibeant; non ſolum quæ pertinent ad ſocietatem humanam, ſed quæ ad religionem diuinam. *idem lib.* 3. *ſuper Chryſ.*

Quicunque proprium corpus ſubegerit, nec eius paſſionibus turbari animam ſuam rector ſui congrua viuacitate permiſerit, is bene regia quadam poteſtate ſe cohibens, Rex dicitur: quod regere ſe nouerit, & arbiter ſui iuris ſit, nec captiuus trahatur in culpam, nec præceps feratur in vitium. *Ambroſ. ſuper illud Pſalm. Anima mea in manibus.*

Nomine Gigantum potentes huius ſeculi ſignificantur, aquæ vero populi ſunt. *Greg. Moral. ſuper illud Iob.* 26. *Gigantes gemunt ſub aquis.*

Principes dicuntur, qui magno conſilii iudicio ſuis cogitationibus ſemper principantur, omneſque ſtultos motus poteſtate ſapientiæ comprimunt. *Idem Moral.* 11. *ſuper illud Iob.* 12. *Effundit deſpectionem ſuper principes.*

Princeps enim non debet dominari, ſed ratio.

Sæpe à diſciplinæ metu reſoluimus ſubditos, ſi noſtro regimini hilaritatis frena relaxamus, quia dum nos quaſi licenter lætos aſpiciunt, audacius ipſi, ad illicita reſoluuntur. *idem Moral.* 20.

Bene ſancti viri ſcripturæ ſacræ teſtimonio reges vocantur, quia prælati cunctis motibus carnis, modo luxuriæ appetitum frenant, modo æſtum auaritiæ temperant, modo gloriam elationis inclinant, modo ſuggeſtione liuoris obruunt, modo ignem furoris extinguunt. Reges ergo ſunt: quia tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt. *idem. lib.* 46. *Moral. ſuper illud Iob.* 6. *Reges in ſolio collocat in perpetuum.*

Summus locus bene regitur, cum is, qui præeſt, vitiis potius, quã fratribus dominatur. *idem* 26. *Moral*

Reges, quia ſua corpora bene regere ſciunt, qui deſiderium motus in ſe temperant, ſubiectas cogitationes lege virtutis regulant Reges, quia ſibimetipſis præſident, & ſe regere ſciunt. Ideo beata terra, cuius rex nobilis eſt, & væ terræ, cuius rex puer eſt. *Greg. ſup illud Iob.* 3. *Cum regib & conſulib. terræ.*

Caput ſubiectorum ſunt cuncti, qui præſunt. Et vt recta pedes valeant itinera carpere, hic proculdubio caput ex alto prouidet, ne à prouectu ſui itinere pes torqueat, cum curuata corporis rectitudine, caput ſeſe ad terram declinat. *idem in Paſtorali.*

Quid ouis in medio luporum? Quid columba in medio accipitrum? &c. Impius enim princeps ſiue dominus eſt, vt leo rugiens, & vrſus eſuriens ſuper populum pauperem. *Ioan. Chryſoſt ſuper illud Matth.* 10. *Sicut ouis in medio luporum. hom.* 32.

Reges à recte agendo vocati ſunt: Ideoque recte faciendo Regis nomen tenetur, peccando amittitur. Recte ergo illi reges vocantur, qui tam in ſemetipſos, quam in ſubditos bene regendo modificare nouerunt. *Iſido. de ſummo bono. l.* 3.

## ¶ Sententiae Poeticae.

Homer. in β. Iliad.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. εἷς κοίρανος ἔστω.
Εἷς βασιλεύς.
*Non bonum multorum dominatio: vnus dominus;*
*Vnus rex.*

Idem in α. Odyſſ.

Οὐ μέν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν· αἶψά τέ οἱ δῶ,
Ἀφνειὸς πέλεται καὶ τιμηέστερος αὐτός.
*Non enim malum imperare ſtatim ei damus,*
*Diues ſit & magis honoratus ipſe.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Idem in ε. Odyſſ.

*Χαλεπαὶ δέ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.*
*Moleſtæ autem ſunt regum minæ.*

Menander.

*Ἀρχῆς τετευχὼς ἴσθι ταύτης ἄξιος.*
*Principatum aſſecutus, ſis hoc dignus.*
*Εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος Θεοῦ.*
*Imago autem rex eſt animata Dei,*

Eurip. in Medea.

*Δεινὰ τυράννων λήματα, καί πως*
*Ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες,*
*Χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσι.*
*Graues tyrannorum ſuperbiæ & quodammodo*
*A minimo incipientes, multa poßidentes,*
*Aegre iras mutant.*

Periander.

*Τοὺς ἡγεμόνας φοβοῦ.* *Principes time.*

Pittacus.

*Μὴ ἄρχε πρὶν ἄρχεσθαι μάθῃς.*
*Noli imperare, antequam ſubditus eſſe diſcas.*

Thales.

*Τὸν κρατοῦντα τίμα.*
*Imperantem honora.*

Hora. Carm. lib. 2. Ode. 2.

*Latius regnes auidum domando*
*Spiritum, quam ſi Lybiam remotis*
*Gadibus iungas, & vterq; Pœnus*
*Seruiat Vni.*

Lucan. lib. 8. Pharſal.

*Mitißima ſors eſt,*
*Regnorum ſub rege nouo.*
*Exeat aula,*
*Qui vult eſſe pius: virtus & ſumma poteſtas*
*Non coeunt.*

Claudian. alloquens Theodoſ.

*Tu licet extremos late dominare per Indos,*
*Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:*
*Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira:*
*Seruitii patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges: tunc omnia iure tenebis,*
*Cum poteris rex eſſe tui: procliuior Vſus*
*In peiora datur ſuadetque licentia luxum,*
*Illecebriſque effrana fauet tunc viuere caſte*
*Aſperius, cum prompta Venus: tunc durius ira*
*Conſulimus, cum pœna patet, ſed comprime motus:*
*Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,*
*Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.*

Ouid. l. 1. de Ponto. eleg. 3.

*Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,*
*Quique dolet quoties cogitur eſſe ferox.*

Senec. Tragœd. 2.

*Regem non faciunt opes,*
*Non Veſtis Tyriæ color,*
*Non frontis nota regia,*
*Non auro nitidæ trabes:*
*Rex eſt, qui poſuit metus,*
*Et diri mala pectoris:*
*Quem non ambitio impotens,*
*Et nunquam ſtabilis fauor*
*Vulgi præcipitis mouet.*
*Quem non lancea militis,*
*Non ſtrictus domuit Chalyb:*
*Qui tuto poſitus loco,*
*Infra ſe videt omnia,*
*Occurritque ſuo libens*
*Fato, nec queritur mori.*
*Reges conueniat licet.*
*Rex eſt qui metuit nihil.*
*Hoc regnum ſibi quiſque dat.*
*Non capit regnum duos.*
*Habere regnum caſus eſt, Virtus dare.*

Idem Tragœd. 3.

*Qui Vult amari, languida regnet manu.*

Idem Tragœd. 4.

*Fraus ſublimis regnat in aula.*

Idem Tragœd. 3.

*Quicquamne regno gaudet? ô fallax bonum!*
*Quantum malorum, fronte quam blanda tegis!*
*Dubia pro certis ſolent*
*Timere reges.*

Idem Tragœd. 6.

*Quoque fortuna altius,*
*Euexit ac leuauit humanas opes,*
*Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,*
*Varioſque caſus tremere.*

Idem Tragœd. 7.

*Aequum atque iniquum regis imperium feras*
*Hoc reges habent:*
*Magnificum, & ingens, nullis quod rapit dies,*
*Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare*
*Protegere.*
*Grauis ira regum eſt ſemper.*

Idem Tragœd.

*Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.*
*O regnorum magis fallax*
*Fortuna bonis: in præcipiti*
*Dubioque nimis excelſa loco,*
*Nunquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumue ſui tenuere diem.*
*Alia ex aliis cura fatigat,*
*Vexatque animos noua tempeſtas.*
*Non ſic Lybicis æquor*
*Furit, alternos voluere fluctus*
*Vt præcipites regum caſus*
*Fortuna rotat. Metuit cupiunt,*
*Metuitque timent: non nox illis*
*Alma receſſus præbet tutos:*
*Non curarum ſomnus domitor*
*Pectora ſoluit.*

Idem Tragœd. 9.

*Decet timeri Cæſarem, ac plus diligi.*

Sen. Oct. Act. 2.

*Conſulere patriæ afflictis, fera*
*Cæde abſtinere, tempus atque iræ dare,*
*Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.*
*Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.*

Virg. 6. Aeneid.

*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

Ouid. 2. Pont. 9.

*Regia, crede mihi, res eſt, ſuccurrere lapſis.*

Idem 1. Pont. 3.

*Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia velox,*
*Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox.*

Mart. 8.

*Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos.*

Claud. 4. Honor.

*His tamen effectis nec faſtidire minores.*
*Neu pete præſcriptos homini tranſcendere fines.*

Claud. 4. Honor.

*Tu ciuem, patremque geras, tu conſule cunctis,*
*Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.*

Hora. 1. Epiſt. 17.

*Principibus placuiſſe Viris, non vltima laus eſt.*

¶ Sententiae Historicae.

Princeps ſe mortalem eſſe ſciat, & hominum officia fungi [illegible]que habere, ſi locum principem impleat. Maioribus [illegible]rum quæ ad ſubditos pertinent prouidus, conſtans in [illegible] fenſionum pro vtilitate publica non pauidus eſto. Hæc [illegible] ditorum animis, principi templa erecta, hæ pulcherrimæ [illegible] menſuræ. Nam quæ ſaxo ſtruuntur, ſi iudicium poſterorum [illegible]dium vertit, pro ſepulchris ſpernuntur. *Tacit. Ann. 14.*

Princip rerum iudicium cœlitus datum, ſubditis obſequi[illegible]ria relicta eſt. *lib. 6.*

Nullis diſcordiis imbutus pari in omnes ſtudio agere [illegible] *vndecimo.*

Princeps vnus eſt ciuium & Senatus conſenſui impar[illegible]

Minore diſcrimine ſumitur princeps, quam quæritur. [illegible] *ſtor. l. 1.*

Non ſolum non poteſt princeps omnibus placere, [illegible] quantumuis recte imperet, ei multos iraſci neceſſe eſt. [illegible] tam multi homines iuſti ſunt, quam ii qui volunt [illegible] quorum cupiditates expleri non poſſunt. Boni autem [illegible]te præditi, partim multa & ea quidem magna expetunt [illegible] poſſunt aſſequi: partim quum habeantur aliis inferiores [illegible] ferunt: eamque ob rem vtique culpam in principem [illegible] *Xiphilin. in Cæſ. Aug.*

Nerua vſque adeo bonus princeps fuit, vt aliquando [illegible]ſus ſit, ſe nihil feciſſe, quominus poſſet depoſito imperio [illegible] tuto viuere. *Dion. in Nerua.*

Princeps ſanus viuere debet, non debilis. *Spart. in Ael. Vero.*

Prouincia lib. grauis eſt comitatus principis etiam [illegible] *Iul. Capitol. in Ant. Pio.*

Principis ſolus Deus iudex eſſe poteſt. *Dion. in M. Anton. Philoſopho.*

Neque pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere, aut [illegible] ſatellitum agmina tueri principem poſſunt, niſi illi ipſi qui [illegible]gas, animum imperanti beneuolentiam accommodent. [illegible] ii demum diu tutoque imperant, qui non metum ex [illegible] ſed amorem ex bonitate ciuium ſuorum animis inſtillant. *Herodian. in Commodo.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Princeps qui autor malorum eſt, iniuſtus videtur: qui autem non vlciſcitur acceptas iniurias ignauus. *Herod in Seuero.*

Generis initia clara poſteris, relinqere ipſum præſtat, quam accepta à maioribus contaminare. *Herodian. in Macrino.*

Miſer eſt Imperator (i. e. *princeps*) apud quem vera reticentur: nam quum ipſe publice ambulare non poſſit, neceſſe eſt, vt audiat, & audita vel à plurimis roborata confirmet. *Iul. Cap. in Gordian.*

Nuſquam gentium reperietur qui poſſit penitus approbari. *Tre. Pollio in Poſthum.2.*

Ingens eſt gloria principis morientis Rempublic. magis amaſſe quam filios. *Fl. Vopiſc. in Tacito.*

Plus timetur de incertis moribus principis, maxime in Republ. recentibus confoſſa vulneribus. *idem in Cato.*

Potiſſima dos in principe liberalitas & clementia. *Pomp. Læt. in Valeriano.*

Hoc boni principis menti, hoc ſucceſſibus congruit proſperis, vt integra omnium patrimonia, labore & fortitudine ſua ſeruet. *Am. Marcell. lib,17.*

Salus legitimi principis, propugnatoris bonorum & defenſoris, vnde ſalus quæritur aliis, conſociato ſtudio muniri debet cunctorum: cuius redimendæ cauſa validius, vbi maieſtas pulſata defenditur, à quæſtionibus vel cruentis, nullam Corneliæ leges exemere fortunam. Sed exultare mœſtis caſibus effrenate non decet, ne videantur licentia regi ſubiecti, non poteſtate. Imitandus ſit Tullius, qui cum parcere vel lædere potuiſſet (vt ipſe adfirmat) ignoſcendi quærebat cauſas non puniendi occaſiones: quod iudicis lenti & conſiderati eſt proprium. *lib.*19.

Prudens princeps definiuit inimicorum minuere numerum, augereque amicorum ſponte ſua contendit ac libens. *l.*22.

Poteſtatis eius ſummum, primumque munus eſt, Rempub. vt domum paternam diligere. *l.*27.

Boni eſt moderatoris, reſtringere poteſtatem, reſiſtere cupiditati omnium rerum, & implacabilibus iracundiis: noſſeq; (vt Cæſar dictator aiebat) miſerum eſſe inſtrumentum ſenectuti recordationem crudelitatis: ideoq; de vita & ſpiritu hominis, qui pars mundi eſt & animantium numerum complet, laturum ſententiam diu multumque cunctari oportere, nec præcipiti ſtudio vbi irreuocabile factum eſt, agitari. *lib.* 20.

Regenti imperium omnia nimia, velut prærupti ſcopuli, ſunt vitanda. *lib.*30.

Vt principis mores ſunt, ita res fere adminiſtrantur, vtpote à quo pendeant: qui ſi ignauus ſit, ruunt in deterius: ſin bonus eſt, & ſtrenuus, eriguntur & florent. *Nicet. in Ioan. Comn.*

Animi candori quam enſiferæ manui: & ingenio in ſubti iter inquirendis ſubditorum delictis intento parere malumus homines. *idem, ibid.*

Eum qui late dominare velit, oportet excellenti quodam & ſingulari præditum eſſe ingenio: idque totum pendet à beneficio Dei, *Zonar. Annal. l.*4.

*Princeps beneficus.*

Vt Sol quidem deſideratur, niſi radios ſuos & terræ & hominibus & omnibus animantibus impertiat: neque princeps vere imperat, niſi ſubditis ſuis benefecerit. Qui vero rex tenax eſt, & ſtrictus ad largiendum: ſimulacrum regni, non regnum tractat. *G. Pachymer hiſt. l.*3.

Beneficentia cum imperio natura eſt coniuncta. *idem, ibid.*

Qui cum magna ſpe ad magnum principem proficiſcitur, non fert, vt expectatione minora conſequatur. *idem, lib* 12.

Principibus aliquando dolet, contuliſſe beneficium in aliquem, quod deinceps non tam faciles futuros eſſe dicunt, cum tamen proprium ſit ipſorum munus, de quam plurimis bene mereri. Maligne iudicium faciunt, qui ita ſentiunt: Nam eum, qui nunquam circumuentus eſt, truncum eſſe dixeris, aut ſtipitem potius, quam hominem, propterea quod inter prauum & vitioſum quid interſit, diiudicare non poteſt. Deinde non omnes ſunt eodem ingenio, neque propter vnius aut alterius improbitatem intermittendæ ſunt bene de quamplurimis merendi occaſiones. Hoc tamen arbitrum, explorandum eſſe, cuiuſmodi ſunt, qui beneficium petunt: nec enim omnes digni ſunt qui accipiant, & mihi abſurdum quiddam eſſe videtur, hominem prudentem eſſe ingratum eſſe. Quamobrem optimum eſt, vt principes adhibeant ſibi viros magna virtute præditos, ſic enim exiſtimabunt omnes, quandoquidem eiuſmodi virorum conſuetudine delectantur, ipſos quoque eiſdem virtutibus eſſe ornatos, &, vt paucis abſoluam, ſemper benefaciendum eſt aliis. Fieri enim poteſt, vt vnus aliquis, licet tenui beneficio affectus, inſignem aliquam operam præſtet, & reliquorum ingratitudinem cumulate reſarciat, & compenſet. *Ph. Comin. lib.*2.

*Princeps benignus.*

Solet dexteritas & benignitas morum, in altiore dignitatis gradu facile omnium animos ſibi reddere obnoxios: quemadmodum verno tempore ſplendidi flores prætereuntium oculos in ſe conuertunt. Hoc illud eſt Indorum ſapientum præceptum, principem quo natura ſublimior eſt, eo humaniorem ſe inferioribus ſi præbuerit, chariſſimum populo futurum. *Niceph. Greg. hiſt. lib.*6.

Volebat Heraclius poteſtatem non tantum timore quantum amore poiſidere. *P. Diacon. in Heracl.*

*Princeps bonus.*

Sæpenumero animaduerti, *inquit Chryſantas*, principem bonum à patre bono nihil differre. Nam & patres liberis proſpiciunt, vt ne vnquam eos bona deficiant: & Cyrus (*boni principis imago*) mihi videtur ea conſulere, de quibus perpetuam felicitatem maxime conſequuturi ſumus. *Xenoph. de inſtit. Cyri, lib* 8.

Quum is qui ſummæ rerum præeſt, vir bonus eſt, etiam ſincerius inſtitutis maiorum ſtatur: quum malus eſt, minus. *idem, eod. l.*8.

Cyrus arbitrabatur ſibi virtutem colendam eſſe. Nec enim fieri poſſe putabat, vt ſi quis ipſe talis non ſit, qualem oporteat, alios ad præclaras & laudabiles actiones excitet. *Eod. l.*8.

Arbitrabatur Cyrus nemini conuenire imperium, qui non ſubditis eſſet melior. *Eod. l.*8.

Subditos ſe maxime putabat ad præclaras & laudabiles actiones excitaturum, ſi ipſe cui eſſet in eos imperium, oſtendere ſe niteretur ſupra omnes virtute ornatiſſimum. Videbatur enim animaduertere, meliores homines effici etiam legibus ſcriptis. At bonum magiſtratum arbitrabatur hominibus eſſe legem videntem: quippe qui ad ordinem reuocare queat, & ordinis negligentem cernere ac punire. *idem, ibid.*

Dei ſimulachrum, bonus & ſanctus Princeps. *G. Pachymer. hiſt. libro* 12.

*Princeps clemens.*

Fabius Maximus inique comparatum iudicabat, ſi cum equites & venatores cura, exercitatione, alimentiſque potius quam flagris & nonnullis contumaciam & ferociam animalibus adimerent: hominibus aliquis imperans non maximam caſtigandi partem in gratia & clementia poneret, aſperiuſue ſuos tractandos putaret, quam ruſtici caprificum, pirum ſilueſtrem aut oleaſtrum, quas illi arbores cultu miteſcere, & in ficum, pirum, oleam cicures tranſire docent. *Plut. in Fab. Max.*

Quemadmodum Sol quibus affulſerit, iis calorem ſuum impertiri ſolet: ita etiam à principe clementia eis quos adſpexerit, tribuenda eſt. *Zonar. in Leone magno.*

Decet regem hominem, omnium, maxime humilibus, nequaquam inſultare, nullo modo inuadere ac violare eum volentibus. *Procop. de bel. Perſ. l.*2.

Ciuitatis aut prouinciæ totius, cum mos geri poteſt, preces non ſunt negligendæ. *G Pachymer. hiſt. l.*17.

Cogitauit regulorum animos nulla re magis quam humanitate & facilitate ſibi conciliari poſſe. *B. Facius. hiſt. l.*4.

Alphonſus rex quum Caietam graui obſidione premeret, & oppidani cum fame duriſſima luctarentur, præfectus omnem inutilem bello turbam, quod in extremis rebus fieri conſueuit, ex vrbe eiiciendam curauit. Miſerabilis horum facies erat, macie ſimul ac pallore confecti, manus ad cœlum ſuppliciter tendentes, cum flebili voce humi procubuere. Quos vbi Alphonſus conſpicatus eſt, quamuis pene omnes conſiliarii in vrbem reiiciendos cenſerent, nec eſſet neſcius ſe facere contra militarem diſciplinam, quod protraheretur obſeſſis in aliquod tempus fames: magis tamen naturæ & conſuetudinis ſuæ, quam quid hoſtes de ſe meriti eſſent, rationem habere voluit: veniaque iis data caſtra adeundi, & cibo ac potu refectis, abeundi quo fellent fecit poteſtatem. Ea vero regis humanitas audita, incredibile eſt, quam multos tum populos, tum principes adhuc incertos quid agerent, vtramne partem ſibi ſequerentur, ſibi conciliauerit. Neq; enim prope vlla res eſt, quæ magis mortalium animos capiat, quam eorum qui calamitate aliqua premuntur, malis commoueri. *idem, eod. l.*

Præſtantis regis eſt victis ignoſcere, & ſapientis, integræ quam euerſæ ciuitati dominari malle. *idem, l.*7.

Magni principis magis eſt ignoſcere & beneficiis afficere, quam imperii fines proferre. *Fr. Guiccard. hiſt. lib.*16.

Alexandri magni & Iulii Cæſaris nomen clarius fecit animi illa magnitudo, qua hoſtibus veniam dederunt, victis regna reſtituerunt, quam tot victoriæ, totque trophæa, quorum exemplum multo magis ſequi debetis, qui quum non ſibi vnicum finem ſtatuat gloriam (& ſi ea maximum præmium ſit) proprio & vero Chriſtiani principis munere præcipue fungi cupit. *ibid.*

*Princeps electus.*

Paucis exceptis, & fruſtra ob aliorum multitudinem & potentiam aduerſantibus, cæteri omnes vno conſenſu Michaelem Palæologum Imperatorem exoptabant. Dicebant enim, Optimum eſſe regnum non hereditariæ ſucceſſionis: non ſortis temeritate, ſæpe etiam indignis obiici ſolitum, ac peſſimis hominibus, quos bonus princeps vel ſeruorum habere loco dedignetur. Eum vere principatum rectiſſime commendari, ad quem ſpectata & probata virtute eucharis: quod is demum populo proſit, qui id exequendum ſibi putet, cuius gratia ſit conſtitutus. Medicum acerſi non fortuito, non proter cognationem, cum valetudo agitur. Quod ſi gubernator naui propter neceſſitudinem proponatur, non eum gubernatorem nauis, ſed euerſorum fore. Hinc fieri poſſe, vt quem rectiſſime inſtitutum eſſe oportebat, is omniū ſit deprauatiſſimus: quippe qui ſimul ac in lucem editus ſuſceptuſque fuerit, regio luxu ac deliciis corrumpatur, adulatione perpetuo vrgente, veri-

tate vero fugiente: cum turpiſſima quæque pulcherrimis nominibus ornentur. Adeo vt vetere prouerbio etiam certus tuſſiendi modus adulatorum materia fuerit apud eos principes, qui ſimul & imperant & ſeruiunt. Vbi quis minimum monuerit, vt maleuolus & ſceleratus exagitetur ab iis qui admonitionem edictum cenſent: præterea eos etiam quos ille rerum ſtatus non delectet, nihilominus & ipſos principes ſupra modum efferendo aſſentari, ac faſtum eius augere. Alios quaſi in ſcena varias perſonas inducere, genus ad bene imperandum ſatis eſſe putare: quaſi in primo ſemine regiæ quadam vires ad optime gubernandum ineſſent. *G. Pachymer. hiſtor. lib. 2.*

*Princeps eruditus.*

Antiquis temporibus mos fuit, bonarum artium ſtudia mandare literis. atque in libros redacta offerre principibus. Quia neque recte aliquid inchoatur, niſi quod Deum fauerit Imperator: neque quenquam magis decet, vel meliora ſcire, vel plura, quam principem, cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis. Quod Octauianum Auguſtum, ac bonos dehinc principes libenter habuiſſe, frequentibus declaratur exemplis. Sic regnantium teſtimoniis creuit eloquentia, dum non culpatur audacia. *Veget. prol. libro primo.*

*Princeps exactor.*

Ipſis tantum gentium fortunis imperare, animis omnium ſemel acerbitate, tributorum alienatis, non optimi, ſed impotentis ac temporarii principis eſſe videtur. *P. Iouius, hiſt. l.* 18.

*Princeps externus.*

Etiamſi Princeps externus bene eam gerat, & commode gubernet, tamen quia moribus & ingenio differt, nec eam erga populum repreſentare poteſt beneuolentiam ac ſi eſſet indigena, faciles oriuntur occaſiones diſſenſionis. Itaq; fit, vt ille, quo principatum ad ſe delatum, ſuaſque fortuntas tueatur, aliunde militem & copias adducat, eorumque ſe præſidio muniat, qui beneficiis deinde ſingulariter ab eo, & honoribus aucti, magnam multitudinis inuidiam & odium in ſe concitant. Quocirca, qui externæ alicuius gentis imperium ſuſcipit, niſi magna quadam eximia ſit præditus dexteritate: multis haud dubie & longe grauiſſimis implicabitur difficultatibus. *Ph. Comin. l.* 8.

*Princeps facilis.*

Hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates, ipſa principis facilitas intendit: cum apud infirmum & credulum minore metu & maiore præmio peccatur. *Tacit. hiſt, l.* 1.

*Princeps felix.*

Nulla maior felicitas principi cuipiam poteſt contingere, quam ſi conſilia, è quibus propria gloria & magnitudo proficiſcitur, illa comitentur & conſequantur, ex quibus eluceat ea non minus ad communem omnium vtilitatem & ſalutem, verum multo etiam magis ad Reipubl. Chriſtianæ dignitatem eſſe ſuſcepta. *Fr. Guicciardin. hiſt. l.* 1.

*Princeps ignauus.*

Vicario ad bellum impulſo curis luxum obtendit, non parat arma, non alloquio exercitioq; militem format, non in ore vulgi agit: ſed vmbraculis hortorum (*inter ſcorta*) abditus, vt ignaua animalia, quibus ſi cibum ſuggeras iacent torpentque, præterita, inſtantia, futura, pari obliuione dimittit, *Tacit. l. 3. hiſt.*

*Princeps inops.*

Quanto longior vita ſit inopi Principi, tanto plus eſt ſupplicii. *Tacit. Ann. lib.* 12.

*Princeps inuiſus.*

Inuiſum ſemel principem, ſeu bene ſeu male facta premunt. *Tacit. hiſt. l.* 1.

*Princeps iuſtus.*

Qui iuſtus eſt, non alienam regionem affectat, ſed ſua eſt contentus, nec homines à quibus nihil laceſſitus eſt in ſeruitutem redigit. *Herodot. l.* 3.

Bonum principem ratus eſt videntem legem eſſe hominibus, quoniam componere & ordinare, & eum qui incompoſite ac inordinate ſe gerat, videre, atque adeo punire poteſt. *Xenophon. de pæd. Cyri, lib.* 8.

Oportet principem non ſolum nihil facere per iniuriam, ſed nec omnino facere videri. Nam priuatis quidem hominibus ſatis eſt, nil delinquere: principem vero decet ne ſuſpectum quidem eſſe delicti. *Xiph. in Caſ. Auguſt.*

Inferioris ſortis hominibus iniuriam paſſis omni opera ſuccurrere, ita tamen, vt eorum querelas haud temere accipias, ſed rem ipſam per te intuearis, neque potentiores omnino ſuſpectos, neque infirmioribus in omni re fidem habeas. Operantes artibuſque vtilibus deditos honoribus afficito: otioſos aut negotiis paruis intentos odio habeto: vt illa vtilitatis gratia amplectentes, hoc propter damna omittentes & priuatæ & publicæ rei magis conducant. *Dion. lib.* 52.

Et ſi ſatis eſt priuatis hominibus nullam iniuriam facere, tamen principem prouidere etiam oportet: ne cætere faciant: propterea quod nihil intereſt eorum qui iniuriam patiuntur, a quo eam acceperint. *Xiphil. Galba.*

*Princeps magnanimus.*

Summas in Republica res aggreſſo, non tam fugienda eſt inuidia, quam quærendus ſplendor & potentia, quæ inuidia ... bus ſua mole officiat. *Plut. in compar. Craſſi cum Nicia.*

*Princeps malus.*

Humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidus ... ſperis incertus, & inter aduerſa melior. *Tacit. hiſt. l.* 2.

*Princeps munificus.*

Pulchrius eſt Principi exercitum quam ſeipſum locupletare ... ab hoſtibus ſpolia potius quam dona capere eniti. *Xenoph. ... laudibus Ageſilai.*

*Princeps optimus.*

Facere recte ciues ſuos princeps optimus faciendo docet ... que ſit imperio maximus, exemplo maior eſt. *Velleius Pat... libro ſecundo.*

*Princeps prudens.*

Imperium viro prudenti multarum atque præclararum ... num locum dat, in quo & magnifice Deum venerari liceat ... nes ad religionem faciliime principis ductu poſſunt ... traduci. *Plut. in Numa.*

Familiarum optimum quenque in honore habere oportet ... id & decus tibi magnum & ſecuritatem afferet: nulli tamen ... eſt indulgenda potentia, ſed ita moderandum omnibus ... quam te reprehenſionem conuciant. Nam quæcunque ... vel ſecus egerint, omnia tibi imputabuntur: taleſque te ... iudicabunt, qualia eos facta exercere permiſeris. Ergo ... omnibus iniuria alios afficiendi, calumniandique facultatem ... mes, vt ſi nihil etiam delinquant, tamen ne poſſe quidem ... ri queant, *Dion. l.* 52.

Huic ſalus propria, cum ſemper ad ſecuritatem omnium ... bello maxime ſeruanda eſt. *P. Diac. hiſt. l. 11. in Iulian.*

Potentiſſimi regis ac longe prudentiſſimi eſt, ex bello ... cem quam ex rebus quietis tumultum nihil ſibi ac ... turum exercitu. *Procop. de bell. Perſ. lib.* 1.

*Princeps ſapiens.*

Expedit priuatorum ciuium controuerſias quam ... xime dirimere, ac quam celerrime componere: id vero ... huc præſtat, populorum ſtudia inhibere, ac quum ... pro imperio, ſalute, & fortuna, cogere aliquos volunt ... vltra facultates ſuas agant impendantur, id non conced... rea inimicitias eorum contentioneſque penitus ... concedere, vt inania cognomenta, aut alia vnde ... poſſint, ſibi ſumant. In quibus inque aliis omnibus ... nines & priuatim & publice parebunt, ſi nihil horum ... os permiſeris. Nam inæqualitas etiam ea quæ bene ... buerunt, diſſipat. Itaq; omnino pati non debes, vt ... quam à te petat, quod ei daturus non ſis: ſed hoc ... nari debes, vt nequid vetitorum poſcat quiſquam ...

Æquitate quam ſanguine, cauſa quam armis ... ioribus princeps ſapiens mauult. *Tacit. Ann. l.* 15.

Sapientis eſt principis, in difficilibus moleſtiſque ... partem pro facili atque optabili ducere, quæ ... quæ difficultatis minus ac periculi habere videatur, *Fr. Guicc. hiſt. lib.* 2.

*Princeps ſtultus.*

Nihil arduum videtur in animo principis, cui non ... odium eſt, niſi indita & iuſſa. *Tacit. Ann. l.* 12.

Fractis rebus, nuncios cladis occultans, ſtulta diſſimulatione ... media potius malorum quam mala differt. Quippe ... ſultantique ſuperſunt ſpes vireſq; è contrario læta ... falſis ingraueſcit. *Tacit. hiſt. l.* 3.

Ignarus malitiæ turbidus conſilii, quis ordo agminis ... explorandi, quantus vrgendo trahendoue bello modus ... tans: ad omnes nuncios, vultu quoq; & inceſſu trepidus ... mum quoq; vulnus patiens, ſummi diſcriminis ... matis auribus, vt aſpera quæ vtilia, nec quicquam niſi ... & læſurum accipit: æger animi, ſtudiis militum & clamore ... puli arma poſcentis refouetur, voce, vultu, lachrymis ... am elicit, largus promiſſis, & (quæ natura trepidantium ... dicus, &c. *Tacitus*, de Vitellio verba faciens. *hiſt. l.* 3.

*Princeps tutus.*

Nulla alia melior vel tutior principi poteſt eſſe cuſtodia ... vera & conſtans ſubditorum beneuolentia: cum enim ... plerique & potentes non principem, ſed principi ſuo ... tis ille oculis videt, multis auribus audit, præſentitq; ... tur. *Plut. in Arato.*

Princeps fidelitates ſuorum & fauore fortius tutiuſue ... *idem, ibidem.*

*Princeps Vigilans.*

Homini priuato quoduis tempus ad cibum capiendum ... um eſt, id præſertim cum aſſueuerit. Principi vero tot ... cto ſi nomini ſuo reſpondere velit, ſatis eſt ſi veſperi ... liceat. *Nicet. Iſaac. Angel. l.* 2.

Principatus propter ſalutem ſubditorum conſtituuntur ... nullum damnum capiant non modo ab alienis, ſed neque ... gentis hominibus: non autem vt à ſuis principibus ... gantur, *Xiphil. Caſ. Aug.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Principatus ſcelere quæſitus non poteſt ſubita modeſtia & priſca grauitate retineri. *Tacit.hiſt.l.1.*

Non vnius tantum hominis peculiaris poſſeſſio principatus eſt: ſed communis totius populi: principibus viris autem huius diſpenſatio atque adminiſtratio demandata eſt. *Herodian.in Maxim. & Balbino.*

Fateor naturam natu maioribus principatum deferre ſolere: Deum vero in deſignandis regibus aliam rationem plerunque ſequi animaduerto. Cogitate Dauidem & ſtatura & ætate minimum fuiſſe inter fratres, &c. *Nicetas in Ioanne Comneno.*

Multorum principatuum, omnis imperii & diſciplinæ contemptus ſequitur. *Idem, in Alexio Manuelis filio.*

Princeps locus haud facile aliter quam aut ſumma vi, aut ſummacum virtute atque modeſtia libera ciuitate retinetur. *P.Iouius, hiſtor.lib.1.*

*Principatus egregius.*

Veſpaſianus acer militiæ anteire agmen, locum caſtris capere, noctu diuq; conſilio, ac (ſi res poſceret) manu hoſtibus obniti, cibo fortuito, veſte, habituq; vix à gregario milite diſcrepans, prorſus ſi auaritia abfuiſſet, antiquis ducibus par. Mucianum è contrario magnificentia & opes, & cuncta priuatum modum ſupergreſſa extollebant: aptior ſermone, diſpoſitu prouiſuq; ciuilium rerum peritus, egregium principatus temperamentum, ſi demptis vtriuſq; vitiis, ſolæ virtutes miſcerentur. *Tacit.hiſt.l.2.*

*Principatus immenſus coercendus.*

Nunquam permittendum eſt cuiuſquam principatum in tantum creſcere, vt de manifeſta iuſtitia apud eum habitare non liceat. *Polyb.l.1.*

*Principatus nerui.*

Aurelianus principatu Romanorum potitus, magnates rogauit, quo pacto imperandum eſſet? Quorum vnus ei reſpondit, Si Rempublicam rite adminiſtrare volueris, auro & ferro te munitum eſſe oportebit: ac ferro quidem contra hoſtes vti, tui vero obſeruantes auro remunerare. *Zonar. Annal.tom.2.in Aureliano.*

*Principatus retinendi ſtudium.*

Imperium retinere cogunt Metus, honor & vtilitas. *Thucydid. libro 1.*

*Principatus tutela & conſeruatio.*

Rerum omnium nihil commodius eſt quicquam ad principatum tuendum ac conſeruandum, quam ab his quibus imperamus amari potius quam metui. Recte enim à prudentiſſimis hominibus dictum, Malum eſſe cuſtodem diuturnitatis metum: contraq; beneuolentiam fidelem eſſe vel ad perpetuitatem. Erga potentiores autem vehementer amorem populi commoueri opinione liberalitatis, beneficentiæ, iuſtitiæ omniumq; earum virtutum, quæ ad morum manſuetudinem pertinent. Habere fidem tum principi ſolem, cum eum exiſtimat adeptum cum iuſtitia prudentiam, contrarique quem videt excellentibus quibuſdam & ſingularibus virtutibus excultum: quem abſtinentem, non immerſum voluptatibus, pecuniæ in loco contemptorem, æquitatis & iuſtitiæ defenſorem, intrepidum ad pericula, vbi res exigit, ſubeunda agnoſcit: qui probe calleat, male impetu & familiaria & publica negotia adminiſtrari, cuiq; vetus illud Tiberianum, tametſi vetuſtate iam protritum, aſſidue tamen moderatoribus rerum pubilcarum inculcandum, placeat. Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere: cuius animus non perpetuo agitetur errore, nec habeat quid ab aliis pendens ſequatur: qui regnum plebis potius commodo, quam familiarium adminiſtret arbitrio: neque talis ſit, qualem aulicorum rapinis expediat eſſe, quique iuſtitiæ ſeruandæ cauſa à Deo Opt.Max. ſe regno præpoſitum ſibi perſuadeat, qui prohibeat, iniuria tenuiores, & æquitate conſtituta ſummos cum infimis pari iure retineat. Olim ita erant morati, qui Cæſaribus adſidebant, vt vererentur ipſi Cæſares à tali grauitate & probitate præditis hominibus petere, quod minus pertineret ad decus & plebis vtilitatem: plurimum apud eos talium virorum bene ſuadentium valebat authoritas, eaque ab iis adhibebatur ad monendum & aperte & prudenter, ſi res poſtulabat. Non illis aut animus abiectior erat, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior. Multum poſſe ad ſalutem miſerorum & afflictorum: decori magnis imperatoribus, parum potuiſſe ad perniciem: probro nemini vnquam fuiſſe: ſæpe hæc iiſque ſimilia auribus eorum inculcabant. Humanam conditionem ſic ferre, vt cum faſtigium ſuum longe ſuperpaſſa videatur, continuo concidat. *Arn.Ferron.l.3.*

*Principatus vincula.*

Dionyſium iuniorem, Siciliæ tyrannum, deperditum inſcitia, moribuſque profligatiſſimis Deo videns, hortatus eſt, vt ſe ad diſciplinam conferret, ſummiſq; à Platone philoſophorum principe precibus contenderet, vt is veniret in Siciliam, eique ſe formandum & virtute exornandum traderet. Ita fore, vt pulcherrimo exemplari & diuino eius cui gubernanti vniuerſum hoc obtemperans pro confuſione ordinem conſtantiamque tuetur, conformatus plurimam & ſibi felicitatem & ciuibus pareret, quibus ſe pro tyranno regem præberet: vt quæ ii tunc metu tyrannidis mœſti facerent, eadem porro, modeſtiam iuſtitiamq; ipſius venerantes, eidem vt patri præſtarent. Non enim (vt pater ei dixiſſet) metum ac vim, non cateruam iuuenum ſtipantium, non immenſum barbarorum ſatellitium, adamantina iſta eſſe vincula: ſed beneuolentiam, ſtudium, gratificandiq; voluntatem virtutis reuerentia ciuibus ingeneratam, quæ vt rigidis iſtis & duris vinculis molliora eſſe videantur, ſunt tamen ad perpetuitatem regni firmiora. Porro autem principem neq; magno in honore, neq; vlla in admiratione eſſe, qui magno veſtium ac victus luxu ſe oſtentans, in congreſſu & colloquio nihil quemuis vulgarem hominem præſtaret, neque animi partem regiam principi conuenienter excultam habere laboraret. *Plut.in Dione.*

*Principatuum conſeruatio.*

Quidam putant alia ratione acquirendos eſſe principatus, & alia rurſus ſeruandos. At ignorant eos demum optime principatus ſeruare, qui eandem voluntatem & mentem qua primum principatus ſunt adepti firmiter retinent. Atqui palam eſt, & iam in multis obſeruatum, ſic comparatos eſſe homines, vt ſicubi proſperitas quædam occurrit, beneficentiam erga proximos exerceant, & ſpem multam polliceantur: vbi vero quod appetebant, conſequuti ſunt, tum demum inſolenter ſe gerant, & ſubditis dominorum more imperent. *Polyb.hiſt.l.9.*

*Principis aures & oculi.*

Multi regis ſeu principis oculi, multæque aures exiſtimantur. Quod ſi quis arbitratur vnum eſſe debere regi oculum eximium, is rem non recte exiſtimat. Nam vnus & viderit & audierit pauca: & cæteris quædam quaſi negligentia eſſet indicta, ſi vni res mandata foret. Præterea quocunq; regis oculum eſſe animaduerterent, eum cauendum ſcirent. Verum ita ſe res non habet, ſed audit rex quemlibet, qui ſe vel inaudiſſe, vel vidiſſe quid operæ pretium refert. Sic multæ regis aures, multi eſſe oculi exiſtimantur, & vbiq, dicere metuunt ea, quæ regi non expediant, quaſi ſi ipſius audiret, & metuunt facere non conducentia regi, quaſi ipſus adeſſet. *Xenophon.de inſtitut.Cyri.l* 8.

*Principis maieſtas.*

Imperatori, cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſenti & corporali Deo fidelis eſt præſtanda deuotio; & impendendus peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militans ſeruit, cum fideliter eum diligit qui Deo regnat autore. *Veget.l.2.c.5.*

*Principi non maledicendum.*

Principem mendacii arguere, & inſidioſæ ac ſycophanticæ adminiſtrationis rerum accuſare, vt quæ non licet. *G.Pachymer.hiſt. libro decimo.*

*Principis mores.*

Mores principis vnuſquiſque ſibi regulam vitæ ſuæ proponens, ipſe etiam ea tantum exercet, vnde ſine periculo priuatum locum ſperet: quo fit vt plerique proprio tantum commodo intenti, omnes alios oderint, eorumq; felicitatem ſuum damnum, infortunia, ſuum emolumentum putent. *Dion.lib.52.*

*Principis munus.*

Quanta peruicacia in hoſtem, tanta beneficentia aduerſus ſupplices vtendum: nam triumphi de populis regniſq; integris adquiruntur, *Tacit.Ann.l.12.*

*Principis officium.*

Ego arbitror decere principem ſubditis anteire non vita deſide & laborum experte, ſed eo quod rebus prouideat laboreſq; lubenter ſubeat. *Xenoph.de padia Cyri,lib.1.*

Decet principem non ſe bonum præſtare duntaxat, verum etiã pro ſubditis vigilare, vt quam optimi euadant. *idem,l.2.*

Principis partes ſunt, vt præſertim ipſam Reipubl. formam conſeruet: quod non minus in eo poſitum eſt, vt ea ab omnibus ei non conuenientibus rebus abſtineatur, quam vt omnia ad eam ſpectantia ei affatim adſint. Sed princeps, qui vel remittit, vel intendit ſuam poteſtatem, non iam regis aut principis dignitatem tuetur: ſed vel populo ſeruit, vel Dominus fit, eoque aut contemptum ſui, aut odium in ſubditis creat: quorum tamen peccatum alterum ab æquitatis ſtudio humanitateque, alterum à ſui amore faſtuque profectum iudicatur. *Plutarch. in comparat. Theſ. & Romuli.*

Cur princeps hoc nomine gaudet, ſi his quorum curam gerere debet non conſulit ac proſpicit? *G.Pachym hiſt.l.4.*

*Principis præſtantia.*

Decet principem non mollitie, ſed tolerantia priuatis hominibus præſtare. *Xenophon.orat.de laudib.Ageſilai.*

*Principes.*

Hic eſt mos principum, vt nolint quenquam habere ſe potiorem. Nam ea quæ facilem & exploratam victoriam videntur eſſe habitura, ipſi gerere ſtatuunt: peſſima vero quæque & difficilima, aliis committere. Quod ſi eueniat, vt opportuna negotia aliis mandare cogantur, grauiter & acerbe ferunt laudem & gloriam eorum qui ea geſſerint: neque enim vinci eos volunt, aut parum eſſe fortunatos: at vero rerum præclare geſtarum gloriam apud alios eſſe, non facile patiuntur. *Xhiphilin.Caſar.Aug.*

Boni imperatores voto expetendi, qualeſcunque tolerandi. *Tacitus,hiſt.lib.4.*

Duo ſunt quæ ab egregii principibus expectantur, ſanctitas domi, in armis fortitudo: vtrobique prudentia. *Sex. Aurel. Vict. Traian.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Qui modeſtiæ experimento ad imperium aſciſcuntur, quaſi partum labore tuentur ſemper, verenturque & colunt quos conſueuerant, *Herod. in Macrino.*

Dii auertant principes pueros & patres patriæ dici impuberes, quibus ad ſubſcribendum magiſtri literarii manus teneant, quos ad conſulatus dandos dulcia & circuli & quæcunque voluptas puerilis inuitet. Quæ, malum, ratio eſt, habere imperatorem qui famam curare non nouerit, qui quid ſit Reſpub. neſciat, nutritionem timeat, reſpiciat ad nutricem, manuum magiſtralium ictibus terroriq; ſubiaceat: faciat eos conſules, duces, iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias, geſta, non norit? *Fl. Vopiſc. in Tacit.*

Principum iras celſæ poteſtates aliquando molliuerunt. *Amm. Marcell. l.14.*

Principum diffuſa poteſtas localibus ſubinde medetur ærumnis. *Eod. lib.*

Celſiores fortunas idem loqui decet atque ſentire. *lib.17.*

Stultum eſt, quum ante caueri poſſit ne fiat, ad latus principis adſciſci, quorum mores ignorantur & voluntates. *lib.20.*

Curarum aceruos & mutationes varias accidentium principes ipſi quoque, vt homines, formidare debent. *lib.26.*

Dignitatum apices maximi, licere ſibi cuncta exiſtimant, & ad ſugillandum contrarios exturbandoſq; meliores pronius inclinati ſunt. *idem, lib.30.*

Habebat Ludouicus XI. ſuas virtutes, habebat quoque vitia, ſicut omnes alii principes, quos ego, quidem nouerim, ſunt enim homines ac in ſolum Deum cadit omnis perfectio. Veruntamen, quando quod prauum eſt atque vitioſum fugiunt, & virtuti ſeſe tradunt, magnam ſane merentur laudem, eo quod indulgentius & mollius educantur. & natura fere propendent ad vehementiores affectus, quos nemo coercet: & poſtquam excreuerint, illorum & auribus & ingenio moribuſq; plerique ſeruiunt. *Ph. Cominæus, præfat.*

*Principes.*

Sic ſunt Principes, vt paulatim creſcet in ipſis ambitio & cupiditas, & maioribus nituntur præſidiis, eo facilius captant ſimultatum & diſſenſiones occaſiones cum vicinis, *Ph. Cominæus, l.4.*

*Principes aſtuti.*

Principes, illi præſertim qui non ſunt inepti, ſuis negotiis aliquam ſemper honeſti ſpeciem prætexunt. *Ph. Comin. l.4.*

*Principes benigni.*

Tantum manſuetudo atque benignitas principum poteſt, vt non ſolum cum ſunt præſentes, verum etiam maximo interuallo diſiuncti, quoſdam quaſi fomites amoris & beneuolentiæ erga ſe in pectoribus hominum relinquant. *Polyb lib.4.*

*Principes boni.*

Bonis principibus ſalus ciuium ac longa ſui memoria cariora ſunt: quæ non gloriæ modo, verum etiam ratione quadam poſterorum felicitati proficiunt. *Aurel Vict. l. de Cæſarib.*

Vita bonorum principum Reipublicæ quies regitur. *idem, ibid.*

*Principes clementes.*

Eos qui cæteris præeſſe, vereque qrincipes haberi contendunt, inprimis oportet non tam armis corpora ſibi circum vndique munita protegere, quam bonis artibus & clementia ad rerum faſtigia ſubniti. Nam qui pauore coacti, & vi impulſi, imperata faciunt, cuncta ad id obſeruantes momenta, cum primum per occaſionem licet, repente inuiſi imperii iugum ceruicibus excutere properant. Si quos vero manſuetis moribus, & ingenio miti principes nacti fuerint (ea eſt omnium animantium natura, manſuetudine magis quam vi gubernari) firmo in eo amore conciliati, non imperium modo quod geſſerint illis contingere ac confirmare, verum longe in dies amplius reddere nituntur: perinde ac clementia & virtute imperantium parendi voluntatem & ſtudia mortalibus exprimere. Quid enim aliud magis Medorum deleuit imperiam, quam crudelitas & ſuperbia principum, patientia ſubditorum tandem demolita? Nam deficientibus primum Perſarum populis, maxima reliquarum gentium multitudo deſciuit. Quo namque modo Cyrus priuato quodam loco ortus. priuatus & ipſe initio, poſt ad regium euectus culmen vniuerſis Aſiæ populis imperauit? eo ſane dignitatis ſola eum benignitas & clemens adminiſtratio rerum prouexit. Gelon priuata familia progenitus, totius Siciliæ princeps creatus eſt, cunctis circum vndique populis ac vrbibus in ditione ſua ſponte concedentibus. Inuitabat enim atque alliciebat cunctos homines eius viri comitas & clementia, quam in calamitatibus & miſeriis oppreſſorum maxime oſtendebat. *Diodor. Sicul hiſt. l.15.*

Stimulo quidem rex apum præditus eſt, verum ad vindictam eo non vtitur. Sunt hæ leges quædam non ſcriptæ ſed ab ipſa profectæ natura: vt qui maximis imperiis potiuntur, ad puniendum tardi ſint. *Mich. Glyca, Annal. par. 1.*

In principibus nihil glorioſius, nihil gratius, nihil denique admirabilius miſericordia eſt. *Fr. Guicciard. hiſt. l.7.*

*Principes crudeles.*

Principes à crudelitate oportet eſſe alienos, & praua conſilia vitare. Nec enim raro fit, vt ipſorum familiares ad huiuſmodi res impellant, partim adulatione, partim metu ne offendant: ſed huiuſmodi conſiliariis nullum eſt genus hominum pernicioſius. *Ph. Comin. l.7.*

*Principes ignaui & ineruditi.*

Temperare mihi non poſſum quin grauius aliquid dicam in Principes imperitos & ignauos. Habent ſibi plerique familiares aliquot iuriſperitos, & quoſdam, qui longiori veſte diſcernuntur ab aliis: & recte quidem, quum ſint viri boni, ſed pericul... dum, & magno cum detrimento, quando ſunt vitioſi. C... que rei ſermo inciderit, illico legem aliquam, aut hiſtoriam ... runt, plærunque & ſæpenumero præter rem, dum ad ſuum ... & affectum omnia detorquent, idque eo crebrius & auda... unt, quum Princeps ipſe nullam habet rerum cognitionem, ... vel ingenio valeret, vel librorum lectione quæſitam habe... quam prudentiam, non temere circumueniri poſſet, nec ... cationibus aliorum eſſet expoſitus.

Hoc enim certo ſtatuendum eſt, Deum non condidiſſe ... gubernarentur ab hominibus ineptis & ſtolidis, qui friuo... dam & miſera iactatione ſolent dicere, ſe, quod vſum litera... habeant, ſuis familiaribus & neceſſariis omnem actionem ... tere, ac deinde, nulla probabili adducta ratione, cur ita ... totos ſeſe dedunt voluptatibus. Quod ſi bene fuiſſent à tene... nis educati longe aliam viam ingrederentur, & hoc dar... vt homines bene & præclare de ipſis ſentirent. Neque tamen ... dico quaſi omnes Principes ſuis negotiis praua ingenia ... Nec enim deſunt, qui verum iudicium faciunt, & pruden... deligunt optimum quenque, cuius vtantur opera. *Ph. Com... libro tertio.*

Nulla maiori clade populum Deus affligere poſſit, quam ... cipem ei præficiat ſtolidum & imperitum: neque enim dic... quam multa hinc oriantur incommoda. Nam quia ... rum arbitrio ille pendet, neque per ſe quicquam ipſe ger... tur factiones, diuiditur populus, diuiditur Senatus & ... res: inde bellum naſcitur, atq; ex bello rerum penuria, ... piunt deinde morbi, & varii generis ærumnæ, iuſtam ... ris & querimoniæ cauſam habet populus, cum ſui Princ... videt male inſtitui, & ab hominibus vitioſis educari. ...

In ſuos familiares omnia reiiciunt, ipſi plane deſides ... rium inutiles. Et vix eſt, vt amicos in neceſſitate ſubleuent ...

Si in ſolio ſegnities & inertia ſedeat, vt dici veriſſime ... leones rege Ceruo vincuntur. *P. Æmyl. F.2.*

*Principes illaudati.*

Sunt omnino duo genera Principum. Alij tam ſunt ... ſpicioſi, vt ægre ſuſtineri poſſint, vere enim eſt, vt ſe ... putent ac ludificari. Alij, ſuſpicionibus quidem non ... rum ingenio ſunt ita ſtupido & ignauo, vt quid vtile ſit, ... nus, non intelligant: atque in his parum eſt conſtantiæ ... le enim & ab amicitia diſcedunt, & ab odio tranſeunt ad ... Et quanquam illaudatum eſt vtrumque genus, vt ... acquieſcere, cum priori illo tamen malo mihi rem eſſe, ... ſunt rationes tuendi ſe apud illos, cum altero nihil recte ... eo quod ipſi rerum omnium ſecuri in ſuos familiares omnia ... unt. *Ph. Cominæus, l.2.*

*Principes imprudentes.*

Fere fit, vt principes, niſi neceſſitate coacti, non ... quid aliis præſtent: magna enim ex parte, præſertim ... nis, complectuntur eos, qui ſunt ipſorum affectibus ... modati, & cupiditatum miniſtri. Verum qui ſapiunt, ... cio lapſi aliquando fuerint, ſanare tamen ſtudent ... virtute ſuos æſtimant. *Ph. Comin. l.2.*

Sane minus prudenter faciunt Principes, quum alteri ... ſe permittunt, præſertim intercedente bello. Maximum ... mentum adfert hiſtoriarum cognitio iuuenilibus annis ... Nam extant in iis pulcherrimæ picturæ quæ clare ... quam multa perfide ſæpe & inſidioſe fiant in principum ... onibus, & in quantas acerbitates aliquando coniecti ... quod ſuis aduerſariis nimiam habuiſſent fidem. Verum ... eſt, omnes non perfidioſe agere: ſed vnius calamitate ... fieri poſſunt cautiores. Quantum enim longo rerum vſu ... gnoſcere, qui iam per annos duodeuiginti verſatus in ... gum negotiis, equidem ſic arbitror, quemadmodum & ... turnitate, & robore corporis multo ſumus inferiores ... minibus: ita quoq; ab ipſorum fide & integritate ... degeneraſſe. Vix enim eſt, vt prouidere ſibi aliquis diligenter ... poſſit, quo minus fallatur: & quo ſunt potentiores principes, ... ior eſt inſidiis & improbitati locus. Nam & ſua quadam ... eo propendunt, vt quod libet licere ſibi putent: & quidam ... ipſos, quoniam aucupandæ modo gratiæ ſunt intenti, plane ... unt illorum cupiditatibus: & ſi quis eos ad meliorem ... quando hortetur, magnas tempeſtates excitat. *Idem, l.3.*

Certe conſtat, nullum eſſe principem tam prudentem, qui ... erret & labatur aliquando: imo ſæpenumero, ſi longior ... contingat, vt ex illorum actionibus ac conſiliis, ſi vere ... berentur omnia facile iudicari poſſet. Omnes profecto ... temporum ſenatores ac viri præſtantes, qui vel fuerunt ... do, vel hodie ſunt, errarunt, & ſæpe errare poſſunt ...

Tol...

Teſtatur hoc experientia quotidiana. *idem lib.8.*

Inſcienter faciunt Principes ac inconſulte, quando ſuam priuatam ſententiam multorum iudiciis anteferunt. Dici enim non poteſt quantum ſæpe malorum ex eo proueniat, *idem li.9.*

Venetus Cameriacum progreſſus, vbi amanter exceptus ſum à ... Duce, poſt Lugdunum perueni menſe Decembri, cum ... bimeſtre eo peruenniſſet. Qui moleſte ferebant pacem nu... tam, ii cum verba nobis eſſe data viderent, magna fuerunt ... lentia, & ſibilis atq; geſticulationibus me deridebant, vt in ... rebus fieri conſueuit. Quid egiſſem ordine Regi commemorabam, & quas Veneti propoſuerant pacis conditiones, eas exhibebam ... verum ipſe & Cardinalis pro nihilo ducebant. Interim autem aliquot diebus, denuo interpellabam. Vtilius enim mihi videbatur, illa quæ deferebantur accipere, quam totum amittere. ... quibus Rex omnem adminiſtrationem permittebat, ii non ... rebus gerendis idonei, verum etiam homines peritiores ... conſilia vix vnquam admittebant: quod tametſi Rex non ... tamen eo fuit ingenio, vt quibus fidem atq; authoritatem ... eos non auderet offendere. Huc igitur tanquam in ſpecu... ſpiciant Principes, & aſſueſcant ſua ipſi tractare negotia: & a ... quoq; ſententias audiant: ſuoſq; familiares quorum vtũtur ... in pari propemodum habeant honore. Nam ſi vnus aut alter ... fidem apud Principem habeat, vt reliqui eum metuere & ... cogantur, is reuera dominatur & regnum obtinet, ſuiſq; ... tantum ac facultatibus conſulit, ac publicas commoditates ne... quod Regi ſcimus euenisse, *Idem, lib.5. de bell. Neapol.*

... principibus ill. facile ſapientes habentur, qui ad eorum ſenſus & voluntatem magis accedunt & loquuntur. *Fr. Guicciardin.* ...

... à Ludouico Sfortia Alexandriæ cuſtodiendæ præfectus, ... Gallorum exercitum ad vrbem expugnandam accedere au... noctu clam aufugit, magnoq; ſuo dedecore, nec minore Lu... prudentiæ infamia, quantum generoſum equum tractare, ... ludicris equitum certaminibus publicisq; ſpectaculis longas ... vibrare (quibus in rebus cunctos Italos fugax ille ſuperabat) ... præeſſe inter ſe differant, & quanto cum proprio detri... principes, qui in iis quibus res grauiſſimæ committuntur ... magis gratiam quam virtutem intuentur & ſpectant, de... documento fuit, *idem, li.4.*

*Principes iuſti.*

... principum vſus ex æquo, quamuis procul agenti... proximis ingruunt. *Tacit. hiſt. lib.4.*

*Principes iuuenes.*

... Ducas Græcorum imperator, quandiu vixit, Theodo... Laſcarim filium, Imperatoris nomine appellari noluit, etiam ... ſſimus eſſet in eum, neminiq; alteri imperium deſtinaſſet. ... adhuc ſubditorum voluntatibus, aniis volentibus ac ... futurum eſſet viuens eum deſignare nullo modo vo... quod diceret, Tempus multa nouare ſolere, niſi quiq; ita ... adminiſtraſſet, quemadmodum oportet. Nam adoleſcentiam ... natura mobilem & contumacem ad omnia quæ concupiſſet ... Quod ſi ſpes ac nomen Imperii acceſſiſſet, ob quas res ... adoleſcentum comitatus accederet, ac omnium accla... aures complerentur idem accidere quod homini ebrio, ... neq; pes ntq; mens ſuum ſatis officium facit, ſi ad magnæ na... gubernacula cauſa adhiberetur: cum nec iis à quibus eligeretur, ... iudicarent: nec is qui electus eſſet, quo ferretur, quidue agendum eſſet, intelligeret. *Niceph. Gregoras, hiſt. lib.3.*

Qui per ætatem temere multa ſæpe faciunt, & rerum exitus non ... in eo ſane ſunt multum vituperandi, quod illos quorum ... ſequi debent, aſpernantur. *Ph. Comin. l.7.*

*Principes liberales.*

Debent principes qui milites bello paceq; perpetua liberalitate ... ab his aliquando pro diſciplina animi continentiam ... : nedum priuatim quæſtui omnes ſtuduerint, publice ... ad ſuſtinendos maiores ſumptus, quum neceſſario bel... bellis ducantur, opes deſint. *P. Iouius, hiſt. lib.16.*

*Principes mali.*

Quæritur quidem, quæ res malos principes faciat. Iam primum ... licentia, deinde rerum copia: amici præterea improbi, ſatelli... deteſtandi, eunuchi auariſſimi, aulici vel ſtulti vel deteſtabiles, & ... negari non poteſt) Rerumpublicarum ignorantia. Sed ego à ... meo audiui, Diocletianum principem, iam priuatum dixiſſe, *... eſt difficilius quam bene imperare.* Colligunt ſe quatuor vel ... atq; vnum conſiliũ ad decipiendum imperatorem capiunt: ... quid probandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera ... nouit: cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur: facit iudi... quos fieri non oportet, amouet à Republica quos debebat obti... Quid multa? vt Diocletianus ipſe dicebat, Bonus, cautus, Optimus venditur Imperator, *Fl. Vopiſc. in Aureliano.*

Qui ſunt male inſtituti Principes, quantum ſit munus quod acceperunt à Deo non intelligunt: & ipſorum familiares ne malam gratiam concilient ſibi, diſſimulant. Et vt ex omnibus fortaſſe ſit vnus, qui fideliter admoneat, is tamen ſuę ſententiæ nullos habet approbatores, ac fere fit vt ridiculus habeatur. Eſt ſane quædam nobis innata prauitas, adeo magna quidem, vt nulla plane ratio nos ab iniuriis & violentia coerceat. Potentiores, vbi caſtellum aut oppidum eripuerunt alicui, quacunq; de cauſa nolunt à poſſeſſione deinde diſcedere: & vbi ſemel aliquem obduxerunt colorem, cum ita fecerint, accedit poſtea propinquorum & adulatorum aſſenſus, qui hæc omnia collaudant. Magna certe eſt malorum Principum iniquitas, qui pecuniam pro ſua libidine ſuis imperant, & amplum alunt ſatellitium, vt miſeram multitudinem in metu contineant: eamq; pecuniam deinde temere & voluptarie profundunt, nullo cum Reipublicæ bono & de quotidianis ſumptibus nihil remittunt, ſuos exhauriunt, & aſſentatorum ſtipati ſunt turba. Sed eſt Deus qui flagitium nullum ſinit impunitum, & crudelitatem in primis deteſtatur, qui tametſi non loquitur hominibus hodierno die, ſicut priſcis illis temporibus, tamen quæ ſit ſua perpetua ſententia, & quid à nobis fieri velit, clare perſcriptum reliquit: ita quidem vt nemo plane, qui modo ſit ſanæ mentis, & qui ad iuſtam aliquam peruenerit ætatem, excuſandi ſit habiturus locum.

Illi igitur qui vi & armis imperia ſua continent, quoties aliquid mandant, capitis conſtituunt pœnam, ad ſupremum illud tribunal Dei quomodo conſiſtent? Multa ſæpe crudeliter & inique & inſidioſe faciunt, dum aliquam prætendunt iuſtitiæ ſpeciem. Nam habent eos, qui ius dicunt, ſuarum cupiditatum plerunq; miniſtros, & quantumuis leue delictum exaggerant. Si capitale nihil deprehendunt, rationes excogitant, vt eum, cui male volunt, immenſis variiſque ſumptibus fatigent, dum & accuſatorem non ſiſtunt, & teſtimonia non cognoſcunt, & auide expectant, num criminationem aliquis in eum, qui captiuus detinetur, inſtituat. Quod ſi parum tuta videtur hæc via, neq; ſatis ad ipſorum voluntatem accommodata, nouis vtuntur perfugiis: & præ ſe ferunt, exempli ſtatuendi cauſa tali fuiſſe opus animaduerſione.

Si quis autem eſt ipſorum cliens & beneficiarius, in eum multo ſunt aſperiores: ac contra officium & fidem, qua ſit obſtrictus, eum aliquid egiſſe confirmant, & eo totis viribus incumbunt, vt aut facultatibus omnibus eum exuant, aut alioqui variis affligant. Et vicinis qui ſunt potentiores ac minime ſtolidi, eos ſinunt vti pace vel ſi quis eſt infirmior, eum ſic perturbant & exagitant, vt quo ſe tandem recipiat, vix habeat. Cauſam facile inueniunt: ſubminiſtrauerit ipſorum aduerſariis auxilia, vel tale aliquid. Quamobrem aut in ipſius ditionem, coactam aliquam militum manum adducent, vt ibi ſumptu miſerorum alantur, aut alienam aliquam litem aduerſus eũ ſuam facient: aut eius inimicos ope ſubleuabunt, aut quamcunque aliam nocendi rationem inuenient. Si quis ipſorum parentibus bonam & fidelem operam præſtitit, eum loco ſubmouent, & nouos ſibi parant beneficiarios.

Eccleſiaſtici ordinis hominibus moleſtiam de ſacerdotiis creant, vt ſaltem aliquid extorqueant, quo deinde locupletent & augeant eos, qui plerunq; nullum ipſis honeſtum exhibuerunt officium. Nobilitatem multis variiſq; laboribus & impenſis exhauriunt, quando bella pro ſuo arbitratu & libidine ſuſcipiunt, inconſultis iis, quorum abſq; voluntate & conſenſu nihil tale mouere debebant. Cum enim equeſtris ordinis homines ac viri nobiles, non modo facultates omnes, verumetiam vitam & ſanguinem in bella profundant, æquiſſimum eſt profecto, vt prius quam ſuſcipiatur bellum, eius rei conſilia cum ipſis communicentur.

Quantum ad promiſcuam & miſeram multitudinem attinet, nihil plane reliquum eis faciunt: & quum tributum ab eis præter omnem modum & æquitatem exigant, quominus ab equeſtribus etiam cohortibus quas alunt, diuexentur, non cauent: quę quidem cohortes obequitant huc illuc perpetuo, & non modo viuunt ſumptu miſerorum, ſed etiam proterue & inſolenter in eos multa faciunt: Nec enim contenti ſunt iis, quæ paſſim in agris reperiunt, verum etiam miſeris hominibus vim adferunt, eoſq; cogunt longius abire, & aliunde afferre cibaria delicatiora: mitto quod vxorum quoq; & filiarum pudicitiam tentant. Huic autem incommodo facile poſſet occurri, ſi bimeſtri quouis dependerentur eis ſtipendia, quibus aluntur alioquin ex publico. Sic enim nullam eſſent habituri cauſam, qua ſe purgarent de iniuriis illis quas inferunt, neceſſitate quadam, vt aiunt, eo quod ipſis ſtipendium non perſoluitur. Atque illud de Gallia proprie dico, quæ præter omnem aliarum gentium morem, miſerabiliter his direptionibus vexatur. Aliæ prouinciæ ſua etiam habent incommoda. *Ph. Comin. lib.10.*

*Principes miſeri.*

Iuxta temporum caſus, Princeps eo adigitur, vt multa præter animi ſui ſententiam exequatur. *Polyb. hiſt. lib.17.*

Cum in curiam à Senatu Nerua gratanter exceptus eſſet, ſolus ex omnibus Arrius Antonius vir acer, eique amiciſſimus, conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum gra-

ſulari ſe ait Senatui, populo, prouinciiſq; ipſi autem nequaquam: cui ſatius fuerat malos ſemper principes eludere, quam tanti oneris vim ſuſtinentem, non modo moleſtiis periculiſq; ſubiici, ſed famæ etiam inimicorum pariter & amicorum: qui cum ſe mereri omnia præſumant, ſi quicquam non extorſerint, atrociores ſunt ipſis quoq; hoſtibus. *P. Diacon. in Nerua hiſt. lib.* 10.

Multa magni momenti ſæpius eueniunt ex opinione aliqua leuiter ſuſcepta maxime vero inter Principes, qui propter delatorum multitudinem, ſuſpicionibus fere indulgent. *Ph. Comin. lib.* 1.

Miſeri ſunt omnes principes qui metui volunt. Et hac in re quanta ſit ſeruitus, quum ad ſenectutem peruenerunt, tunc demum aperte ſentiunt, quia coguntur inuicem plurimos formidare. *Idem, lib.* 10.

Quod ſupra non ſemel diximus, certe nemini omnium licet abſque populi conſenſu vllam pecuniam imperare. Sed in vtramque partem fere peccatur. Nam & Principes immoderate multa ſæpe faciunt, & populus nonnunquam grauiter illos offendit, quando nec morem gerunt, & in neceſſitate deſerunt, & rebellionem faciunt plane contra fidem & iuſiurandum. In Principibus autem conſpicitur magis & eſt illuſtrior Dei potentia, quam in hominibus priuatis atq; plebeis. Nam hi multis expoſiti ſunt iniuriis, & nonnunquam præter ius & æquum mulctantur vel prædæ conſequendæ cauſa, vel culpa iudicis & errore. Aliquando etiam iure plectuntur, in eoq; nihil eſt reprehendendum.

Quando vero Principes eorumq; familiares aut ciuitates aliquid delinquunt, quis ea de re quæſtionem habebit? & habita quæſtione quis ad iudicem deferet? quis iudicis perſonam ſibi ſumet? quis pœnam conſtituet? Quænam eſt autem huius licentiæ & prauitatis cauſa: Vel cur in deteriorem partem ſic propendemus omnes? Incredulitas nimirum hoc efficit. Nam ſi certo ſtatuerimus eſſe Deum qui ſcelus nullum ſinit impunitum, eſſe perpetuas & ſempiternas pœnas quibus affliguntur impii: credibile eſt neminem fore, qui violenter, aut auare, vel crudeliter aliquid ageret.

Princeps captiuus quiduis facit vt in libertatem reſtituatur: at vero nulli fere ſunt aut pauci admodum principes, qui poſteaquam ſemel aliquid occuparunt quocunq; modo, illud reſtituere velint Nam neq; ratio, neq; iuriſiurandi religio, neq; metus diuini numinis, nec æquitas vlla, nec inferni cruciatus perpetui, mouere illos poſſunt, vt quod alienum eſt, quod à ſe mala fide ſciunt poſſideri, reſtituant.

Interrogaui paulo ante, quis habiturus ſit quæſtionem de potentibus, quis illos accuſabit, quis litem definiet, quis pœnam irrogabit? Certe querimoniæ & lachrymæ miſerorum hominum, quos crudeliter vexarunt, item viduarum & pupillorum, quos maritis atque parentibus inhumanis ſpoliarunt gemitus atq; ſuſpiria, breuiter eorum quos afflixerunt & fortunis omnibus denudarunt lamentationes atque plangor, erunt accuſationis loco, quam illi coram ſupremo Dei tribunali ſiſtent. Is magnitudine ſcelerum, non ſemper concedit diuturniorem impunitatem, ſed illos aliquando verberat præſentibus pœnis, ita quidem euidenter & clare, vt dubitari non poſſit ipſum eſſe iuſtiſſimum impietatis noſtræ vltorem. Pleriq; vero Principes, imperiti quidem illi & inconſulti, quandiu proſpera vtuntur fortuna, nihil tale metuunt: ſed cum maxime ſecuri ſunt omnium rerum, tunc ecce Deus repente illis aduerſarium aliquem excitat, de quo minime ſuſpicati fuerant. *Idem eod. lib.*

Quum Rex Carolus 8. Lugduni eſſet, nuntiatum eſt ei de infirma valetudine ſui filii quem habebat vnicum, ac triduo poſt allatum fuit de eius morte. Deplorauit quidem ille caſum, ſed leuiter. Erat puer ille annorum trium admodum formoſus, & in loquendo audax, neq; timebat ea, quæ reliqui ſolent. Rex igitur qui corpore erat exiguo, & ingenio parum exercitato, ſed alioqui placidiſſimus moribus, eo leuius mortem eius ferebat, quod metueret ne grandior ille factus, & gratiam & authoritatem ſibi inter ſuos minueret. Hic autem mihi videtur eſſe magnorum Regum atq; Principum miſerum, qui à ſuis ipſi liberis ſibi metuunt.

Ludouicus vndecimus, cum eſſe annorum tredecim, facta coniuratione nobilitatis, arma ſumpſit aduerſus Patrem ſuum Carolum ſeptimum: & cum excreuiſſet adeo vehementer cœpit ab eo diſſidere, vt relicto Delphinatu, prouincia ſua, reciperet ſe ad Philippum Burgundiæ Ducem. Et cum deinde graui valetudine affligeretur: ne filio quidem ſuo, qui tunc erat annorum circiter quatuordecim, fidebat.

Ita videlicet comparatum eſt in rebus humanis, vt omnes pariter aliquo afficiantur dolore. A condito enim mundo rerum omnium fabricator Deus hoc ita conſtituit: neq; licet cuiquam illius euitare decretum, ſed differunt inter ſe cruciatus. Nam qui ſunt animi, grauius vrgent quam corporis: & quibus obnoxii ſunt prudentes ii multo ſunt tolerabiliores quam inſipientum, etſi diuerſum nonnulli ſentiant. Hi enim quo ſe conſolentur atq; ſuſtentent nihil habent

Quod ſi principes atq; potentiores, qui in maxima rerum omnium copia vitam agunt, nullas acerbitates experiuntur, eſſet profecto deſperatiſſima miſerorum hominum conditio qui labore quotidiano maximiſq; vigiliis & ærumnis, vxorem, liberos atq; familiam alunt, & magiſtratui tributum pendunt. Sed longe ſecus quam vulgo putatur res habet. Nam ſi recenſere vel[...] tos nouerim principes viros atque fœminas, annis ab [...] qui in ſummis angoribus, atq; triſtitia vixerunt, non [...] ſim conſcripturus librum. Atque hi tamen, quum rebus [...] affluerent, iis qui non nouerant familiarius, videbantur [...] um hominum beatiſſimi. Neq; dici poteſt, quam [...] plerunq; ſui mœroris cauſas haberent: magna enim [...] bantur ſuſpicionibus & calumniis. *Idem, li.* 5. *de bello Neap.*

Lautrechius exercitus Gallici in Inſubria Dux, cum [...] Galliis non mitteretur ab Heluetiis auxiliariis deſertus [...] tune, vt paulo poſt victoria quam ſperauerat ſpoliatus [...] fuſus fugatus eſt. Qua in re operæpretium eſt attendere [...] malignitas & imprudentia apud principes poſſit, qui [...] tia correpti negotiorum curam deponunt, vel imprudentia [...] ceps pulſi bona conſilia à malis per ſe non dignoſcunt [...] centa coronatorum millia, quæ Lautrechio, (quemadmodum [...] promiſſum fuerat) parata eſſent, regis mater non tam [...] augendæ cupida, quam vt proprii filii commodum [...] deret, eam pecuniam rege inſcio per quæſtores in alios [...] ti curauit. *Franc. Guicciardin hiſt. l* 14.

Carolum octauum filii puerili mortem non ægre [...] exiſtimant. Ex quo omnibus ſortem magnatum intuendo [...] neceſſe eſt miſerrimam: ſic diſtrahuntur in contraria [...] eorum cupiditates à liberis, vt, eiuſq; infantibus, [...] *Ferron. l.* 2.

*Principes profuſi.*

Maxima ſibi & prouincialibus damna intulerunt [...] profuſe temereque damnando per otia pacis vanis [...] ratos ad bellicas neceſſitates theſauros exhauſerunt. [...] *l.* 14.

Ob deprauatum hominum iudicium plerunq; [...] gibus magis profuſio, quamuis ei tenacitas ſit annexa [...] monia cum alieni abſtinentia coniuncta, laudetur. *Fr. Guicc.* *hiſt. l.* 12.

*Principes prudentes.*

Nihil prope quo ſummis angoribus atteri [...] ſeu cogitari poteſt, quod non M. Antonino Vero Imperatori [...] rit. Credo diuinitus attributum, vt dum mundi [...] quid hominibus incognitum gignit, rectorum [...] medicinæ remediis leniatur. *P. Diacon. in M. Anton.* [...]

*Principes Rerumpub. hoſtes.*

Reſpublicas odio principes ſemper proſequuntur. *Fr. Guicc.* *hiſt. l.* 4.

*Principes ſapientes.*

Qui ita ſe comparant, vt maximam temporis partem [...] pationibus, reliquum autem liberalibus & honeſtis [...] impendant, magnam illi ſane laudem merentur, & [...] lum, cui talem contingit habere Principem! *Ph. Commin.* [...]

*Principes ſtolidi.*

Dum oblectantur otio, ſimulque diuitiis parent, [...] affluentiamque æternitate maius putant, muniunt [...] pene barbaris viam in ſe ac poſteros dominandi. [...] *Caſarib.*

Stolidorum ingenia proinde agunt, vti monitore [...] *dem.*

*Principes ſuperbi.*

Potentiores, ad iniuriam propenſi, populo ſuperbe [...] *Pachymer. hiſt. l.* 11.

Carolus Burgundus re infeliciter aduerſus Heluetios [...] triſtatus in ægritudinem incidit, & per eum morbum [...] mentis plurimum & ingenii. Atq; ad hunc modum [...] nes, qui morbis nullum inuenire poſſunt ingenium [...] tem Principes faſtuoſi & ſublimes. Verum in eo [...] mum eſt: vt ad Deum confugiamus, & peccatis veniam [...] Alterum eſt, vt ex amicis, cui plurimum tribuimus [...] mus totos, & animi vulnus quo affligimur denudemus. [...] reficiendum animi vires nihil eſt efficacius. Huc etiam [...] corporis exercitia, & honeſtæ accedant occupationes, [...] res momentum adfert. Vt enim aliquo modo affectus [...] tur, oportet. *Ph. Com. l.* 7.

*Principes ſuſpicaces.*

Ad ſuſpiciones quantum pertinet, obnoxii ſunt ei morbo [...] omnes reges, maxime vero prudentiores, & illi qui multos habent aduerſarios, & qui complures offenditur. *Ph. Commin. lib.* [...]

*Principes voluptuoſi.*

Nihil gerunt opportune & ex virtute, qui voluptatibus [...] dediti ſunt. Ii cum authoritatem ſummam beneficio [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ine ſane ſunt vituperandi, quod officio ſuo deſint. Qui furore ſ…tinentia quadam vexantur, iis exprobrari nihil poteſt: qui au… ingenio non ſunt deſtituti, & commoda vtuntur valetudine, ii …ime deplorari debent, quando per ignauiam & ocium in calamitatem aliquam incidunt. *Ph. Comin lib 9.*

*Principum aulæ.*

Male in aulis principum conſilia etiam de maximis rebus occul… *P. Iouius, hiſt. lib. 4.*

*Principum coniugia.*

Grauiſſimi labores quis princeps orbem terræ capeſſit, egent ad… …ulis, vt domeſtica cura vacuus in commune conſulat. Nullum …t honeſtius cenſoriæ mentis leuamen, quam aſſumere coniugem proſperis dubiiſq; ſociam, cui cogitationes intimas, cui paruos …tos tradat, *Tacitus, Annal. lib. 12.*

*Principum conſilia.*

Cæteris mortalibus in eo ſtant conſilia, quid ſibi conducere pu… Principum ſors diuerſa eſt quibus præcipua rerum ad famam …genda *Tacitus, Annal. li. 4.*

*Principum contemptus.*

Nihil quidquam eſt ad audaciam malis, ad ſpem bonorum bonis …mptius, quam quum vel malus timetur, vel diſſolutus contemnitur Imperator. *Trebell. Pollio in Gallienis.*

*Principum incuria.*

Principes omnia facilius quam ſua cognoſcunt, ac neque clam …quicquam agunt, neq; eorum res curioſe ſeruantur. *Dion. li…*

*Principum mores.*

Virtutibus Principum res facile attolluntur, vel afflictæ, eæque …mores præceps vitiis dantur. *Aurel. Vict. li. de Cæſarib.*

Magnorum principum mores popularibus minime ſimiles ſunt, …tam facile cupiditatibus ſuis, ac homines priuati imperant: …tiam in ſuis regnis coli, & ad nutum intelligi atq; obediri aſſue… …nmodo tumidi & inſolentes ſunt, ſed vt ea quæ ipſis iuſta vi…tur, non obtineant, ferre non poſſunt: iuſta autem illis videntur …uncunq; expetunt, ſe vno verbo omnia impedimenta tollere, & re… naturam ſuperare poſſe exiſtimantes, imo ab ſuis cupiditatibus …ficultate remoueri ſibi dedecori ducunt, & plerunq; res maiores …dem pede quo in minoribus vti conſueuerunt metiuntur, non ex …dentia & ratione, ſed ex libidine atq; arrogantia conſilium capi… …quibus vitiis, omnibus qui aliis imperant communibus, nemo …affirmauit eſſe immunes. *F. Guiccardin. hiſt. li. 7.*

…ſt hoc in noſtræ ætatis principum more poſitum. vt alter alterũ …ſpe & fictis conſiliis foueat: quæ cum tot annis exitum non ha…, fatendum eſt, aut ea vel ficta fuiſſe, vel aliquam difficulta… …quæ explicari non poſſit) habere: nam vt hæc inter ipſos ſuſpicio …entiaq; tollatur, repugnat ipſa natura: ſine quo fundamento …as inter ipſos coire non poteſt. *idem, eod. lib.*

*Principum ornamentum.*

Duo ſunt quæ ab egregiis principibus exſpectantur, ſanctitas do… …in armis fortitudo, vtrobique prudentia. *Aurel. Vict. hiſt. Au…*

Compertum eſt eruditionem, elegantiam, comitatem præſer… Principibus neceſſarias eſſe: eum ſine his naturæ bona, quaſi in… …, aut etiam horrida, deſpectui ſint, contraque ea Perſarum re… …Cyro æternam gloriam parauerint. *Idem libro de Cæſarib.*

*Principum regula.*

Si ea quæ alio imperante tibi fieri velles ipſe vltro feceris aliis, …peccabis quicquam, & omnia feliciter adminiſtrabis, & ſuauiſ… …nulloque cum periculo ætatem deges. *Zonar. Annal. tomo 2. …Auguſto.*

## § Philosophicæ Sententiæ.

Salomonis præclara eſt ſententia, vbi inquit: Vbi non eſt guberna… diſſipabitur populus. In omnibus profecto, quibus certus aliquis …propoſitus finis, in quibuſq; ſic aut aliter procedere contingit, o… …eſſe dirigente aliquo nemo dubitat, ſi modo ad præſcriptum fi… …m perueniendum fuerit. Neq; enim nauis ventorum flatibus ex… …ſa aduerſis in portum appellat vnquam niſi id agat præſidentis …duſtria. Sed homini eſſe finem quendam propoſitum, ad quem vi… …æ actiones tanquam ſcopum dirigantur, non eſt, opinor, qui am… …gat. Etenim per intellectum agit, cuius ex diuerſa eſt operatio, Di… …rſo autem calle ad eum ipſum homines perduci ſtudiorum diuer… …tate, notiſſimum. Proinde aſſiſtat neceſſe eſt quiſpiam, à quo inten… …atur dirigaturq; ad quem inſito rationis lumine ferimur. Apuſſimum igitur eſt, vnum aliquem eſſe debere, cuius conſilio & prudentiæ reliqua ſubiiciatur multitudo. Alioqui multis cohabitantibus, & vnoquoq; ſua commoda procurante, nullo negotio dilaberentur res, ni princeps aliquis præſideret, qui publico bono, tanquam miſtiſparens, vt ab Homero dictum, conſuleret, Sicut & hominum cæterarumq; animantium diffluerent corpora, niſi vis aliqua foret excellentior, quæ aſſiſtens membrorum aleret cuſtodiretq; compagem. Igitur neceſſe præter id, quod mouet ad proprium vniuſcuiuſque bonum, eſſe item, quod commune omnium diſtribuat, componatue bonum. Nam & in omnibus, quæ in vnum ordinantur, diſponunturq; quiddam pernoſcitur, principis gerens vicem, ſiquidem in corporum vniuerſitate corpus primum, id eſt, cœleſte, reliqua corpora quodam diuinæ prouidentiæ munere, ordineq; diſpenſat atq; moderatur. Omnia vero animantia rationale animal regit, hominem ipſum diuinior anima. *Cælius li. 24. c. 29, Antiquarum lectionum.*

Principis officium ac munus eſt, ita regnum gubernare, & ei præſidere ſicut corpori præſidet anima, & amplius, & veluti mũdo Deus. Tum ſuborietur manſuetudinis & clementiæ lenitas dum ſingulos ipſi obnoxios perinde habet, ac corporis ſui membra, cogitabitq; id ſolũ fulmẽ, quod Iupiter mittit, placabile eſſe: perniciosum id, quod deliberauit, &, vt Seneca inquit, aliis quoq; Diis authoribus miſit, quia Iouem, id eſt, regem, prodeſſe etiam ſolum oportet: nocere nõ niſi cum pluribus viſum eſt. *Ægid. de regim. princip.*

Imperium gerens nullius mali opera ad gubernandum vtere, illius enim peccatorum cauſæ in te referentur. *Iſocrates ad Demonicũ.*

Impera, vbi prius didiceris parere. Regi enim cum didiceris, ſcies regere, *Solon Athenienſis.*

Principatus & Imperii nomen verum mihi gerere videtur ille Princeps, qui auro inexpugnabilis, rationi facilis captu ſit, libertatẽ exerceat, magnanimitatem laudet, & contumaciam ſibi vicinam caueat. *Themiſtius ex Philotecno.*

Illum qui aliis præeſt & præcipit, non poteſtate ſolum regendĩ ac imperandi, ſed dignitate prudentiaq; ſubditis antecellere cõuenit.

Homines inobedientes ſunt illi, qui cum iniuſte veniãt, aliis præeſſe volunt. Obedientiam autem facilem ad ea, quæ princeps vel ipſe, vel per aliam præcipit, apud ſubditos efficiet quiuis, qui quæ ipſum facere decet, diligenter exequitur, & eorum, quæ agere conuenit, ſubditis ſeſe exemplum præbet.

Boni principis eſt hoc vnum proprium lucrum, & inſtar infinitorum aliorum, omnia ſic facere, vt & in ipſo imperii tempore, & poſt id iuſtitiæ ac bonorum omnium à ſubiectis teſtimonium habeat. *Euſeb. Sardus.*

Vir princeps & priuatus quilibet intelligat, quod qualis fuerit ipſarum rerum actionumq;, quas agit, natura, talem quoq; ex ipſis memoriam & famam, vel bonam, vel malam conſecuturus ſit. His conſideratis ita demum alterutram viam ingrediatur, vel eam, quæ perducit ad infamiam, vel quæ ad memoriæ ſplendorem: & illam, quæ ei melior futura videbitur, anteponat.

Principatum gerens, ne reminiſcaris inimicitiarum & diſſenſionum, ſi quæ prius tibi cum aliquibus intereeſſerunt. Non enim ad regnandum promotus es, vt teipſum vlciſcaris, verum vt imperio tuo ſubditos, etiam ab aliorum inſidiis ſecuros atq; tutos cuſtodires: & vt cuſtos eſſes recti, & magnæ Deæ iuſtitiæ miniſter ac interpres. Itaque ſiquid admiſeris præter eius ſententiam aut deceperis ipſam, velut in Deam maximam delinquens, tum ab ipſa, tum à cõſtitutis circa eam geniis cuſtodibus, & vltoribus pro factis vindictã expectato.

Sic conſtitutus in magiſtratu inimicitiæ memor fueris, in deteriorem conditionem teipſum das: & grauitate ac ſanctitate, quæ requiritur in principe, teipſum priuabis apud conſcios tibi, quod inimicitiæ indulgeas, & pro ſanctiſſimis nominibus, & pro iudice, inquã, ac principe cauſam agentium, hoſtis eorum turpiſſimo nomine appellandus ſis.

Principatum, quem geris, ornes: teipſum vero non immutes. Neque enim per magiſtratum tibi quicquam acceſſit, neq; eo depoſito decedet.

Magiſtratum nactus non extollaris, ſed idem permaneas: ſic enim depoſito quoq; magiſtratu non priuatus exiſtimaberis, eo quod te illuſtrauerit.

Vir bonus, qui gentis alicuius, aut ciuitatis imperium ſuſcepit, non propter fiſcum, aut dona capiendi, & à diuitibus pecuniam comparandi cauſa, ſimilis eſt homini, qui precioſum aliquod depoſitum accepit, vt hic enim, quod datur, non retinendi, aut ſibi vendicandi gratia ſumit: ſed vt cuſtodiat, & integrum reddat ei, qui depoſuit, quandoq; repetiuerit. Ita principem quoque non ob quęſtum priuatum, ſed ſalutem cuſtodiamque ſubditorum, omnia facere oportet: ſic vt ipſos, quoad efficere poteſt illæſos, & in felici ſtatu ei, qui credidit, reſtituat. *Idem Euſebius Sardus.*

Homines meminerunt magis male quam benefactorum. Sic enim fieri decet: quemadmodum illum, qui reddidit depoſitum, laudari non oportet: qui vero non reddidit, is vituperari & puniri debet. Similiter de principe res habet: non enim ideæ creatus eſt, vt læderet, ſed vt iuuaret. *Democr.*

Imperio dignus fieri debes non Reipublice ſtatu, ſed virtutis & animi erga ſubditos excellentia. Scias igitur te ſubditorum ſingu-

lis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iis præſtare communi pro omnibus cura, & ſollicita gubernatione pro vniuerſa Repub. *Soſipater in epiſt. ad Demetrium fratrem de gubernando imperio.*

Quos autem prius non cognoſcebas, & nihil ad te pertinere putabas amplius, quam quiuis homo communem hominum naturam: illos iam Princeps factus reuereri debes, ceu iam notos & familiares, ac omnes tibi amicos eſſe videns, paterna beneuolentia complecti. Homero certe non ſatis fuit principem ſimpliciter ſubditorũ Patrem appellaſſe: quamuis haud aliud nomen inter homines benignius inueniri poſſet: ſed ad patris vocabulum adiunxit quoque manſuetum; ſimul & parentibus & bonis principibus huiuſmodi nomenclaturam conuenire ratus,

Curam quidem & prouidentiam ſubditis debitam omnibus tribuere animum inducas: illos vero, quos vſu bonos eſſe cognoueris, morum quoq; familiaritate tibi concilies. Fugienda eſt ſuperbia, & coniuncta ei vitia, vt ſunt arrogantia, pertinacia; tanquam humilis viliſq; animæ affectus. Sui enim obliuiſci, propter phantaſiam breuis imperii, magnam puſillanimitatem arguit. Curandum eſt tamē, ne dum probroſos iſtos exceſſus malitiæ vitamus, in alteram improbitatis extremitatem turpiter impingamus: leuitatem dico, & humilem animi vilitatem, malos mores pro malis prioribus commutantes. Quamobrem oportet vere imperantem manſuetum ſimul & grauem erga ſubditos tum videri, tum eſſe.

Nec ira in ſubditos vtendum eſt, neq; peccantibus inſtitutum ſuum reprehenſione relinquendum: nam iracundia principem ab inſanis nihil differre ſignum eſt: hoc vero leuitatem ad peccandum in ſubditis gignit.

Præbe teipſum ſimul & clementem, & malis infenſum, lente quidem puniendo clementiam, malis autem indignando improbitatis odium præ te ferens: Vt hoc quidem fugienda eſſe mala illud autem non nimis implacabilem iis, qui peccauerunt, eſſe fortunam, documento ſit.

Abſtinendum eſt etiam dicteriis vere imperantibus: nam qui ridiculis gaudet, imperii maieſtatem imminuet.

Quin & à conuitiis purus ſit princeps, hoc enim præcipitis imperitorum hominum iracundiæ ſignum eſt.

Admonitionum duo genera, alterum acriter obiurgans, alterum leniter curans, argumenta mihi videntur probi principis.

Imperandi modum ſingulorum moribus decenter accommodato, cum probis moderate, cum ſupinis vehementer, cum audacibus acerbe, cum cautioribus deniq; leniter agens.

Oportet autem à peccatis arcere per neceſſitatem ſuadelæ coniunctam: his vero, qui deliquerunt, moderatam iuſtitiæ caſtigationẽ inferre: Ita vt parua quidem & vulgaria peccata diſſimulentur (nec enim conducit & quælibet & omnia ſimpliciter punire, neq; cognoſcentem negligere.) Quæ vero iam ingraueſcunt, iis cura ſecundum leges adhibeatur.

Deſiderandum quidem eſt, animam, quoad eius fieri poteſt, à vitiis puram eſſe: interim tamen cogitabis, homini congenitum eſſe peccare. Quocirca qui punit homines tanquam impeccabiles, modum tranſgreditur rectæ & ſecundum naturam caſtigationis. Exhibeas autem teipſum magiſtratui ornamentum, non externis & temporaneis elucubrationibus glorieris.

Gratiæ & beneficia, quæ iuſtitiam tranſgrediuntur, ne gratiæ quidẽ mihi dici debere videtur. Amicas autẽ iuſtitiæ nemo reiecerit vltro, qui modo non ex quercu aut petra natus ſit. Quandoquidem enim lex ſæpiuſcule duriores peccatis pœnas irrogat, ius quod æquum dicitur, auſteram legum ſententiam mitigans, inculpata mihi videtur veræ & liberæ gratiæ occaſio. Verum iudicia quidem, quę occupantur circa iuſtitiæ emendationem in contractibus, omnino non agnoſcunt gratiarum genus: quæ autem circa delicta verſantur, manſuetam & humanam gratiarum faciem non recuſant. *Idem.*

Cæterum oportet verum principem non recte tantum imperare ſcire ac poſſe, ſed etiam humaniter. Turpe enim fuerit paſtorem oues odiſſe, & pecoribus ſuis infenſum eſſe. Quinetiam legitimus eſſe debet: ſic enim demum principis dignitatem habuerit. Scientia enim recte iudicare poterit: poteſtate punire: humanitate beneficia conferre: deniq; ex legibus iſta omnia ſecundum rationem facere. Optimus autem erit princeps, qui lege diuiniſſima vtetur, qualis futurus eſt, qui nihil ſui gratia facit, ſed omnia propter ſubditos. Nam lex quoq; non ſui, ſed ſubditorum gratia eſt. *Archytas Pythagor de Lege & Iuſtitia.*

Verus princeps magna cum laude dignitate & bonitate præeſt, magnifica bonorum munera ſubditis exhibet: victus abundantis ſalutis omnimodæ, & vitæ tranquillitatis author eſt. Hunc enim ſibi finem proponit honeſtus princeps, vt ſubditos felices efficiat. Et tum ſane præ cæteris, qui ab eo gubernantur, in primis eximius eſt, cum illi beatam vitam agunt, qui ſeipſos ei commiſerunt. Siquidem publica vtilitas non ſeparata eſt à priuata: quin potius in vniuerſali ſingulis etiam vtile continetur, & partes in toto ſeruantur, tum in animalibus & ciuitatibus, tum in aliis quoq; naturis.

Inter omnia principum opera plurimi facio & admiror magnanimitatem & magnificentiam & maxime cum bene merendo de hominibus, non exactis & auaris rationibus vtuntur, neque parcunt in largitionibus, nec tanquam in lance trutinæ æqualia pro æqualibus commutant; ſed gratiam ingenue proferunt, non tantum ex vaſis fundentes ipſas, vt Poetæ canunt, nec aliis huiuſmodi organis incluſas: ſed nudas, intectas, & ſine velamentis externis continuas, ſibique cohærentes, benigniter & beneuole porrigunt, vt decet, & gratioſum eſt. Huiuſmodi enim gratiarum decus merito coronam imperii appellauerim. *Iamblichus in epiſt. ad Dyſcolium.*

Lex eſt commune bonum, ſine quo nihil bonum fieri poteſt. Cæterum oportet Principem legibus præfectum, ſincere purgatum eſſe iuxta ſummam legum rectitudinem, ac neq; ſeductione aut fraude falli per ignorantiam, nec vim inferentibus concedere, nec vlla occaſione iniuſta allici. Nam ſeruatorem & cuſtodem legum tam incorruptum oportet eſſe, quam ſumme fieri poteſt in humana natura. *Idem in epiſt. ad Agrippam.*

Ratio ex Philoſophia aſſidens Principi, & velut cuſtos in mente recondita, quicquid in potentatu periculoſum eſt, tanquam [illegible] tico habitu demit, & ſalubre tantum relinquit. Verum multi ... ac principum ſine mente, imperitos ſtatuarios imitantur, qui Coloſſos putant ita demum magnos videri, ſi multum diuaricatos diſtentos & hiantes fecerint. Nam & illi (Principes inquam) grauitate vocis, aſpectus aſperitate, difficultate morum & conſeruandi aſpernatione, magnitudinem & ſeueritatem imperii exprimere ſe putant.

Cæterum oportet: quemadmodum amuſſis, cum plane recta & minime peruerſa fabricata eſt, cætera, quibus admouetur & accommodatur, dirigit: ſimiliter quoq; Principem, vbi primum didicerit imperare ſibiipſi, & animum ſuum recte inſtituerit, & mores habuerit bene compoſitos, ita demum ſubditos regere. Nec enim cadentis eſt currere, aut incompoſiti componere, aut parere neſcientis imperare.

Tot tantorumq; bonorum & munerum, quæ dii largiuntur, nullus eſt fructus, aut vſus rectus ſine lege, iure, & Principe. Ius finis eſt legis: Principis opus, lex: Princeps autem: imago Dei cuncta adminiſtrantis. *Plut. ad imperitum ducem.*

*Τὰ μὲν γὰρ σωφρόνων ἀρχόντων ἤθη, σφόδρα μὲν εὐλαβῆ, καὶ δίκαια, καὶ σωτήρια. δριμύτητος δὲ καὶ τινος ἐπιμόνητος ὀξείας πρακτικῆς δέ-ται.*

Etenim prudentium Principum mores, valde cauti, iuſti & ſalubres ſunt: indigent vero etiam acrimonia quadam, & acri efficaciq; pertinacia. *Plato in Politicis.*

*Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμήριον ἄρχοντος ἀρετῆς, ὧν ἂν ἑκόντες ἕπωνται, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς παραμένειν ἐθέλωσι.*

Equidem & iſtud opinor magnum eſſe argumentum virtutis in principe, ſi ſubditi ipſum libenter ſequantur, & in periculis perſeuerent. *Xenoph. in Oeconum.*

*Πολλάκις μὲν δὴ ὦ ἄνδρες ἄλλοτε κατενόησα, ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. οἵ τε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων, ὅπως μήποτε αὐτοὺς τἀγαθὰ ἐπιλείψῃ.*

Verum ego, ô viri, ſæpenumero etiam alias cogitaui, bonum principem nihilo differre à bono patre. Nam & parentes filiis prouident, vt bona his nunquam ſint defutura. Et Cyrus mihi videtur nunc ea nobis conſulere, à quibus maxime in felicitate poſſimus ad vltimũ vſq; finem perſeuerare. *Idem in l. 8. de Pædia Cyri.*

Qui imperare cupiunt, duo ſibi proponere in primis debent: vnũ, vt ſint liberales: alterum, vt clementes. Princeps enim, qui liberalitatem exercuerit, ex hoſtibus amicos, ex alienis ſuos, ex infidis fideles faciet: peregrinos etiam, & in extremis terris agentes, ad ſeſe amandum alliciet: Vtraque autem princeps Deo maxime ſimilis efficitur: cuius proprium eſt benefacere omnibus, parcere delinquentibus.

Qui aliis præeſt, omnino vacuus eſſe debet affectibus: Ita namq; rectum quid ſit cernere non patitur, odium ad iniqua impellit, amor iudicium impedit, trahit ad vim inferendam libido, ſtimulat ad vindictam dolor, inuidia præcipitanter agit. Maxime autem hominis eſt, & eius præſertim hominis, qui principatum gerat, præſenti animo in aduerſis vti, nec aduerſanti fortunæ ſuccumbere. *Pontan. Iouinia. de principe.*

Sententia Platonis eſt, Beatas fore Reſpublicas ſi eas vel ſtudioſi ſapientiæ regerent, vel earum rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet. *Boet. de conſol. philoſ. l. 1. proſ. 4.*

Principum crudelitas bellum eſt: Clementia in quamcunque domum peruenerit, eam felicem & tranquillam parabit, ſed in regia, quo rarior, eo mirabilior. Magni animi proprium eſt, placidum eſſe tranquillumq;, ac iniurias & offenſas ſuperando deſpicere. Muliebre enim eſt furere. Ira non decet regem. *Senec. li. 1. de Clementia. c. 5.*

Optime deos exemplum principibus conſtituam, vt ſe tales ciuibus præbeant, quales ſibi deos eſſe volunt. *ibid.*

Si vis tibi omnia ſubiicere, ſubiice te rationi. Multos reges, ſi te ratio regat. *idem epiſt. 34.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…nceps cuſtodire debet iuſtum.
…cipatum virum oſtendit. *Ariſt.lib.5.Ethic.*
…dentia proprie virtus principis, *idem lib.3.Polit.*
…ilis eſt comparatio regis ad ſubditos, patris ad filios, paſtoris
…es *idem li.8.Ethic.*
…lius eſt, ciuitatem regi viro optimo, quam lege optima, *idem*
*…Polit.*
…on de fac li poteſt inuadi, qui eſt ſobrius, ſed qui ebrius. Neque
…et vigil, ſed qui eſt dormiens. Quapropter princeps, ne inuaſibi-
…ebrietatem & ſomnum debet euitare.
…riculoſum eſt principi, ſubdito dare magnos honores.
…ex iuſtitiam conſeruare debet.
…inceps Deicola debet eſſe, quia minus timent, homines iniu
…pati à principe, ſi Deicolam ipſum putant eſſe. *Idem lib. 5. Po-*
…
…portet principem bonos honorare; & ipſemet honores eis di-
…buere. Supplicia autem diſtribuere non per ſe, ſed per alios. *ibi-*
…
…inceps nullum magnum virum totius ſui dominii debet face-
…ibidem.
…i princeps aliquem à poteſtate ſibi tradita deponere velit gra-
…hoc debet facere, & non ſimul auferre totam poteſtatem, *ibi-*
…
…ndetur vero hic Imperator, aut etiam appelletur, aut hoc no-
…dignus putetur? Quomodo? aut hic tui tandem, libero impera
…non poteſt cupiditatibus ſuis imperare: Refrenet primum
…es, ſpernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiã,
…eras animi labes repellat. Tum aliis incipiat imperare, cum i-
…probiſſimis dominis dedecori aut turpitudini parere deſierit.
…quidem his obediet, non modo Imperator, ſed liber habendus
…o non erit. *Cic.lib.Paradoxorum.*
…lus eſt, quem oporteat vel plura vel meliora ſcire, quam
…rum, cuius doctrina debet omnibus prodeſſe ſubiectis. *Vege-*
*…re militari.*
…egum atq; Imperatorum animi virtus in pace, vt in bello va-
…quabilius atq; conſtantius res humanæ ſeſe haberent. *Saluſt.*
*…ulum.*
…agnum eſt perſonam in Repub. tueri principis, qui non animis
…debet, ſed oculis ſeruire ciuium. *Cic.Phil.8.*
…ui contentione principatus laborat, quæ nulla eſſe debet,
…e facit, ſi vitiis cum virtute contendit: vt enim curſus cur-
…ortibus virtus virtute ſuperatur. *Phil.14.*
…tantum mali eſt peccare princeps (quanquam eſt magnum
…ſum malum) quantum illud, quod permulti etiam imita-
…ncipum exiſtunt. Nam licet videre, quæcunq; mutatio mo-
…ncipibus extiterit, eandem in populo ſecutam. Nobilium
…victuq; mutato, mores ciuitatis mutari ſolent. Nec ſolum
…cipiunt ipſi principes, ſed ea infundunt in ciuitatem: neq;
…quod ſolum ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpãt,
…exemplo, quam peccato nocent. Pauci enim, atq; admodum
…nore & gloria amplificati, vel corrumpere mores ciuita-
…ngere poſſunt. *3.de Leg.*
…ple pleriq; facta principum imitantur, *1.Offic.*
…cipem facere, quod ab aliis fieri velit, genus efficaciſſimum
…rtationis.
…ncipis officium eſt, erga rebelles audacia, erga ſubiectos bene-
…ia vti.
…ore regalius eſt condere vrbes quam demoliri.
…o principi nihil iucundius ciuium concordia: ac tyranno ni-
…dabilius.
…cipis munus eſt vnicum, aliis proſpicere, & publicis conſu-
…modis.
…cipi tum maxime inuigilandum, quum populus maxime
…genio: neque oportet vnquam principem generaliter vi-
…
…ncipi nihil prius aut charius eſſe debet fidis amicis.
…ncipes publica potius, quam priuata curent *Eraſm.in Apoph-*
…

## ¶ Apophthegmata.

*…xander.* Cineſias videns Alexandrum Magnum à pharmaco,
…mpleuerat, vehementer turbatum: Quid, inquit, nobis facien-
…eſt, cum vos dii talia patiamini? Alexander autem ægre attol-
…culos: Quales, inquit, dii ſumus? metuo, ne diis inuiſi. *Eraſ.li.*
*…poph.*

*…ochus*, quum in venatu quodam feram inſequeretur, aber-
…b amicis ac famulis, in caſam pauperum quorundam, quibus
…erat, introiit: atq; inter cœnam iniecta mentione Regis, au-
…quod cætera quidem probus eſſet, ſed pleraſque functiones
…ret amicis improbis, ipſe ad eorum facta conniuens: tum
…immodico venandi ſtudio, frequenter neceſſaria negligeret.
…tum temporis nihil reſpondit, nec quis eſſet prodidit: verũ
vbi diluculo ſatellites veniſſent ad caſam, iamq; agnoſcerent, allata
purpura ſimul cum diademate: Age, inquit, ex quo vos indui; heri
primum vera de me ipſo audiui. Nam fere hoc ſtudio eſt his, qui vi-
uunt in aulis principum, ne quid audiant niſi blandum auribus.
*Plut.in apoph.*

*Cato maior*, peſſimum dicebat eſſe principem, qui imperare ſibi-
ipſi nequiret. *Stob.ſer.44.*

*Galienus impe.* prouinciarum defectionem, quaſi leuiſſimarum
rerum iacturam, ioco ſolebat eludere. Cum enim nuntiatum eſſet,
Ægyptum defeciſſe: Quid, inquit, ſine ligno Ægyptio eſſe non poſ
ſumus? Quum vaſtatam Aſiam Scytharum incurſionibus accepiſſet,
Quid, inquit, ſine aphronitro eſſe non poſſumus? Perdita Gallia, ar-
riſit dixitq;: Non ſine trabeatis ſagis tuta reſpublica eſt? Peſſimi
principis voces, cui quicquam potius eſt Repub. *Trebell.Pollio.*

*Pythagoras* ita imperandum eſſe principi dicebat, vt veneretur
magis, quam metuatur. Reuerentiam enim admiratio timorem o-
dium comitatur. *Stob ſer.46.*

*Cleobulus* felicem exiſtimabat principem, qui nemini conuerſan-
tium ſibi crediderit. *Stob ſer.eod.*

*Pittacus* eum demum principem laude dignum exiſtimabat,
qui efficit, vt ſubditi metuant non ipſum, ſed pro ipſo. *ibid.*

*Bias* optimum principem pronuntiabat eſſe, qui vtatur patriæ
legibus. *ibid.*

*Chilon*, optimum eſſe regem dixit, qui operam dat, vt non me-
tuatur. *eod.ſerm.*

*Thales* pronuntiauit, principis felicitatem exiſtimare ſe, ſi vitam
obiret, poſtquam conſueuiſſet iuxta naturam. *ibid.*

*Socrates* dicere ſolebat, eum eſſe optimum regem & principem,
qui à propriis affectibus temperaret. *Phauorin.*

*Plato.* Tum demum beatum terrarum orbem futurum prædi-
cauit, cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent. *Plato
ipſe epiſt.7.Cic.epiſt.ad Q.Fratrem, Valer.Max.lib.6.c.1. Agapetus
ad Iuſtin.Caſ.*

*Iſocrates* dicebat, optimum principem ſemper imitari eum, non
qui maximum imperium acquiſierit, ſed qui optime præſentibus v-
ſus ſit *Anton in Meliſſ.part.2.ſerm.1.*

*Anacharſis*, Bonum principem iudicabat eum eſſe, qui non ſo-
lus prudens ſibi videretur, ſed bono & iuſto aliorum conſilio lubens
acquieſceret. *Stob.*

*Philon*. Eius dictum eſt. Si vis bonus eſſe rex, cum fortitudine be-
nignitatem & manſuetudinem ſerua, vt non formidoloſus ſed re-
uerentia dignus tuis ſubditis videaris. *Phauor.*

*Bion*, Oportere bonum principem à magiſtratu diſcedentem nõ
ditiorem, ſed clariorem euaſiſſe dicebat. *Stob ſer.de magiſtr.*

*Agathon* dixit, principem oportere trium meminiſſe: primum
quod imperet hominibus, deinde quod ſecundum leges, tertio,
quod non ſemper imperet. *eod.ſer.*

*Muſonius* dicebat, conandum eſſe principi, vt verendus potius
ſubditis ſit quam metuendus: illum enim grauitas ſequitur hunc
inhumanitas. *Stob.*

*Ad Agidem* Archidami filium quum quidam dixiſſet, Philip-
pum effecturum, ne Lacedæmoniis pateret iter in Græciam: No-
bis, inquit, ô hoſpes, noſtra patria ſufficit ad illic viuendum. Rectus
ad vtrumq; paratum: & ad proferendum imperium, ſi contingat, &
ad boni conſulendum fortunam licet mediocrem: cum plerunque
principes id, quod obtingit, male adminiſtrent, nec vllis ſatientur
ditioris acceſſionibus. *Plut.*

*Ageſilaus*, licet Lacedæmoniorum rex eſſet, poſt multa egregia
facta, nequaquam ſibi principatum, ſed tum rempubl. tum ſociis &
amicis Reipublicæ gerere dicebat. Quo dicto docere voluit, ita de-
mum, qui potitur imperio, vere legitimeq; imperare, cum & ipſe
paret imperio, legum, & eorum, qui in Republica magiſtratu fun-
guntur. *Plut in Lacon. apoph.*

*Idem*, illud aſſidue in ore habuiſſe fertur, principis eſſe non mol-
litie deliciiſue, ſed temperantia ac fortitudine priuatis hominibus
antecellere. *Plut.in apoph.Lac.*

*Fridericus Imp.* Tum demum ſaluam Rempubl. fore dicebat, ſi
ſenatores de rebus conſultaturi in veſtibulo curiæ ſimulationem
ac diſſimulationem deponerent, Si enim & ipſi recte conſulerent, &
iudici inter conſilia diiudicare non difficile eſſet. *Æneas Syl. lib.3.
comment.de reb.geſt.Alphonſi.*

*Idem* interrogatus, quinam ſibi chariſſimi eſſent? Qui, inquit, me
non magis quam Deum ipſum timent. Deprompta ſane ex Chri-
ſtiano pectore ſententia in primis enim timendus Deus, rex regum,
& dominus dominantium *Aeneas Sylu.4.commentar.in res geſtas
Alphonſi.*

*Otho Syluius*, quum videret aut deponendum imperium, aut
magno ciuium ſuorum ſtrage tuendum, ſtatuerat ſponte mori:
verum dehortantibus amicis negauit ſe tanti facere vitam ſuam
vt ob hanc quenquam ſuorum interire cuperet. *Eraſ.li.8.apoph. ex
Plut.*

*Alphonſus*, Eos demum principes magnificiendos dicere ſo-
lebat, qui iuſtitiam probe excolerent: hæc enim in quo fuerit,
eius imperium æquo omnes animo patiuntur, illiuſque modera-
tioni ſeſe etiam ſponte ſubiiciunt. Vt de Cyro illo legimus, quem
non

non iuſtitiæ ſolum, ſed omnium etiam regiarum virtutum exemplum fuiſſe apud ſuos, creditum eſt. *Panor. li. 1. de reb. geſt. Alphonſi regis.*

*Idem*, Eum principem mirum in modum probabat, cuius ſimplex verbum tantum ad fidem valeret, quantum priuatorum hominum iuſiurandum. Senſit autem, non vulgarem principis virtutem eſſe, ſtare verbis, & facto præſtare id, quod verbo ſemel promiſit *ibid.*

*Idem* Illud quoque aſſidue in ore habuiſſe fertur: Tanto priuatis hominibus reges meliores eſſe debere, quanto honoribus & dignitate antecellerent. *Panorm. libro quarto de rebus geſtis Alphonſi.*

*Idem*, Apud Alphonſi aulicos cum de gerendo principatu eſſet contentio, rex perdifficilem rem ſibi principatum videri, vel eo maxime dicebat, quod principum vita popularibus exemplo cedat, illis quidem ad vitia quam ad virtutes procliuioribus. *Panor. lib. 2. de Alphonſi rebus geſtis.*

*Idem*, Cum præterea de principium vita & moribus diſceptaſſent, dixiſſe fertur, Principibus non modo ſua cauſa à peccato abſtinendum eſſe, ſed multo etiam magis, ne ſua vitia infundantur in ciues ſuos. Quanto enim flagitium conſpectius, tanto offendiculum grauius. *Panor. li. 2.*

*Idem*, Præterea cum de ſubditorum moribus diſputarent, Alphonſus reſpondiſſe dicitur: Veluti ad ſolis motum, ita populares ſemper principum mores verti atq; formari. Vulgus enim imitatur, quod a principibus conſpicit factitari. *ibid.*

*Idem*, Regem illiteratum ac indoctum nil aliud niſi aſinum coronatum eſſe dicebat. *Æneas Sylu. lib. 1. comment. in Alphonſi geſtas.*

*Idem*, commemorantibus quendam ex Hiſpaniæ regibus dixiſſe, non decere principes viros ſcire literas, exclamauit: Eam vocem bouis eſſe non hominis. Non omnes literæ conueniunt principi: ſed eæ, quæ politicen tradunt, aut ethicen, quæque recte ac ſecus geſtorum exempla commonſtrant, id quod facit. *Hiſtor. ibidem.*

*Idem*, audiens ab agricultoribus, mala punica, quæ natura acria eſſent, arte & diligentia fieri dulcia: Cur non etiam nos, inquit, ciues & populares noſtros ingenio malo prauoque præditos, induſtria & labore meliores reddimus? innuit autem, populi mores vix eſſe tam prauos, quin rite gubernantis ſtudio, labore & induſtria meliores reddi queant. *Panorm. libro 4. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Idem* reprehenſus, quod parum regaliter incederet, reſpondit: Malle ſe moribus & authoritate regem videri, quam diademate aut purpura. *Anton. Panorm. de rebus geſtis Alphonſi. & Aen. Sylu. de eius dictis.*

*AEneas Sylui⁹*, audiens, Alphonſum Aragonum regem neminem ex ſuis lædere, reſpondit: Iuſti principis eſſe, non ſolum afficere neminem iniuria, ſed eos, qui damna quibuſuis hominibus ſine iuſta cauſa inferunt, ſi poſſit, prohibere. Nam, teſte Cicerone, qui aut non obſiſtit, ſi poteſt iniuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi patriam aut parentes deſerat. *Æn. Sylu. lib. 1. comment. de reb. geſt. Alphonſi regis.*

*Caſpar Schlik.* Is trium Cæſarum Cancellarius optare ſe dicebat: Omnes reges aliquando priuatos, pauperesq; fuiſſe. Neque enim ſatis miſeretur, qui nunquam fuit miſer. *ibid.*

*Leonidas.* Xerxes Leonide ſcripſerat, ſi deſinas θεομαχεῖν, id eſt, cum diis bellare, ſeſe meis te copiis adiunxeris, potes Græciæ fieri monarcha. Huic reſpondit Leonidas: Si nouiſſes, quæ ſint in vita honeſta, abſtinuiſſes à concupiſcendis alienis. Mihi vero potius eſt pro Græcia mori, quam in populare meos gerere monarchiam. Quid tam impium eſt, quod mortalium vulgus non admittat ampli principatus gratia? At hic prius duxit honeſtã Mortem pro amicis liberãdis oppetere, quam monarcha factus eos ſeruitute premere, a quibus venerat depulſurus ſeruitem barbarorum. *Plut. in Lacon.*

*Theopompus*, interroganti, quo pacto quis regnum tuto poſſit tueri? Si inquit, amicis concedat iuſtam libertatem, pro viribus interim aduigilans, ne ſubditi afficiantur iniuria. Multis principibus exitio fuit, quod amicis nihil non permitterent, ciues iniuria affectos negligerent. Hic temperantia adhibenda eſt, vt princeps nec amicos alienet tyrannica ſæuitia, nec patiatur illos regia familiaritate abuti ad quiduis audendum præter ius aduerſus plebeios: qui nimium irritati ſæpe reges ſuos excuſſerunt. *Plut.*

*Idem*, Theopompo Lacedæmoniorum regi quum dictum eſſet, eo tempore bene Lacedæmoniis eſſe, quod bene regere reges didiciſſent. Oſtendens, bonam popularium vrbium adminiſtrationem non tam in principum regimine, quam in populorum obedientia conſiſtere. Nam ſi populi in diuerſum à principibus traherent, difficillimum arbitrabatur eſſe, vt principes optime gubernare poſſent. *Plut.*

*Cyrus* dicebat: Neminem debere imperare, qui ſubditis ſuis non eſſet melior: principemque non decere eſſe inferiorem neque intelligendo quæ opus ſunt, neque gerendo quæ tempus expoſtulat. *Plut.*

*Pythagoras* dicere ſæpenumero ſolitus eſt, ſimilia eſſe boni paſtoris & boni regis opera. Boni igitur paſtoris cum ſit bene paſcere gregem, omniaque mala ingruentia auertere: ſic ad bonum regem ſpectat, vt diligenter gubernet ciues ſibi à Deo concreditos, omniaque legibus prohibeat, quæ in Reipubl. perniciem ingruere videntur. *Xenophon.*

*Xenophon*, Iſtud (inquit) opinor, magnum eſſe argumentum virtutis in principe, ſi ſubditi ipſum libenter ſequantur, & in periculis vna perſeuerent. *In œconom.*

*Philippus* aiebat: oportere meminiſſe principem, quod homo exiſtens, poteſtatem adeptus ſit diuinam, vt res honeſtas & diuinas inſtituat, ſermone autem humano vtatur. *Stobæus ſermone 46.*

*Alexander* interrogatus, quis optimus princeps eſſet? Qui, inquit, amicos donis retinet, & inimicos beneficiis amicos facit. *Ant. in Meliſſ. part. 2. ſer.*

*Alex. Seuer.* cum ab amicis reprehenderetur, quod immemor Maieſtatis Imperatoriæ, non pretioſo geſtitu, auro, gemmiſque corpus etiam ornaret, reſpondit: Principatum ac imperium in virtute eſſe, non in corporis decore. *ibid.*

*Philiſcus* ad Alexandrum aliquando dixiſſe fertur: Ad gloriam incumbe, verum ea conditione, ne ſis peſtis, vel magnus aliquis morbus, ſed pax & ſanitas. Affirmans, per vim & ſæuitiam expugnare ciuitates, populos exſcindere, peſtilentiam eſſe: Sanitatis vero, ſalutiſque ſubditorum rationem habe: ea enim ſunt pacis commoda. *Aelian. l. 14. de var. hiſt.*

*Anaxilaus Rhegii princeps* interrogatus, quid in principatu felicißimum eſſet? reſpondit, nunquam beneficia conferendo vinci. *Stob. ſer. 46.*

*Plutarchus*, Tot (inquit) tantorumque bonorum & munerum, quæ dii largiuntur, nullus eſt fructus, aut vſus rectus ſine lege, iure & principe. Ius finis eſt legis: principis opus lex: princeps autem imago Dei cuncta adminiſtrantis. *Libro ad principem indoctum.*

*Ageſilaus.* Celebratur & hoc illius dictum, principibus potiſſimum ediſcendum, Imperatoris officium eſſe, erga rebelles audacia, erga ſubiectos beneuolentia vti, quod idem Maro noſter carmine docuit.

*Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

Neque enim vere victor eſt, qui iracundiæ vindictam ſitienti frenum neſcit imponere. *Plut. in Lac. apoph.*

*Ageſilaus.* Siquid eſſet, quod per milites celeriter conficiendum, primus ipſe ſub oculis omnium operas aggrediebatur, quo ipſi ardore ad induſtriam extimularentur. Efficacißimum exhortandi genus, principem hoc facere, quod ab aliis fieri velit. *Eraſm. ex Plut.*

*Idem.* Cum parum inſtructus eſſet equitatu, Epheſum ſe recepit: ibi opulentis denuntiauit, vt quicunque pro ſe virum & equum præberet, à militia eſſet immunis. Hac arte factum eſt, vt pro ignauis, ac timidis diuitibus breui colligeret & equos & viros ſtrenuos, ac bello idoneos. Qua quidem in re dicebat ſeſe Agamemnonis exemplum retuliſſe, quod is, accepta equa generoſa, virum diuitem, ſed ignauum militia expuliſſet. Hæ ſunt artes excellenti principe dignæ, quibus efficitur, vt quod ad Reipub. dignitatem incolumitatemue neceſſarium eſt, non per violentiam inuidioſam extorqueat, ſed ea dexteritate impetret, vt nec tenues grauet, & à ditioribus etiam gratiam ineat. *Plut. in Lac.*

*Agaſicles*, cuidam ab eo ſciſcitanti, quo pacto poſſet aliquis tuto imperare, nullo ſtipatus ſatellitio? reſpondit; Si ſic imperet ciuibus, quemadmodum pater imperat liberis. Nemo plura dixit, neque maiore compendio. Domini tantum timentur à ſeruis, & malo metu coercentur, quos non corrigit pudor. Pater quoniam liberorum conſulit potius, quam ſibi, diligitur ab illis, ſic vt authoritatem comitatur reuerentia. Aduerſus hos adeo non eſt opus ſatellitio, vt non aliud ſit ſatellitium fidelius illorum ſtipatu. Quod ſi rex beneuolentia ac benefactis adiungeret ſibi ciuium animos, non eſſet opus babarico conductitioque ſatellitio, ſed nullos haberet corporis ſui cuſtodes tutiores, quam ciues, erga quos patris gereret affectum. Porro, quibus placet hoc dictum: Oderint, dum metuant, nullos magis habent ſuſpectos, quam quibus oportebat maxime confidere: ac multos metuat oportet, quem metuunt multi. *Plut.*

*Sthenius.* Pompeius Magnus, cum Mamertinos, quod hoſtium partibus adhæſiſſent, interficere omnes ſtatuiſſet: Sthen vrbis eius ciuitatis princeps Pompeium adit, & his verbis affatus eſt: Non æquum facis Pompei, qui propter vnum noxium multos innocentes occidere paras. Quo audito, Mamertinis pepercit Pompeius, ciuitatemque & Sthenium liberauit. Habes autem hic in Sthenio exemplum, quem animum erga Rempubl. oporteat habere principem ſi in periculum incidat: in Pompeio autem placabilitatis argumentum, qui viri boni maluerit habere rationem quam indulgere iræ. *Plut. in apoph.*

*Liuia* Auguſtus Imperator quum apud Liuiam vxorem ſuam conquereretur de hominum inſidiis, quæ hinc inde etiam vigilantiſſimo ſtruerentur: Mirum non eſt, reſpondit Liuia, quod tibi parentur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...r inſidiæ, partim quod id non ſit alienum à natura, partim ...magno imperio multa facias, ex quibus par eſt pleroſq; mo...capere. Princeps enim non poteſt omnibus placere : ſed ...quantumuis recte imperet, ei multos iraſci neceſſe eſt. *Dion.* ...*pruſa.*

...*rianus.* Præſidibus onerandas tributo prouincias ſuadenti...ſcripſit: Boni paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere. ...*Dion.*

...*adrianus Imperat.* in ſenatu frequenter dicere ſolebat, ſe ſic ...m principatum, vt ſciret rem populi eſſe, non ſuam priua... Nimirum attigit hoc, quod vnum diſtinguit regem à tyran... *Dion.*

¶ SIMILITVDINES.

...*ſoſt.* Sicut ex choro ipſum principem auferas, nequaquam ...latus chorus, vel ordinatus exiſtit. Et phalanx militum ſi du...non habeat, nullo modo numeraſſe acies illa, vel ordinate pro... Et nauis, ſi gubernatore priuetur, peſſum eat neceſſe eſt: & ...i paſtorem abſtuleris, cunctis diſpergeretur & peribit: Ita & ...m, & multarum cladium eſt & occaſio confuſionis & turba...m principium, vbi nullus principatus, & eſt ſubuerſionis ar...am. Verum ſi princeps malus exiſtat, peius malum eſt, quã ...rincipe conuerſari. Melius eſt à nullo quam à peſſimo regi. ...dem ſaluatur aliquando, ac ſi in periculum decidat: Iſte au...omnibus modis pericula ſubiturus eſt, dum ad foueas & rui...pellitur. *Hom.l.34.Epiſt.ad Hebræos.*

...*uguſtinus.* Sicut dæmones niſi eos, quos fallendo decepe...poſſidere non poſſunt: Sic & homines principes non ſane ...d dæmonum ſimiles ea, quæ vana eſſe nouerunt, religio...omine populis tanquam vera ſuadebant, hoc modo eos ci...ietati velut arctius alligantes, quo ſimiliter ſubditos poſ...t. Quis autem infirmus & indoctus euaderet ſimul falla... principes ciuitates, & dæmones? *De ciuitate Dei, libro 4.*

...Vt lapſus non poteſt erigere lapſum: Ita malus & ſtultus ...ps non poteſt emendare populum. *in Moral.*

...*in ſcena διογυφογημα* tantum oſtenditur, nec loquens quic... nec agens: Sic princeps, qui veſtitu & titulo tantum princi...ps, nil autem curat eorum, quæ vere ſunt principum officia. ...*Moral.*

...*linij* Vt ſolis defectus magnam mortalium perniciem trahit: I...mor, etiam leuis, magnam tamen in rebus humanis gignit ...tionem. *Lib.2.c.10.*

...*ggi Florentinus.* Sicut omnia mala exempla à bonis initiis or... (vt Criſyppus ait) Sic in imperiis nomen regis tantum man...uditus periit, ad tyrannidemque defluxit. Itaq; cum prin...a poſſeſſio, ſi veteribus hiſtoriis, ſi ratione credimus, poſ...s improbos efficere ſoleat: & principatum quoque malam ...ſputantum eſt. *In diſputatione de infelicitate principum,* ...

...*terodami.* Si quid ineſt animo mali, id à corporis contagio ...ſcitur, quod affectibus eſt obnoxium. Quicquid autem ...orpus boni, id ab animo ſcatet, velut à fonte. Vt autem ...ſtrum ſit, ac præter naturam, ſi mala ab animo manent in ...s, & corporis bona animi vitio corrumpantur: Ita vehemen...ſurdum fuerit, ſi bella, ſeditiones, corrupti mores, prauæ ...corrupti magiſtratus, & id genus aliæ Reipubl. peſtes, ab ...principibus exoriantur, quorum ſapientia componi decebat ...s, ſtultitia plebis coortos. At ſæpenumero videmus, ciuita...populi induſtria bene conſtitutas ac florentes principum euerti ... *De inſtit. princ.*

...*uemadmodum* corpora cœleſtia, ſi vel paululum tumultuen...a recto curſu diuarient, non ſine graui rerum humarum per...id faciunt: id quod palam videmus in defectibus ſolis ac lunæ. ...ummi principes, ſi quid aberrent à honeſto, aut ſi quid ambi...e, ira, ſtultitia ve peccent, id protinus ingenti totius orbis ma...ciunt, *ibid.*

...*inceps,* qui nihil aliud agit, nihil aliud cogitat, niſi vt quam ...mum pecuniarum à ciuibus extorqueat, vt nummorum vim ...tam poteſt maximam irretiat legibus, vt quam plurimo ven... magiſtratus & officia: quæſo vtrum is princeps dicendus eſt, an ...pilator, an (vt verius dicam) prædo? *ibid.*

...*capite* plectitur, qui principis monetam vitiarit? Quanto ...ore eſt ſupplicio, qui principis ingenium corruperit? *ibi...*

...*llus cometes,* nulla vis fatalis ſic afficit res mortalium, vt ...principis rapit ac transformat mores & animos ciuium. *ibi...*

...*Cerui,* cum arrexere aures, acerrimi auditus ſunt: cum remiſe...ſurdi: Ita principes, ſi quid eſt, quod placeat, id procul etiam ...piunt: ſi quid ſecus, quantumuis clames, non intelligunt. *In* ...

...*Vranæ* vltra ſolitum vocales tempeſtatem ſignificant imminen... Ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bo...centibus, tum inſtat rerum perturbatio. *ibid.*

*Vt canicula* peſtilens eſt omnibus ſidus: Ita principis mali poteſtas omnibus nocet. *in ſimil.*

*Vt vitis,* niſi amputes, late ſeſe ſpargit, brachiis ſuis omnia complectens & implicans: Ita ambitioſus princeps ſemper aliquid è proximis ſuo adiungit imperio, niſi ſubinde vindicetur. *In Similibus.*

*Agapeti diaconi.* Sicut oculus innatus eſt corpori: ita Imperator mundo adaptatus eſt, à Deo datus pro adminiſtratione eorum, quæ vſui ſunt. Oportet igitur eum hominibus quaſi propriis membris proſpicere, vt proficiant in bonis, neu malorum offendiculo illidantur. *De offic regis.*

*Solis profecto* partes ſunt, illuſtrare radiis orbem: Principis vero virtus eſt, egenorum miſereri. Porro is clarior eſt Imperator, qui pius eſt. Ille namque cedit ſuccenti nocti, hic autem rapacitati prauorum non concedit indulgere quicquam, ſed lumine veritatis iniquitatis occulta coarguit. *De offic. regis*

*Sicuti fit* apud nauigantes, quum nauta errat modicum, affert nauigantibus nocumentum: quum vero ipſe gubernator, totius efficit nauigii perniciem: Sic & in ciuitatibus, ſi quis ex ſubditis peccet, non tam Rempublicam, quam ſeipſum lædit: ſin vero ipſe princeps, vniuerſæ infert Reipubl. detrimentum. Is igitur vt non exiguam redditurus rationem, ſi quid neglexerit eorum, quæ facto opus ſunt, cum exquiſita diligentia & dictitet cuncta, & factitet. *ibid.*

*Maximi Monachi,* Vt medici ſunt ægrotantibus ſeruatores: ſic & reges iis, qui iniuriam patiuntur.

*Dion. Nicæi.* Vt bruta animalia, rationiſque expertia, quæ licet robuſtiſſima ſunt atque ferociſſima, blanditiis tamen quibuſdam capiuntur atque manſuefiunt. Ita ſubditi licet ab omni humanitate alieni, principis boni beneuolentia atq; humanitate facile gubernantur. *In Auguſto.*

*Quemadmodum* medici eas partes corporis, quibus medicina adhiberi non poteſt, tollunt, ne alia quoque membra infeſtentur: Ita princeps in ſua Republ. homines temerarios, moleſtos, iniquos, & poſtremo omnes, quorum vita eſt omnibus vitiis debita tollunt ex hominum commercio, ne boni viri eorum conuictu in peius ruant. *In Auguſto.*

*Plutarch.* Muſicus chordas diſſonantes non ſtatim abiicit, atque incidit, ſed ſenſim intendens, aut remittens, ad concentum adducit: Ita princeps leniter debet emendare peccantes, non protinus tollere. *In Moral.*

*Plinij.* Rex apum ſolus aculeum non habet, aut certe non vtitur: ad hæc grandior eſt corpore, & ſpecie decentior, ſed aliis quam cæteræ minoribus: Ita principem oportet eſſe clementiſſimum, & à ſua ciuitate nuſquam auolare longius. *Lib.11.c.17.*

*Vt cometes* nouus apparens, aut magnum bonum, aut ingens malum portendit mortalibus: Ita nouus princeps ſalutem adfert rebus humanis, ſi bonus eſt, maximam peſtem, ſi malus. *Lib. 2. cap. 26.*

*Sicuti leo* ciuius ſæuit in virum, quam in fœminam, pueros non niſi ſumma fame coactus attingit: ſupplicibus ac proſtratis parcit: Ita potentes infirmioribus debent ignoſcere, vires in alios experiri, quos vincere pulchrum ſit. *Libro octauo, capite 16.*

*Roterod.* Sol iucundiſſimus eſt iis, qui ipſum poſſunt intueri: Ita princeps iis, qui amant iuſtitiam. *In Simil.*

*Rex apum* ipſe quidem non operatur, ſed obambulans ac circumuolans alios, velut exhortatur: Ita princeps non opera, ſed conſilio & iuſſis prodeſſe debet ſuis. *ibid.*

*Theologia* Chriſtianorum tria præcipua quædam in Deo ponit: ſummam Potentiam, ſummam Sapientiam, ſummam Bonitatem. Hunc ternarium pro viribus abſoluas oportet. Nam potentia ſine bonitate mera tyrannis eſt: ſine ſapientia, pernicies, non regnum. Primum igitur des operam, vt quandoquidem potentiam fortuna dedit, quam maximam ſapientiæ vim tibi compares, vt vnus omnium optime, quid expetendum, quidve fugiendum ſit perſpicias, deque vt quam maxime prodeſſe ſtudeas omnibus, nam id eſt bonitatis. Poteſtas autem ad hoc potiſſimum tibi ſeruiat, vt quantum cupis prodeſſe, tantundem & poſſis, imo plus velis quam poſſis. Porro nocere hoc minus velis, quo magis potes. *De inſtit. princ.*

*Deus* vt pulcherrimum ſui ſimulachrum in cœlo conſtituit ſolem: Ita inter homines euidentem ac viuam ſui collocauit imaginem Regem. At ſole nihil communius, ac cæteris item corporibus cœleſtibus lucem ſuam impartit: Ita princeps publicis vſibus maxime debet eſſe expoſitus, & natiuum ſapientiæ lumen habere domi, vt etiam ſi quid cœcutiant cæteris, nunquam tamen ille hallucinetur. *ibid.*

*Deus,* cum nullis tangatur affectibus, tamen optime mundum adminiſtrat iudicio. Ad huius exemplum princeps in omnibus, quæ gerit, excluſis animi motibus, rationem & animi iudicium debet adhibere. *ibid.*

*Vt Deum* omnia moderantem, nemo tamen cernit, ſed ſentit, idque beneficio adiutus: Ita patria non ſentit principis vires, niſi cum illius ſapientia bonitateque ſubleuatur. Contra

tyranni nuſquam ſentiuntur, niſi omnium malo. *De Inſtitut. princ.*

*Quemadmodum* non vno ſupplicio dignus ſit, qui fontem publicum, vnde bibant omnes, veneno inficiat: Ita nocentiſſimus eſt, qui principis animum prauis infecerit opinionibus, quæ mox in tot hominum perniciem redundent. *ibid.*

*Bernardi.* Vt coloſſi foris inſignes Deum aliquem repræſentant, intus pleni luto, clauis, ſordibus: Ita rex purpura, equis, auro, ſatellitio magnificus, in animo nihil habet præter ſordidos affectus & inſcitiam. *in Moral.*

*Vt imperiti* ſtatuarii pulchram exiſtimant ſtatuam, quæ ſit vaſtiſſima mole: Sic reges nonnulli faſtu & aſperitate ſe egregios principes videri putant. *in Moral.*

*Princeps* quid aliud eſt quam medicus Reipublicæ? At medico non ſatis eſt, ſi miniſtros habeat peritos, niſi ſit ipſe peritiſſimus ac vigilantiſſimus: Ita principi non ſufficit, ſi magiſtratus habeat probos, niſi ſit ipſe probiſſimus, per quem illi & diliguntur & emendantur. *ibid.*

*Vt animi* partes non omnes perinde valent, ſed quædam imperant, aliæ parent, & tamen corpus tantum paret: Ita princeps ſumma Reip. pars plurimum ſapere, & ab omnibus craſſis affectibus alieniſſimum eſſe oportet. Ad hunc proxime accedunt magiſtratus, qui partim parent, partim imperant, parent principi, imperant principi. *ibid.*

*Bonus princeps* non alio animo debet eſſe in ſuos ciues, quam bonus paterfamilias in ſuos domeſticos. Quid enim aliud eſt regnum, quam magna familia? Quid rex, niſi plurimorum pater? Excellit enim; ſed tamen eiuſdem eſt generis, homo hominibus liber liberis imperans, non belluis, vt recte prouidit Ariſtoteles. Quod quidem intellexiſſe videntur & vetuſtiſſimi Poetæ qui Iouem, cui totius mundi & Deorum (vt illi loquuntur) omnium tribuunt imperium, ſubinde notant his verbis; πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, id eſt, pater hominumque Deumque. Et nos ſic à Chriſto præceptore docti, Deum omnium haud dubie Principes patris vocabulo compellamus. *ibid.*

*Princeps* ſalutaris, vt erudite dictum eſt à Plutarcho, viuum quoddam eſt Dei ſimulachrum, qui ſimul & optimus eſt, & potentiſſimus: cui bonitas hoc præſtat, vt omnibus prodeſſe velit: potentia, vt quibus velit poſſit quoq;. *ibid.*

*Quod cor eſt* in corpore animantis, id eſt princeps in Republica; Si cor ſincerum eſt, quoniam ſanguinis ſpirituum fons eſt, vitam impartit vniuerſo corpori: ſin vitiatum fuerit, exitium adfect membris omnibus. Verum vt ea pars in corpore animantis omnium poſtrema ſolet corrumpi, & in hac extremas vitæ reliquias ſupereſſe putant: Ita decet principem, ſi quis morbus corripuerit populum, ab omni ſtultitiæ lue quam integerrimum eſſe. *ibid.*

*Vt in homine*, quod præſtantius eſt, imperat, nimirum animus: rurſum in animo, quæ pars eſt optima, ea præſidet, nempe ratio: & quod dominatur in vniuerſo, id omnium eſt optimum; nempe Deus: Ita quiſquis in republica, tanquam in magno corpore, imperandi partes occupauit, eum oportet bonitate, ſapientia, vigilantiaque cæteros anteire. Ex quanto magiſtratus antecellunt plebi, tanto princeps antecedere debet magiſtratui. *ibidem.*

*Quemadmodum* fidus ac doctus medicus non adhibet ſectionem aut vſtionem, ſi malagmate, aut potione tolli malum poſſit: nec vnquam ad illa deſcendit, niſi morbo coactus: Ita princeps omnia tentabit remedia, priuſquam ad capitale ſupplicium perueniat, ita cogitans, Rempublicam vnum eſſe corpus: at vero membrum ambutat, ſi diuerſa via non poſſit ſanitati reſtitui. *ibid.*

*Philonis Iudæi.* Quemadmodum ad proſperam nauigationem opus eſt bono peritoque gubernatore: Sic etiam ſapiente principe ad tuendam tranquillitatem bene conſtitutæ Reipubl. *Lib. de charitate. fol.* 441.

*Engelberti Abbatis.* Ponamus duos homines: vnum mediocrem ſtatu ſuo, & rebus, alium vero prædiuitem, & magnum ſtatu & rebus. Et ponamus illum mediocrem hominem ſe & ſua recte gerentem & æſtimantem, ſua ſibi bene ſufficere, & pro tanto ſuis eſſe contentum, & alienis rebus non intentum, mente quietum, ſuis charum vicinis, gratum omnibus, æquum & placidum, ac nulli modeſtum, & ſic ſemper liberum & ſecurum: illum vero prædiuitem & magnum ſe & ſua non recte gerentem, ſuis non eſſe contentum, & per conſequens aliis inuidentem. & alienis rebus in honoribus inhiantem: & ſic animo ſemper turbidum, mente inquietum, laboribus & inſidiis plenum, occupatum, corpore & animo vexatum; ſemper formidoloſum, ſuis grauem, & extraneis inuiſum, & vtriſque odioſum, ac idcirco nunquam tutum, & nuſquam ſecurum. Nemo autem ſanæ mentis, & rationis particeps, ignorat vel dubitat, vter horum duorum gaudeat felicitate, & vter eorum torqueatur miſeria & infelicitate. A ſimili itaque illud regnum, & ille principatus in veritate poterit dici felix, cuius rex vel princeps ſe & ſuos recte regens, ſuis honoribus, iuribus ac rebus ac terminis eſt contentus, illis bene prouidens, & ipſis bene vtens: ſuos in ſuis non lædens, alienos iniuſte non inuadens, pacificus cum vicinis, gratus & gratioſus ſuis, qui per conſequens ſemper erit animo ſerenus, mente tranquillus, vbique tutus, & ſemper ſecurus, vita incolumis, fama laudabilis & laudatus, & in ſua gloria delectabilis & iucundus. Econtra vero, infelix dici poterit illud regnum, & ille principatus, cuius rex, vel princeps ſe & ſuos non recte regens, & ſuis non prouidens, & ipſis male vtens, cogente neceſſitate ſuis non contentus, aliorum rebus rapiendis intentus, ſuos opprimens, vicinos inuadens, cum nullo pacificus, amicis ingratus, extraneis odioſus, omnibus, formidabilis & formidoloſis, mente turbidus, animo inquietus, in ſemetipſum fremens, in alios amarus, ſpiritu vexatus, corpore tribulatus, timoribus anxius, ſollicitudine dubius, inſidiis perplexus, aliis grauis, ſibi oneroſus, & omnibus terribilis, nulli amabilis, nec iucundus. *De ortu & fine Romani Imperii, cap.* 8.

*Sicut in natura rerum* inſenſibilium inuenitur in omnibus & ſingulis quædam maioritas, & minoritas, ſecundum quam alia aliis ſunt meliora, & per conſequens digniora, ſicut patet in corporibus cœleſtibus, quæ ſunt meliora & digniora rebus inferioribus, & in inferioribus ad ſe inuicem comparatis, in quibus agens ſemper nobilius eſt patiente: & per conſequens, inferiora neceſſario reguntur à ſuperioribus, & patientia ab agentibus: & econtrario, inferiora neceſſario ſubiecta ſunt & obedientia ſuperioribus, & paſſiua actiuis. Eodem modo habet idem ſe in animalibus, & præcipue in his, quæ non ſunt effera, ſed gregalia, id eſt, quæ per greges ſibi cohabitant, coambulant, & ſimul viuunt, vt in gregibus ouium & arietum, pecorum & equorum in gregibus pullorum & apum: quod videlicet in ſingulis generibus ipſorum meliora præferuntur, & præſunt deterioribus, vt fortiora debilibus, & magis induſtria ſimplicioribus, & antiquiora iunioribus: & vltimo, vnum de toto grege præfertur & præeſt omnibus tanquam omnium cæterorum maius, fortius ac magis induſtrium, vt minora & debiliora, & ſimpliciora vel regantur, vel etiam ſaluentur per maiora fortiora, & magis induſtria, quia natura omnibus, quæ fecit, prouidit ad ſalutem & conſeruationem, vnicuique pro ſuo modo. Hoc ipſum etiam in ſylueſtribus feris patet & in auibus, quia gregem ceruorum & ducit vnus. Similiter in capreis & ibicibus, & inter aues in ciconiis & gruibus: in ſyluis item & ſiluibus leo eſt rex ferarum, & in aere aquila eſt rex auium. Sic etiam inter homines ratio imitata naturam, præfecit maiores minoribus, & ſubiecit ad obediendum & obſequendum minores maioribus, ad ſalutem & conſeruationem minorum per maiores. *De ortu & fine Rom. Imperii, cap.* 1.

*Quin ex ipſis* animantibus regis ac tyranni ſimulachrum colligere licet. Apum regi ampliſſimum cubile: ſed in medio, vel tutiſſime regi loco. Atque ipſe quidem onere vacat, verum cuſtos eſt alienorum operum. Hoc amiſſo, totum examen dilabitur. Præterea inſignis ei forma eſt, diſſimiliſque cæteris, tum magnitudine, nitore. Sed hac, vt inquit Seneca, nota potiſſimum à cæteris diſtinguitur, quod cum apibus plurimum ſit iracundiæ, adeo vt aculeos in vulnere relinquant: ſolus ipſe rex aculeo caret. Noluit illum natura nec ſæuum eſſe, nec vltionem magno conſtituram petere, telumq; detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens eſt. *ibid.*

*Eraſmi Roterodami.* Cum cæteri mortales artem, quam profiteri parant, prius adhibito ſtudio diſcant: Quanto maiori cura principem oportet adminiſtrandi rationem perdiſcere? Ac cæteræ quidem artes quatuor rebus potiſſimum conſtant: natura, præceptis, exemplis, vſu: in principe leue ac manſuetum ingenium requirit. *Plato de inſtit. principis.*

*Non licet* dormitabundum eſſe, qui clauo aſſidet: & in tantis rerum periculis ſtertit princeps. Nullum mare tam graues habet tempeſtates vnquam, quam omne regnum aſſidue. Semper itaq; principi vigilandum eſt, ne quid erret, qui non niſi plurimorum pernicie delinquit. *ibid.*

*Magnitudo nauis*, aut mercium pretia, aut vectorum numerus haud facit elatiorem bonum nauclerum, ſed attentiorem: Ita bonus rex, quo pluribus imperat, hoc vigilantior eſſe debet non inſolentior. *ibid.*

*Seruus* ſeruo præſtantior, vt habet prouerbium, vt dominus domino potior: quod alia ſit ars alia præclarior, alia functio alia melior. At principem in optimo ſapientiæ genere oportet præcellere. Ea eſt ratio recte adminiſtrandi remp. *ibid.*

*Deus ipſe*, ne coactis imperaret, & angelis & hominibus liberum dedit arbitrium, quo ſplendidius & auguſtius redderet imperium ſuum. Et quiſquam hoc nomine ſibi magnus videtur, quod metu adactis ciuibus ceu pecudibus imperet? *De inſtitutione principis.*

*Cum reſpublica* corpus quoddam ſit, ex variis membris compactum, in quorum numero ſit & princeps ipſe, licet eximium ea moderatione conueniet vti, vt omnibus bene ſit, non vt attenuatis cæteris vnum aut alterum vegetum ac ſaginatum euadat. Quod ſi princeps Reipubl. malis gaudet & alitur, neque pars eſt Reipubl. neq; princeps, ſed prædo. *ibid.*

ti pidet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...r ex tabula belle confecta voluptatem capit: ſi agricola, ...ſi faber ſuis fruitur operibus: Quid principi debet eſſe iu... quam ſi contempletur rempublicam, ſua opera redditam ...m ac florentiorem? *ibid.*

...uetuit legibus ſuis, ne quis Deum vllius mali cauſam di... propterea quod natura bonus ſit ac beneficus. At Princeps ...ulachrum quoddam eſt, ſi vere princeps ſit. Quantum igi...herent ab hoc exemplari; qui ſic rem gerunt, vt quicquid ...m in Republica cooritur, id ipſorum vitio cooriatur. *ibid.*

*...Auguſtini.* Paxillus niſi bene fixus firmiter alicui fortiori ad... omne, quod in eo pendet, cito dilabitur, & ipſe ſalutus à ...ſe firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur: Sic & Prin... ſuo conditori pertinaciter adhæſerit, & ipſe & omnis qui ...ſerit, cito deperit. *De 12. abuſionib. gradu 6.*

*...ar.* Vt rex mundi magna curat, parua relinquens fortunæ, ...admodum dicit Euripides: Ita princeps non niſi in grauibus ...negotiis exercebitur. *in Moral.*

*...primum* recta ſit oportet, deinde quæ applicentur, cor... Ita principes primum ipſe vitiis careat neceſſe eſt, deinde ali...præſcribat. *in Moral.*

*...Roderodami.* Cybindus auis bellum internecinum gerit ...quila, adeo vt cohærentes ſæpenumero prendantur; Ita fit ...res, vt dum mutuum inter ſe odium pertinaciter exercent ...es, vtriſque ſubuertantur, tertio quopiam inuadente. *in Si...*

*...non* alius eſt pauperi, alius diuiti, ſed omnibus communis. ...ceps perſonam ſpectare non debat, ſed rem. *In ſimil.*

...cunctis formidatum animal cantum ac criſtam galli formi... ſummi principes infimorum conuitia nonnunquam time...ntur. *ibid.*

*...Roterodami.* Vt periculoſum eſt, Dæmones euocare, pro... quod ſi quid erratum fuerit, magno conantis diſcrimine fi...tiunt Tullum Hoſtilium iſtum fulmine, quod ex Numæ ...em deuocare conatus quædam parum rite feciſſet: Ita ...ſum eſt cum principibus habere commercium, aut cum ...potentibus, quod offenſi re qualibet leui, funditus ſub... hominem. *In ſimil.*

... Cum maxime feruent apum inter ſe prælia, tum iactu ...tates componitur: Ita grauiſſim irerũ motus inter prin...itate, aut ſimili re quapiam nugaciſſima finiuntur. *Lib.* ...

¶ EXEMPLA BIBLICA.

...ipum & Prælatorum malorum *Exempla*: Aaron, *Exod.* 32 ... Filii Iſraelitarum, *Num.* 23. ℣. 4. Filii Heli, 1. *Sam.* 2. ℣. 2. 12. Iero... 1. *Reg.* 12. ℣. 19. 20. 28. 30. Achab, 18. ℣. 18. Manaſſes, 2. *Paral.* 33. Nabuchodonoſor, *Eſa.* 14. ℣. 20. Reges Aegypti, 19. ℣. 13. Sobna, ... Sedecias, *Ier.* 38. *v.* 5. Pilatus, *Matth.* 27. *v.* 18. 24. *Ioan.* 19. ℣ 13. ...es Sacerdotum, *Actor.* 4. ℣. 18. Magiſtratus Templi, 5. ℣. 18. 26. ...orum Cjerus, 6. ℣. 12. Magiſtratus Philippenſis, 16. *v.* 22. Ana... 23. Felix, 24. *v.* 28. Feſtus, 25. *v.* 9. 12. Principes & Reges in ...lo Iudaico inaugurandi ritus *Exempla*: In Ioſua, *Num.* 37. ... Saule, 1. *Sam.* 10. ℣. 1. 2. Dauide, 16. *v.* 11. 12. 13. 2. *Sam.* 2. 4. & 5. *v.* ...mone, 1. *Reg.* 1. ℣. 38. 39. Iehu, 2. *Reg.* 9. ℣. 1. 2. 3. *Ioan.* 11. *v.* 10. 11. 12. ... 23. ℣. 30.

¶ HIEROGLYPHICA.

...egyptii ſacerdotes, ſi *Principem* aut legislatorem ſignificare ... *Canis* Hieroglyphicum cum diademate, ſiue faſcia, vel a...o faciebant, reliqua corporis facie nuda, propterea quod velu *...mma tantum*, vt Lucretius ait, *fido cum pectore corda*. in De... ſimulacris diligenter obſeruandis detinentur: ſic etiam prin... qui itura ſit laturus, Regem, qui anteacto tempore claruerit, ...m contemplare debet, &c. *Pier. Val. lib.* 5. *p.* 48. *E.*

...itatem ab *imbecillo rectam principe* ſignificare qui volunt, *...caput* pingunt: inualidiſſimum eſt vrſo caput, quod contra le...iſſimum. *Pier. Val. lib.* 12. *p.* 107. *A.*

¶ EMBLEMA.

Princeps ſubditorum incolumitatem procurans.

Emblemą CXLIII.

*Titanij quoties conturbant æquora fratres,*
*Tum miſeros nautas ancora iacta iuuat.*
*Hanc prius erga homines Delphin complectitur, imis*
*Tutius vt poſſit figier illa vadis.*
*Quam decet hæc memores geſtare inſignia Reges,*
*Ancora quod nautis, ſe populo eſſe ſuo.*

¶ FABVLA.

Leporinum caput.

Cocus iuſſus in cœnam parare leporem, detracta reliqui corpo... pelle: cum in capite denudando pluſculum illi negotii exhibe...tur, carnificem, inquit, ad hanc partem aduocari oportuit.

Fabula docet, capita Reipubl. non facile neque libenter admittere caſtigationes, neque illa paulo durius tractare ciuibus tutum eſſe. Itaque illi prudentiſſimi ſenes in Tragœdia, ſeſe principum facta animaduertere ſeu ſpeculari negant.

Pauo & Monedula.

Cum haberent comitia volucres regi creando, petiit regnum pauo, quod ſe ob formam eximiam illo dignum præ cunctis eſſe diceret. Qui cum omnium ſuffragia laturus videretur: Hic tamen rex, inquit Monedula, ſi forte ſit factus, & aquilam hoſtem habuerimus, quidnam opis auxiliive poterit adferre?

Monet fabula, in principibus legendis non ſpeciem modo, ſed etiam virtutem & ſapientiam ſpectari oportere.

*Vide tit. Gubernatio, Magiſtratus, Rex.*

---

# Principium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Principium, Græc. ἀρχὴ, Hebr. *Reſchith*, à *Roſch*, Caput, nam principium eſt initium cuiuſuis rei. Principium dicendi, pro orationis exordio. Accipitur interdum pro fundamento artis vel ſcientiæ, cui innituntur reliqua omnia quæ in ea traduntur, item, pro primo illo rerum omnium fonte, vnde cætera omnia fluxerunt, atque initium ſumpſerunt.

*Principia interna* Naturæ ſunt, quæ nec ex aliis, nec ex ſeipſis mutuo, ſed ex ipſis alia viſibilia corpora naturalia orta & conſtituta ſunt, vt pote ad generationem & conſtitutionem eorum pertinentia. Ita nominantur vt à cauſa efficiente & fine, corporum naturalium externis principiis diſtinguantur. Ac Deus quidem eſt verum vereq; primum & vnicum principium, à quo & propter quod omnia corpora naturalia orta ſunt: quia ipſe propriiſſime eſt rerum omnium quæ in hac vniuerſitate, ſunt tum cauſa efficiens prima vniuerſalis, agens, mouens, exemplaris: tum finis vniuerſalis, vltimus & ſupremus.

Principia interna Naturæ viſibilis, ſeu corporum naturalium viſibilium duplicia ſunt. *Conſtitutionis*, nempe ex quibus tanquam partibus naturale corpus conſtitutum eſt, & quæ propterea in corpore conſtituto permanent. Suntq; duo nimirum materia & forma: deinde *tranſmutationis*, cuius principium naturale eſt Priuatio Phyſica, quæ eſt vacuitas ſeu carentia formæ in ſubiecto ſeu materia capace illius formæ: ac proinde materiæ conſtitutio talis, vt apta ſit ad recipiendam formam.

Naturalia principia, ſunt notitiæ à Deo humanæ menti inſitæ, veluti radii lucis & ſapientiæ diuinæ, vt ſint teſtimonia de Deo & eius voluntate, diſcernant nos à beſtiis, regant vitam, gignant honeſtas artes, ſcientias ad diſciplinas, quarum vſus in vita neceſſarius eſt. Illa ſunt Theorica & Practica. Theorica nominamus fontes præceptorum in artibus & ſcientiis ad cognitionem rerum. Practica moderantur mores & officia hominum, quia diſcernunt iuſta & iniuſta, honeſta & inhoneſta, æqua & iniqua, vt congruant voluntates & actiones noſtræ cum voluntate Dei. Horum principiorum veluti λείψανα quædam occurrunt paſſim in ſcriptis etiam Gentilium, vt Homeri, Platonis, Ariſtotelis, & aliorum.

Principium omnium, ſine principio, de ſeipſo loquitur. *Eſa.* 41. 4. & 43. 13. & 44. 6. & 4. 12. *Apocal.* 1. 8. 11. & 2. 8. & 21. 6. & 22. 13. An principium & ens illud, nihil eſt, & per illud omnia facta ſunt, atque vt omnia intereant ſuperſtes manebit.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Principii nulla eſt origo. Nam ex principio oriuntur. *Cicero. 1. Tuſc.*

Omnium rerum principia parua ſunt, ſed ſuis progreſſionibus augentur. *Idem 5. de fin.*

Principium primum rerum optimum eſt, & ipſum bonum, quod anima ſequitur, quod lumen menti infundit, cuius veſtigium hæc paſſim concitat, mentem & animam ad ſe trahit, & ab errore reuocat, vt penes ipſum denique conquieſcant, ab ipſo omnia ſunt, nihil melius ipſo: per ſe ſufficientiſſimum. *Plotin. Enn. 6. l. 7. c. 23.*

Principium primum quid ſit, oportet nos incerta mente hinc abire, nec quicquam vlterius indagare. Nam omnis quæſtio quærit, vtrum ſit nec ne, vel quale, vel quid. Non propter quid? quia non eſt ſupra illud principium: non quale: quia nihil illi accidit. Quid declarat potius de illo non eſſe inquirendum: nec de eo dubitandum eſt. *Idem, Enn. 6. l. 8. c. 11.*

Principia rerum naturalium qui admiſerunt, alii corporea ſimul & incorporea, ſpiritualia & materialia miſcuere, Deum videlicet, ideas, & materiam: quam ſententiam plerique Platoni tribuunt. Ariſtoteles materiam, formam & priuationem. Pythagoras ex numeris compoſuit principia. Mathematici nonnulli fines corporum poſuere. Straton Phyſicus qualitatibus naturalibus ſolum contentus fuit. Democritus inuiſibilia corpora, Epicurus atomos, alii in numero principiorum varii fuerunt. Nam vnum, duo, tria,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quatuor, & quinque poſita fuere: nec ita minor difficultas fuit in rei natura & qualitate. Qui enim vnum, alius terram, alius aquam, aerem alius, ignem alius, & ſic de aliis: ita vt quidam infinita principia opinati ſunt. *Ioan. Franciſc. Picus. Mirandul. in examine Vanitatis doctr. Gent. l. 1. c. 10.*

De principiis rerum naturalium multa Plutarchus collegit. *Lib. 1. de placitis Philoſophorum, cap. 3.*

Veteres quando principium (rerum agendarum) totius eſſe dimidium dicunt, in ſingulis rebus curandum eſſe monent, vt recte ordiamur. Quamuis autem per exceſſum id dicere videntur, mihi tamen minus ab illis quam ipſa veritas expoſcat, dici videtur. Poterit enim quis confidenter dicere, non eſſe principium totius dimidium, ſed & inſuper requiri, vt ibi inchoaueris, ad finem quoque animo contendas. Etenim quomodo fieri poterit, vt recta quis ordiatur, niſi ſimul & conſummationem propoſiti mente concipiat, ſciatque quorſum & ad quid, & qua ratione quod conatur efficere queas? Rurſus quomodo res competenter conſummari poterunt, niſi primum recte expendas, vnde, aut quomodo, vel propter quid, rem aliquam aggrediare? Quocirca non eſt putandum ad dimidium duntaxat extendenda eſſe principia, ſed ad finem vſque: eaque de re ſummum habendum ſtudium tam dicentibus quam audientibus. *Polyb. l. 5.*

In omnibus publicis rebus principia diligenter conſideranda ſunt: propterea quod poſtea ſine ſummo probro & periculo ab iam conſtitutis diuque retentis, diſcedere poſſunt homines. *Fr. Guic. lib. 8.*

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. 1. Remed.

*Sed tamen eſt artis triſtiſſima ianua noſtræ,*
*Et labor eſt vnus, tempora prima pati.*
*Adſpicis vt prenſos vrant prima iuga iuuencos?*
*Et noua velocem cingula lædat equum?*

Ter. Heaut. 5. 5.

*Hæc dum incipias grauia ſunt,*
*Dumque ignores: vbi cognoris, facilia.*

Hor. 1. Epiſt. 2.

*Dimidium facti, qui cœpit, habet: ſapere aude:*
*Incipe.*

Auſon. Epig.

*Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuper ſit*
*Dimidium, rurſum hoc incipe, & efficies.*

Idem Monoſ.

*Incipe, quicquid agas, pro toto eſt prima operis pars.*

Plaud. Perſ.

*Si quam rem accures ſobrie, aut frugaliter,*
*Solet illa recte ſub manus ſuccedere.*
*Atque adepol ſirme, vt quiſque rem accurate ſuam,*
*Sic ei procedit. poſt principia denique ſi malus,*
*Aut nequam'ſt, male res vertunt, quas agit:*
*Sin autem frugi'ſt, eueniunt frugaliter.*
*Hanc rem exorſus ſum facete & callide,*
*Igitur prouenturam bene confido mihi.*

Lucret. 1.

*Cui niſi prima fides fundata valebit,*
*Haud erit, occultis de rebus quo reuerentes*
*Confirmare animi quidquam ratione queamus.*

¶ Sententiae Philosophicae

Principii nulla eſt origo. Nam ex principio oriuntur omnia. *Cic. 1. Tuſc. & in ſom. Scipionis.*

Omnium rerum principia parua ſunt, ſed ſuis progreſſionibus vſa augentur. *5 de finib.*

Principiis cognitis, multo facilius extrema intelliguntur. *Pro Cluent.*

¶ Apophthegmata.

*Socrates* dicebat, bene incipere, non eſſe puſillum, ſed iuxta puſillum. Græca ſic habent; εὖ ἄρχεσθαι μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παραμικρὸν δέ. Quod Laertii interpres ita reddidit; Bene incipere paruum non eſſe, ſed maximum. Quanquam aliud exprimunt verba Socratis, ſed ſententia, ni fallor, bene incipere, non eſſe quidem paruum, ſed parui fieri, aut recte incipere, non eſſe puſillum, ſed iuxta puſillum. Paulatim enim incipiendum, eo quod qui initio præproperi ſunt; ſerius perueniunt ad finem; vt alludat ad Heſiodum, iubentem, vt puſillum puſillo addamus. Dicti argutia eſt in Græcis vocibus, ea que Latine reddi vix poteſt. *Laert. in eius vita.*

*Pittacus* illud decantatiſſimum frequenter dicere ſolebat; dimidium plus eſſe toto. Quo vir prudentiſſimus innuere voluit, omne quidem principium ſatis eſſe durum: verum ſi rem aggrediamur ſerio, facile nos peruenire ad rei finem. *Laert. lib. 1.*

*Stratonicus* Bizantii. cum citharœdus quiſpiam belle ceciniſſet procœmium, cætera minus feliciter, ſurrexit, ac præconis in morem pronunciauit: Quiſquis indicarit citharœdum, qui bene ceciniſſet procœmium, drachmas accipiet mille. *Eraſmus libro 6. apophthegmat.*

¶ Fabvla.

Pater, & filius ruſticus.

Vade, inquit Pater ruſticus filio, & aruum noſtrum accepto ligone perfodito, vt conſeruetur. Filius egreſſus, & ſe clam ſpatioſo aruo perfodiendo ſatis vnum non eſſe futurum, ſecum cogitabat: itaq; illum diem, deſperato laboris proceſſu, cum humi propter aruum ſe proſtraſſet, acquieuit. Idem poſtero & tertio die fecit. Tum pater opus inſpecturus egreditur: & intactum adhuc aruum eſſe videns, de filio, quid illis diebus egiſſet, requirit. Nihil inquit hic, nam qui poſſim ego & tantum aruum ſolus perfodere? Pater ergo re filii intellecto: At tu, inquit ſingulis diebus ſpatium pedum octo vnum perfodito. Cum filius obſecutus patri aliquot diebus octonos pedes abſoluiſſet. arui fodiendi ſpatium indies minus relinqui animaduertit, itaque anniſus celeriter totum illud vti iuſſus fuerat, perfodit.

Fabula ſignificat, difficultatem in æſtimandis laboribus & opus faciendum potius, quam metiendum.

# Priuatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRriuatio, Græce στέρησις, ιος, ἡ, & στερέω, priuo dicitur. Hebr. *Schachal, & Schachol,* in 1. coniugatione. Orbus fuit, orbatus eſt, priuatus eſt re aliqua. In 2. coniug. *Schickel,* orbauit, priuauit. Inde *Schechol.* Orbitas, priuatio. Eſt autem priuatio negatio ſubſtantiæ ab aliquo determinato genere. *ſecundum Ariſt. lib. 4. Metaphyſ.*

Priuatio duplex, ſcilicet in priuari, & in priuato eſſe: prima eſt contraria habitu, non autem ſecunda, *Ex B. Thom. in q. diſputat. de malo. q. 1. art. 1 & q. 2. art. 9.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Priuatio & repugnantia aduentitium quiddam eſt. *Lib. 1. de Nat. c. 7. T. 66.*

Ex priuatione, quæ per ſe nihil eſt, etſi non ineſt, tamen aliquid fit. *lib. 1. de Nat. c. T. 75.*

Priuatio ſæpe ei, qui animi aciem ad id malum, quod affert, intenderit, non eſſe omnino videbitur. *Lib. 1. de Nat. c. 9. T. 80.*

In priuatione ſubiecta eſt natura quædam, de qua priuatio dicitur. *Lib. γ. 3. Metaph. c. 2. T. 4.*

Priuatio eſt habitus quodammodo. *Libro δ. 4. Metaphyſ. capit. 12. T. 17.*

Priuatio eſt natura contraria vniuerſæ ſpeciei. *Plotin. 1. lib. 8.*

Priuatio non eſt qualitas, vel qualis, imo qualitatis orbitas, vt ſilentium vocis vel alterius cuiuſcunque vacatio: nam priuatio eſt negatio, quale in affirmatione conſiſtet. *Idem Enn. 2. lib. 2. q. 4. cap. 13.*

Priuationes, ſi illa, quorum dicuntur priuationes, ſunt qualitates ipſæ quoq; qualitates erunt. *Idem Enn. 6. l. 3. c. 19.*

Priuatio nec ipſa per vim propriam bono aduerſatur, vniuerſalis enim priuatio vim nullam habet, particularis non vt priuatio, ſed qua ratione non eſt priuatio, vniuerſam vim aliquam habet; quatenus enim particularis eſt defectus boni, nondum eſt malum, quæ ſi non ſit vltra particularis, ſimul & ipſa natura mali diſceſſit. *Dion. Areopagit. de diuinis nominib.*

Priuationes in affectis entis quodammodo ſunt ſpecies, tamen non ſunt? ad vnitiuam enim entis potentiam etiam ipſæ ſuſceperant debilem quandam eſſendi imaginem. *Procl. el. Theolog. propoſ. 74.*

Priuationes quandoque eligimus magis, quam habitus ratione boni, *Pic. Plat. Parmen. c. 46.*

Priuationem abſque habitu conſiderare non poſſumus. *idem in Plat. Sophiſt. c. 18.*

Priuatio ex habitu cognoſcitur, & rectum & ſui obliqui eſt index. *Ioan. Franc. Pic. Mir. de prænotione. lib. 7. c. 1.*

Priuationem vocat Moyſes tenebras. *Ioan. Franc. Pic. Miran. in Heptap. l. 1. c. 2.*

Priuationes ſunt de genere non entium, cum de ſe ſint alterum contradictionis extremum. *Ioan. Franc. Pic. Mir. in epiſt. ad Ant. Fauentin.*

Priuatio in ſimplicis rei ortu, mutationis in materia cauſa eſt efficiens. *Iacob. Carpent. in Alcin. c. 7.*

# Probitas.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

PRobitas eſt prudens bonitas: qua mentes à ſe omnem extrarium prohibent rationis motum. Cuius contrarium, Facinus vel Improbitas, vt opinantur quidam, flagitium: quoniam mentem ſolam tangit. Probum Feſtus hominem vocat, qui ſe prohibet à malefaciendo. Alii probum dici volunt: quaſi probatum, metaphorā ſumpta à metallis, Hebr. Probus, vir bonus appellatur *Chaſidh*, i. Sacer, pius beneficus, miſericors, à verbo *Chaſſadh*, Sacrauit

…quod medium eſt *Cheſedh*, probitas, pietas, miſericordia, … *Pſalm.63.v.vlt.&136.v.1.&c.* In contraria ſignificatione … nefandum ſcelus: vt Leuit. 20.17. Ita gallicè dicimus af… ione de probo viro: Ceſt vn homme de bien. Et ironice de … nebulone, per exclamationem, O l'homme bien.

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. de me. facie.

*Sufficit & longum probitas perdurat in auum,*
*Perque ſuos annos hinc bene pendet amor,*

Plaut. Trin.

*Is probus eſt, quem non pœnitet, quam probus ſit, & frugis bona.*

Plaut. Trin.

*Boni ſibi hæc expetunt: fidem, honorem,*
*Gloriam & gratiam, & hoc probis pretium'ſt eo mihi magis lubet.*
*Cum probis potius, quam cum improbis viuere vanicidis.*

Horat. Serm. 16.

*Magnum hoc ego duco,*
*Quod placui ſibi, qui turpi ſecernis honeſtum,*
*Non patre præclaro, ſed vita, & pectore puro.*

¶ Apophthegmata.

*…nymus.* Adoleſcens quidam cum venderetur, rogatus à lici… Eriſne frugi, ſi fuero mercatus? Etiam ſi non fueris merca… ſpondit: Ne fortuna quidem ſeruilis ducere potuit illum ſer… loqui. Qui enim natura probus eſt, vbique & apud omnes … eſt. *Plut. in apoph. Lacon.*

*…chylus.* Cum hi verſus, quos de Amphirao ſcripſit Æſchylus, … o recitarentur apud Athenienſes:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.
*Neque enim videri at eſſe ſtudet vir optimus,*
*Segetem profundam mente ſtudioſa colens,*
*Conſilia quando hinc germinant ſalubria.*

… populus in Ariſtidem vertit oculos, agnoſcens hoc laudis … competere. *Plut. in Græc. apoph.*

*…ſtides* creatus procurator fiſci, quod munus ſanctiſſime geſ… tamen à Themiſtocle delatus eſt, ac repetundarum damna … ſed optimatum fauore non ſolum illi mulcta remiſſa eſt, vt … eidem redditus eſt muneri: quod per ſimulationem … adminiſtrauit, vt omiſſa priſtina ſeueritate, lenem ſe facilemque … qui publico malo gaudent diteſcere. Horum opera fa… vt populus tertio munus ſummis fauoribus eidem defer… Tum ille: Ob integre geſtum munus damnaſtis: quo… præter æquum multa conceſſi ciuitatis expilatoribus, honore … iudicatis. Hoc igitur honore delato, plus mihi dedecoris … quam damnato ac mulctato irrogaſtis. Notat quibus … poſſet fieri gratioſus apud populum, niſi maluiſſet iuſtus … quam plauſibilis. Hoc dicto notauit vulgi peruerſum iudi… quod ea, quæ profutura eſſent Reip. vbique damnat: quæ … ſummis euehit laudibus. *Plut. in Themiſt.*

¶ Similitudines.

*…Iudai* Quemadmodum columnæ magnas domus ſuſti… Sic boni viri populum totum confirmantes, ciuitates, & reſ… fulciunt. *Apud Ant. in Meliſſ. part.2. ſerm.31.*

*…Sophiſta.* Quemadmodum omnis ſapiens ei vitio vertit, … aliquem amat: Ita rurſus illi laudi dabit, qui probum … amore complectitur. *In epiſt. character fol.22.*

*Vide Bonum, Bonitas, Pietas, Virtus.*

# Prodigalitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Prodigalitas, Græce ἀσωτία, ας, ἡ, & ἄσωτος, ου, ὁ, ἡ, prodigus dicitur. Hebræi prodigalitatem verbo exprimunt, nempe *Achal*, deuorauit, conſumpſit more ignis, quod proprium eſt intemperantiæ & prodigalitis. Eſt autem prodigalitas incontinentia, & … intemperantiam pecuniarum profligatio. *Secundum Ariſtot. … Ethic.*

…odigalitas eſt circa poſſeſſiones pecuniæ, ſicut deficiens, non … ſuperabundans in eis. *Secund. B. Thom. ſecund. Sec. q. …*

…digalitas ſemper eſt peccatum, non principialiter propter … tatem, ſed propter inordinationem dandi, quibus non de… dari, & propter quæ, & ſicut debet. *Secundum eundem vbi ſupra.*

Prodigus eſt, qui ſermone quidem videtur ſapiens, ſed factis tamen inſipiens. *l. his qui §. D. Pius. ff. de tutor. & curator.* Et dicitur magis vanus quam malus. *4. Ethicor.* Inter viles perſonas numeratur. *ff. de donation. l. non debet.* Et quis ſit vere prodigus ac auarus, *lege Ber. extra de conſuetudin. cap. ex parte. & ff. ex cura furi. l. penultima. & l.1. C. eod.* Quomodo autem probetur quis prodigus ac auarus ex fama vicinorum, habes. *ff. de Ædil. edict. lib. ſciendum. §. illud. de minor. l.3. §. ſi minor. Et notatur in ſimili. c. de iure dotium. l. vbi.* Ad hæc delinquit prodigus in ſe tantum, & non alium. *gloſſ. ſingul. ſecund. Baldum in l.1. §. exigitur. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* Quis ſit prodigus. *Bartol. in hab. in princ. de tutor. l. ſi is qui ff. de tutor. & curator. dat.* Quomodo vero differat à furioſo, *hab. in l. is cui. ff. de teſtament.* & confertur pupillo in contrahendo, non autem peccando. *Bartol. in l. ſi cura ver. vel ad ſecund. C. de reſtitutionibus in integrum. l. ſi quis in tantam ver. quæro quid prodigi. C. vnde vi. & plene Alexand. atque Aretinus in l. is cui bonis. ff. de verbor. obl. Abbas & alij in c. ex parte de conſuet.*

Prodigalitas eſt motus curabilis, ſed auaritia non. *Ægid. lib.2. c. 18. de regimine principum.*

Lege 12. tabularum interdicitur furioſo & prodigo bonorum ſuorum adminiſtratio, daturque vtrique curator: tamq; diu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furioſus ſanitatem, vel prodigus ſanos mores receperit. *Vlpian. ff. de curat. fur. dan.*

¶ Loci Biblici.

Prodigalitas damnatur, *Prou.5.9.* Prodigalitatis *Exemplum*: Prodigus filius. *Luc.15.13.*

¶ Poeticae Sententiae.

Hor. ſat.3 lib.2 Sermon.

*Quid ergo*
*Senſit cum ſummam patrimonii inſculpere ſaxo*
*Hæredes voluit? quoad vixit, credidit ingens*
*Pauperiem vitium: & cauit nil acrius: vt ſi*
*Forte minus locuples vno quadrante periret.*
*Ipſe videretur ſibi nequior. Omnis enim res,*
*Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris*
*Diuitiis parent, quas qui conſtuxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam & rex,*
*Et quicquid volet. Hoc veluti virtute paratum,*
*Sperauit magnæ laudi fore. quid ſimile iſti*
*Græcus Ariſtippus? qui ſeruos proiicere aurum*
*In media iuſsit Libya, quo tardius irent*
*Propter onus ſegnes. Vter eſt inſanior horum?*

Menander.

Τοὺς τὸν ἴδιον καταφαγόντας ἀλογίστως βίον,
Ὦ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πᾶσι κακῶς.
*Si qui ſuas opes temere dilapidant*
*Laudibus extollunt, id obeſſe multis poteſt,*

Euphron. in Didymis.

Ὁ γὰρ τὸ ἴδιον οἰκονομῶν κακῶς βίον,
Πῶς οὗτος ἂν σώσειε τῶν ἔξω τινά;
*Nam qui ſuam male gubernat rem familiarem,*
*Dic quæſo quomodo ſeruabit is alienam?*

Lucianus in Menippe.

*Theron Menippi filius patrimonium omne adhuc inuenis*
*Turpiter laſciuis ſumptibus diſsipauerat,*
*Poſtquam vero Euctemon paternus amicus ipſum vidit*
*Iam excruciari arida pauperie,*
*Illachrymans ad ſe recepit, & maritum*
*Suæ coniunxit filiæ, magnam dotem largitus.*
*Vt primum autem Theron præter ſpem ditatus eſt,*
*Statim priſtinos ſumptus repetebat,*
*Nihil non deliciarum indulgens ventri indecenter,*
*Ac nefariæ ſubuentura libidini*
*Ita Theronem obruit ſecundo*
*Noxiæ paupertatis reciproca vnda.*
*Cæterum Euctemon denuo defleuit, non quidem illum,*
*Sed filiæ ſuæ dotem, & nuptias.*
*Cognoui autem, quod quiſquis male vſus eſt*
*Rebus propriis, non poſsit eſſe fidelis in alienis.*

Ἔγνων δ', ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἶναι πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

Euphron.

Ἔργον συναγαγεῖν σωρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ,
Ἐν ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ διαφορῆσαι ῥᾴδιον.
*Haud facile cumulus aceruatur etiam longo tempore.*
*Vno vero die facile diſsipabitur.*

Menand. Comicus.

*Multi ſic affecti ſunt, vt ægre queant*
*Parcere quicquam vlterius quam pro vita præſenti.*

Diphilus Poeta.

*Si nauigatio forte quatridui inſtituatur.*
*Proſpicimus quæ neceſſaria ſunt in dies.*
*At ſi quid parcendum in ſenectam ſit,*
*Cur non viaticum parſimonia reponemus?*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Pythagoras Samius.

*Μήδαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ἀπειροκάλως ἐνὶ ἠμῶν,*
*Μὴ δ' ἀνελεύθερος ἴσθι μέτρον γ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.*
*Ne ſumptus temere & importune feceris,*
*Sed neque illiberalis eſto. Modus in omni re optimum.*

Vrſinus Vellus ſic vertit.

*Dilapidare caue nummos, ceu neſcius vti.*
*Pelle tamen ſordes. Modus optima regula rerum.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Prodigalitas eſt intemperans ac nimia pecuniarum profuſio, in dandis accipiendiſq; pecuniis mediocritas, liberalitas dicitur: quæ modum tranſit, prodigalitas: quæ ab eo deficit, auaritia. Prodigus largiendo modum tranſit, & accipiendo abeſt ab eodem. *Ariſtoteles, 4. Ethicorum, cap.* 1. Pecunias appellamus res omneis, quarum numero ponderatur æſtimatio. Sunt autem in pecuniarum vſu duo vitia, quorum alterum in exuperantia poſitum eſt, diciturq; Prodigalitas: alterum in defectione, quæ appellatur Auaritia. Ac auaritiæ quidem crimen in eos ſemper transferimus, qui nimio pecuniarum ſtudio tenentur. Prodigalitatem autem quandoque cum aliis vitiis confundimus: impotentes enim, & qui ſumtus faciunt, profunduntque pecunias in eas res, quæ ſunt intemperantiæ, prodigos dicimus. Non igitur proprio nomine appellatur. Eſt enim prodigus certo vitio implicatus, quod in effundendis pecuniis. Prodigus enim per ſe ipſe perit, atque etiam videtur ipſius interitus quidam eſſe facultatum effuſio, quod ex iis vita conſtet. Prodigalitatem igitur hoc pacto intelligimus.

Prodigalitas & auaritia exuperantiæ ſunt ac defectus, verſanturque ambæ in duobus; largiendis accipiendiſque pecuniis: ſumptus enim referuntur ad largitionem. Prodigalitas largiendo, & minus accipiendo modum ſuperat: auaritia autem largitur parum, ſed accipiendo niſi in paucis vltra modum progreditur: Prodigorum igitur non fere opes augeri ſolent: neque enim facile eſt, cum qui à nemine accipiat, largiri omnibus: celeriter enim deſunt ad largiendum facultate iis, qui priuati ſunt, quales ſunt fere prodigi. Atqui cum ſit eiuſmodi, tamen videtur multo melior auaro: facile enim ad ſanitatem traduci poteſt, & progreſſu ætatis & inopia coactus, ad mediocritates peruenire poſſit. In eo enim ſunt ea omnia, quæ ſunt liberalis, quod & largitur, nec aliunde accipit: ſed tamen neutrum faciens, nec decorum ſeruat, nec æquitatem: qui ſi ad huius mores reducatur, aut alias commutetur, iam erit liberalis. Nam & quibus largiendum erit, largietur, nec vnde iniquum erit accipiet: quocirca non videtur deprauatis, corruptiſque moribus præditus: non enim ſcelerati eſt, aut ingenioſi, ſed ſtulti largiendo, nec accipiendo finem modumque tranſire. His igitur moribus prodigus præditus eſt, auaro multo melior, cum ob eas cauſas, quas diximus, tum quod hic prodeſt omnibus, ille nemini, ne ſibi quidem. *Stob.*

Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri Prodigi, alteri Liberales. Prodigi qui epulis, viſcerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu pecuniam profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut omnino nullam ſint relicturi. Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt cauſa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærenda vel augenda. *Cic. lib. 2. de Officiis.*

Largitio non habet fundum. Significatur autem liberalitate ſtulta quantaslibet opes exhauriri. Translatum videatur à pertuſo dolio Danaidum apud inferos. *Cic. l. 2. de Offic.*

## ¶ Apophthegmata.

*Chilon*, cum videret adoleſcentem liberaliter, vel profuſe potius ſuum patrimonium aliis largientem, ait: Si ſumptus magnos vbi non decet feceris, vbi decet mox exiguos facies. *Maxim. ſermon.* 61.

*Bion*, in quendam qui prædia ſua deuorarat: Amphiaraum, inquit, terra abſorpſit, tu terram. *Laert. l. 4. c. 7.*

*Anaxagoras*, veriſſime dicere ſolebat: Magno cum negotio pecunias comportari, ſed multo maiore opera conſeruari ac cuſtodiri. Cui & Poeta Ouid. aſtipulatur, qui ait:

*Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.*

Quemadmodum enim echinum, ſic etiam nummos capere facilius eſt, retinere vero difficile. Sæpe enim pecunias, quas multo cum labore quis vnciatim vix comparſerit, iuxta Archilochum, eas vniuerſas ſemel in vnius ſcorti marſupium effundit homo ignauus, prodigus, & inutile terræ pondus. *Aelianus l. 4. Var. hiſt.*

*Socrates* videns quendam facile omnibus gratificari, nulloque delectu ſuppeditare: Male pereas, inquit, qui Gratias virgines vt ſcorta proſtituiſti. *Stob. ſerm.* 14. Hoc autem maximus, *ſerm.* 8. aſcribit Democrito.

*Idem* à prodigo petebat minam. Ille miratus improbam poſtulationem, rogabat, cur, quum ab aliis obolum petere ſoleas, à me minam petis? Quoniam, inquit, ab aliis iterum me accepturum ſpero, à te vero an vnquam poſthac accepturus ſim, *θεῶν ἐν γονύασι κεῖται*, id eſt, in Deorum genibus ſitum eſt: atteruit enim hoc Homeri Hemiſtichium. Significauit autem, homini profuſo periculum imminere, ne breui redigeretur ad extremam inopiam, vt ne obolum quidem haberet reliquum. *Laert. lib. 6. Stob. ſerm.* 15. *Max. ſerm.* 61.

*Idem* præteriens prodigi cuiuſdam ædes, inſcriptionem habentes, Venales: Facile, inquit, diuinabam fore, vt præ immodica crapula domum euomeres. Iam enim domum abſumpſerat antequam venalem proſcriberet. Vomitus igitur erat ille verius, quam venditio. *Laert. lib.* 6.

*Plut.* Luxurioſorum vitam quaſi quotidie morientem efferri dicebat, *Anton. & Max. ſerm. de prodigalitate.*

*Idem* diuitem prodigum contemplatus, oliuas edentem, & aquam bibentem: Si ſic, inquit, prandiſſes, non ſic cœnares. *Eodem ſermone.*

*Thimothæus* in Ariſtophontem prodigum grauiſſime inuehebatur, inquiens: Cui nihil ſatis eſt, eidem etiam nihil turpe. *Ælia. l.* 12. *de Var. hiſt.*

*Epicurus* dicere ſolebat. Cui pauca non ſufficiunt, ei nihil ſatis eſſe. Alludens ad eos, qui cum habent, quæ ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt, non tamen ſua ſorte contenti, ampliſſimas diuitias ac opes petunt: quas ſi poſſiderent laborarent diebus ac noctibus quo parta, leuiter, otioſe ac prodigaliter deglutirent ac concoquerent. *Ælia. lib. 4. Var. hiſt.*

*Alexandro* puero diis largius facienti ſuffitum, ac ſubinde ad thus accurrenti: Leonides illius pædagogus, qui tum aderat, Heus, puer, inquit, tum large facies ſuffitum, cum regionem deuiceris quæ thus gignit. Poſt cum eam regionem obtinuiſſet, memor eius dicti, hac ſententia ſcripſit illi literas. Mitto tibi thuris & caſſiæ talenta aliquot, ne poſthac parcus ſis erga Deos: quum non ignores nos potitos regione odores gignente. *Plut. in apoph.*

*M. Cato* in Albidium, qui luxu facultates prodegerat, denique & ædes deuorarat, nouiſſime conſequuturo incendium, quod reliquum erat, abſumpſit, ita iocatus eſt, vt diceret eum feciſſe proteruiam. Id erat priſcum ſacrificii genus, in quo ſi quid ſuperfuiſſet ſeruari religio erat, ſed igni cremabatur. *Plut. in eius vita.*

*Alphonſus*, Equiti ſubinde aliquid flagitanti, ſed mox quod acceperat profundenti: Si pergam, inquit, tibi dare quæ petis, citius me pauperem effecero, quam te diuitem: nam qui tibi donat, nihil aliud quam aquam infert pertuſo dolio. *Panorm. de reb. geſt. Alphonſi. l.* 2.

## ¶ Similitudines.

*Plinij.* Vt ager ferax, ſed quem oporteat multo impendio colere, non multum iuuat colonum: ſic homo quæſtuoſus, ſed idem ſumptuoſus, haud multum reponit hæredi profuturum. *L.* 18. *c.* 5.

*Sorba folia* vniuerſa decidunt, cum cæteris arboribus paulatim id accidat. Ita quidam ſubito nudantur, aut profundunt, aut genus vitæ commutant, cum ſenſim id fieri oporteat. *Plin. libr.* 16. *capit.* 15.

*Thriueri.* Aer qui ſummo mane præcociter abſorbet nebulam, fere affatim à prandio mittit pluuiam. Neque ſolent admodum retinere filii, quod congeſſerunt parentes auari. *In apoph.* 127.

## ¶ Adagia.

Calliæ defluunt pennæ. *καλλίας πτερορρυεῖ.*

*Dictum in Calliam apud Græcos, qui per luxum ac libidinem patrimonium abligurierat.*

Gallorum incuſare ventrem. *Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν.*

Proteruiam fecit. *Macrob.*

*De edacibus ac luxu multum abſumentibus iactitatum.*

*Proteruia id ſacrificii genus eſt, in quo ſi quid reliquum eſſet, id igni conſumeretur. Vnde celebratur illud Catonis feſtiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium vniuerſum luxu abſumpſerat vnis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt.* Er ſitzt im Schiff. Er hat auffgewaunet. Er hat Feyerabend gemacht.

*Prouerbialis iocus in eos, qui ex conuiuia nihil reliqui faciunt;*

Relinque quippiam & Medis. *λεῖπε τι καὶ Μήδοις, Plut.*

*aut qui facultates vniuerſas abliguriunt.*

E dolio hauris. *ἐκ πίθου ἀντλεῖς.*

*E dolio haurire dicebatur olim, qui abundaret rebus optatis.*

Vna cum caniſtro. *αὐτῷ κανῷ.*

*Quadrabit in eos, qui rem intemperanter profundunt deuorantque & abliguriunt. Zenodot.*

Largitio non habet fundum. *δόσις ἀπύθμενος.*

*Quo dicto ſignificabant, ſtulta liberalitate quantalibet opes exhauriri, vel effluere potius.* Schencken reichet nicht. Es haben viel zu viel/aber niemand genug. Der Geitz hat kein Boden.

Ipſo horreo.

*Quod prolixe & affatim datur, ipſo horreo dari dicitur.*

Plena manu.

*Pro eo, quod ampliter, copioſe, prolixe minimeq; maligne.*

Cupidinum crumena porri folio vincta eſt. *πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον.*

Suidas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*…ſtendit dictum de iis, qui per amorem immoderatos faci-*
*…s, luxuique indulgent.*
…de ſi quid prodegeris. *Plaut.*
*…de ſi quid prodegeris. profeſto egere liceat. niſi peperceris,*
*…autem ne in ſumptibus ſolennibus ita profuſi ſimus, vt*
*…, quo feramus quotidianos. Accommodabitur non perpe-*
*…qui iuuenes rem prodigunt, eſurituri ſenes.*
…parta. ὀκ πολεμίας.
*…immodice ſumeret. Solemus enim celerius ac temere pro*
*…ſi quid hoſtibus ſit ereptum.*
…alter ab equis deuoratus. γλαῦκος ἄλλος ἱππόβρωτος.
*…trahit in hominem, alendis equis exhaurientem facultates*
*…fabula natum.*
…re boues. βουθυτεῖν.
*…proverbialiter dicebantur, qui amples magnificoſq;*
*…facerent.*
…tum ſepulchrum. καρικὸς τάφος.
*…magnifica, ſumptuoſaq;*
…ultum eſt piperis, etiam holeribus immiſcet: ὁ πολὺ ἔχων
…καὶ λαχάνοις.
*…cuiuſpiam largior eſt copia, ea profuſius vtatur licebit.*
*…parcius inſumendum.*
…nauigamus ad Hippollaitas, ἐκ Ἱππολαΐτας περισσοὺς πλῶ-

*…parcius vtendum eſſe præſentibus. Herod.*
…æ grando. δραχμὴ χαλαζῶσα.
*…quod tanquam cælitus emiſſum obtigit.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*…Xerxes* exercitum in Græciam traducere pararet, (vt au-
…i Zenodotum Dicæarchus, Græci) deſperatis rebus; fa-
…s abſumpſerunt, ne multum reliquum fieret: quod ho-
…ita dicentes: Hæc Medus non obſeruauit: eaque vox in
…abiit: vbi quis largius impenderet ſua: ne venirent in alio
…*Eraſ. in adag.*
…*Sylla*: quo corrumperet, & ad tranſitionem pelliceret a-
…es, prolixus & profuſus fuit in ſuos. Itaq; cum pariter a-
…onem, & ſuos peruerteret ad luxuriam, grandi pecu-
…habebat. *Plut. in Sylla.*
…*tur* omnium Græcorum prodigaliſſimi fuiſſe *Theſſali,*
…, & omni viuendi ratione: quæ etiam cauſam illis exti-
…in Græciam allicerent: quum Periæ delitiis huiuſmodi
…*Athen. li. 12. c. 10. & li. 14. c. 32.*
…*luxus* à multis vbique proclamatur, à quibus omnes
…immodici ſumptus ad Romanos defluxerunt. *Valer.*
*…de inſtit. antiq.*
*…Chabriæ filius*, paterni etiam ſepulchri (in quod popu-
…ſis, mille drachmas impenderat,) lapides prodegit. *Di-*
*…Expirantibus.*
*…Fabius*, Fabii Rutiliani filius, ob deuoratum in luxu pa-
…, *Gurges* cognominatus *Macrob.*
*…Allobrogis filius*, adeo luxurioſam perditamque egit vitam
…ſq; indignam: vt Pompeius prætor vrbanus, paternis bo-
…terdixerit, *Valerius.*
*…tonius* vnius anni ſpatio 100. talentornm millia ex Aſiæ
…exacta abſumpſit. *Plut. in Ant. & Sabellicus li. 8. Ennead. 7.*
*…manus* à Catullo vt decoctor ac magno ære alieno oppreſſus
…, vbi ita ait:

*Iſta turpitudo puella naſo*
*Decoctoris amica Formiani,*

*…Tigellius Hermogenes* adeo fuit prodigus, vt tibicines, hiſtrio-
…, gnathones, mimi, epulones, balatrones, mendici, vn-
…, caupones, reliquique otioſæ & perditæ vitæ homines,
…eius multis lachrymis defleuerint.

Horat. lib. 1. ſer. ſatyr. 2.

*Ambubaiarum collegia pharmacopolæ,*
*Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne*
*Mæſtum, ac ſolicitum eſt cantoris morte Tigelli:*
*Quippe benignus erat, &c.*

…*AEſopi Tragœdi* tanta fuit prodigentia, vt vniones aceto
…factas cœnis apponeret.

Horat. lib. 2. Serm. ſatyr. 3.

*Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,*
*Scilicet vt decies ſolidum exſorberet, aceto*
*Diluet inſignem baccam.*

*Martialis* lib. 1. Epigrammatum notat *Baſſam* fœminam, quod
…menta corporis aureo exciperet vaſe, vbi ait,

*Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro,*
*Baſſa: bibis vitro, carius ergo cacas.*

Idem lib. 9. *Cinna* cuiuſdam luxum ita arguit.

*Nam tu dum metuis ne quid poſt fata relinquas,*
*Hauſiſti patrias luxurioſus opes.*

*M. Liuius* cum omnia per luxum dilapidaſſet, ſuæ ſtultitiæ per
…illudebat, dicens, Se nihil cuiquam reliquiſſe, præter cœlum &
…um, itaq; cum pecunia egeret, multa per ſcelus commiſit.

*Nero* princeps annis 14. quibus imperio præfuit, bis & vicies millies donationibus effudit, id eſt, quingenties, & quinquagies centena millia aureorum.

*C. Caligula* opes immenſas à Tyberio congeſtas, ac vicies ſepties millies ſeſtertium intra annum abſumpſit.

*Demetrius* Antigoni & Stratonices filius, ducenta talenta ſcortis dari iuſſit, author. Plutar.

*Apicius* omnium fere luxum, ac prodigalitatem nepotinis helluationibus ſuperauit. De quo Martial. lib. 5.

*Dederas Apici, bis trecenties ventri,*
*Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum,*
*Hoc tu grauatus, ne ſitim & famem ferres,*
*Summa venenum potione duxiſti,*
*Nil eſt, Apici tibi guloſius factum.*

Quod ſic interpretatur Budæus. Apici ſexcenties ſeſtertium, id eſt, quindecies centena aureorum coronatorum millia inexplebili illa helluatus ingluuie, cum poſſes adhuc ducentis quinquagenis millibus (quod centies laxum poeta appellat) vitam cauto, & eleganti victu producere, tamen venenum miſer hauſiſti, ne patrimonio ſupereſſes, quod iam non te deſerturum videbatur.

*Cleopatra* vltima AEgypti regina cœnam parauit Antonio, in qua centies ſeſtertium, id eſt, ducenta & quinquaginta millia aureorum vno ferculo ſecundæ menſæ conſumpta ſunt: vnde Sidonius Cleopatricas dapes vocat.

Tantus fuit *Agrigentinorum* luxus, & prodigalitas in omni re: vt Plato diceret eos ædificare, ac ſi victuri perpetuo forent, ita demum conuiuari velut ſemper morituri. Vtebantur lecythis & xiſtris argenteis, habebant & lecticas totas ex ebore.

Singuli *Vitellii* apparatus non minus quadringentis millibus conſtiterunt. In cœna eidem à fratre data duo millia lectiſſimorum piſcium, ſeptem auium appoſita traduntur. Idem Vitellius in ſuo principatu, ducentis ſeſtertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis ædificata erat: habuit autem in ea patina ſcarorum iecinora, phaſianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarum lactes à Carpathia vſq; fretoq; Hiſpaniæ petitarum, Author eſt Suetonius Tranquillus in eius vita.

*Licinius Craſſus* cum omnia decoxiſſet, occurrentium tamen cachinnis vocabatur diues, his verbis, Qui in Parthos militauit, non fuit appellatus diues primus. ſed hic.

*Heliogabalus* inuitatis ad prandium ſummis viris, croco menſam ſternebat, dicens ſe fœnum pro eorum dignitate exhibere. Idem triclinia, lectos, & porticus omni florum genere ſtrauit, liliis violis, hyacinthis, & narciſſis, quod flores pedibus conculcabat. Naues pretioſis mercibus onuſtas mergi in portum iuſſit: magni animi id eſſe dicens. Aureo vtebatur vaſe, ad corporis excrementa: gemmas ab optimis ſculptas artificib. in calceamentis ferebat, quæ nunquam iterabat: pretioſas veſtes ſæpe conſcidit: minxit etiam in Murrhinis & Onchinis vaſis: omnibus meretricibus ſine effectu libidinis, multos quandoq; dedit aureos nummos.

*L. Neratius* homo egregie improbus, authore Gellio, cum pro delectamento haberet, os hominis liberi manus ſub palma verberare: ſeruum comitem habebat crumenam plenam aſſium portitantem. Et quemcunq; depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum 12. tabulas viginti quinq; aſſes eidem iubebat.

*Callias* fuit quidam, qui conſectandis meretricibus vniuerſum, dilapidauit patrimonium: hinc per iocum dicebatur à ſcortis deplumatus.

*Phocus* Phocionis filius, cum paternas opes prodigio luxu dilapidaſſet, Athenienſibus vſq; adeo factus eſt odioſus, vt occurrentes omnes diffamatorem ſui generis illum nuncuparent.

*Alphonſus* Rex Neapolitarum, cum multa per luxum prodegiſſet, conflatoq; ære ingenti alieno, non iam haberet vnde creditoribus ſatisfaceret, dolore & ira permotus, pleroſq; ſuis ſpoliauit bonis.

*Alexan. Macedo* Promachum bibaciſſimum hominem, victorem in vini certamine, aurea corona donauit.

*Belſlorius Siculus*: homo priuatus, domum inchoauit tanto ſumptu, vt fundamentis modice adhuc ab humo extantibus pecunia ſit exhauſtus, quam tamen multis annis improbo labore ſibi comparauerat.

*Cleopes* Ægypti Rex, ſumptu Pyramidis eo redactus inopiæ eſt, vt filiam exponere venalem ad meretricium quæſtum coactus ſit.

*Galen.* Imperator Valeriani filius gemmatas ferebat caligas, exemplo Caligulæ, qui inde traxit nomen.

*C. Curio* Tribunu plebis ſexcenta æris alieni ſeſtertia debuiſſe fertur. Author. Valer, Max.

¶ EMBLEMA.

Ei qui ſemel ſua prodegerit, aliena credi non oportere.

Emblema LIV. And. Alciat.

*Colchidos in gremio nidum quid congeris? eheu!*
*Neſcia cur pullos tam male credis anis?*

*Dira parens Modea ſuos ſæuiſsima natos*
*Perdidit: & ſperas parcat ut illa tuis?*

¶ FABVLA.

Piſcatores & Teſtudines.

Ad nauſeam vſq; ſaturi teſtudinum carne piſcatores cum etiam multum adhuc illius ſupereſſet, prætereuntem forte Mercurium ad ſuas epulas inuitant. Qui non ignarus, quippe Deus, quo animo vocaretur, iuſſit ſuas ipſos teſtudines vel edere vel vomere, neq; poſt ſua demum faſtidia conuiuas quærere.

Prodigorum ſtultitia notatur, qui ea aliis tribuunt, quæ ipſi deſpiciunt, & paruipendunt etiam ea, quæ quantiuis interdum pretii ſunt.

*Vide tit. Luxus, Voluptas.*

# Prodigium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRodigium, Deorum minæ, vel iræ, *ut ait Non. Marcellus*: dictum, *vt idem vult*, à porro adgendum. Alii dictum putant quaſi porrodicium: quod porro dicat: porro ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat. *Author. diuus Auguſt. Tract. 15. in Ioan.* aliter tamen Alciat. Quid prodigium dicit, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. Id enim eſt prodigere. *De verbor. ſignif.* Hræce τέρας Hebr. *Mopheth*, portentum perſuaſorium, ſignum perſuaſibile, quo quis mouetur ad credendum: *Deut. 13. 2.* à verbo *Iaphah*, ſplenduit, fulſit, illuxit. Hinc Gr. φάω, & φῶς, lux, ſplendor. Prodigia enim perſtringunt hominum oculos & mentes reddunt attonitas fulgore quodam extraordinario.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Prodigia in obitu principum contingentia nec fortuna contingunt, habent enim ordinem, nec à natura procedunt, diuerſa enim inter ſe ſunt: vnde ſi nec à fortuna nec à natura procedunt, ab intelligentia ergo ſublimi proficiſcuntur naturæ vires omnino exuperante: & ad tria potiſſimum numina referenda ſunt, eſt enim perſonæ genus dæmon familiaris homini, quem angelum cuſtodem Theologi nominant: eſt & loci cuſtos, & eius domus, ciuitatis, & regni, quem cognominant principatum: eſt inſuper ordo ſublimis choruſq; numinum, vel dæmonum, vel angelorum, inquorum numerum, & ſortem, per officii ſimilitudinem excellens animus quaſi ad ſtellam ſuam migraturus, eſt in eodem illic officio quaſi collega futurus: & vt tres prodigiorum auctores, ſic tria genera portentorũ ſublimis chorus crinitus accendit, tonitrua ciet, fulgura, iaculatur, flammas, & ſtellas cadentes: præfectum prouintiæ numen quatit, & diruit, machinas, oracula fundit, auguria & auſpicia mouet, æſtus deſignat: cuſtos familiaris ſomnia excitat, canumq; latratus quaſi malum dæmonium illinc arcentes, prima illa ſignificant excellentiſſimos non extingui, non negligi, ſed poſt obitum regnare cum ſuperis: ſecunda calamitatem populi tanto viro deſtituti prænuntiant, & cauere imminentia ſubinde pericula monent, tertia & virũ admo[...] et moribundum, & ſuis indicant cœleſtem fauorem, illo quidem morientem non mori, ſed familiæ ſuæ poſt illum aſpiraturum. *Eic. ep. lib. 11.*

*Iamblichi.* Sicut Deus ſæpe per fatuos homines loquitur ſapientiam, declarans non hominem ibi loqui, ſed Deum: Sic per viliſſima quæque portendit futura, his Ipſe admodum ſupereminens, & per omnia noſtrum inſtruens intellectum. *De myſt.*

*Sicut falluntur*, qui confidunt ex inanimatis animam, & ex amentibus facere mentem: Ita qui ex rebus non diuinis diuina facere, & ſine diis propria deorum opera, qualia ſunt vaticinia, & miracula & ſimilia, vt apparitiones & expiationes. *De myſt.*

Prodigium eſt Diuinæ iræ ſignum: quo vero pertineat, ad ea, quę præterierint, an vero ad ea quæ inſtant, vtiq; ignoratur. *G. Pachymer, hiſt. li. 6.*

Solemus quidem, terrores prodigiorum, ſpe & mora nobis ipſi blandientes, ad alios transferre, Verum apud quos malorum ſignum apparuerit, apud eos etiam euentum ratum fore conſtat. *Idem, eod. lib.*

Per prodigia diuinitus, non præſentia modo, ſed etiam futura declarantur atq; prædicuntur. *Mich. Glycas Annal.*

Prodigia ſanas etiam mentes perturbare conſueuerunt. *P. Iouius hiſt. lib. 15.*

*Vide, Miraculum.*

# Proditio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRoditio, Græce προδοσία, ας, ἡ, & προδότης, ου, ὁ, proditor: προδίδωμι, prodo dicitur. Eſt autem prodere, fallere & tradere. Saluſt. *Antequam arcem proderet hoſtibus.* Vnde proditio, proditamentum. Prodere eſt etiam manifeſtare; Vnde & proditores, à prodendis conſiliis hoſtibus dici poſſunt. Hebr. Proditor *Naſghar* dicitur à verbo *Saghar*, incluſit. Solet enim proditor quos prodere vult verbis & variis artibus includere.

¶ BIBLICI LOCI.

Proditio damnatur, 2. *Timoth.* 3. 4. proditio Euangelii cauſa, *Luc.* 21. 16. proditionis pœna, 2. *Paral.* 25. 3. & 33. 25. *Eſth.* 2. 22.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Iudas de Apoſtolatus faſtigio in proditionis tartarum labitur, nec familiaritate communi, nec intinctione bucellæ nec obſequii gratia frangitur, ne hominem tradat, quem Filium Dei nouerat. *Hier. in Epiſt. ad Ruſt.*

Inſtrumento pacis mortem irrogat: ſeruus dominum, diſcipulus magiſtrum ſic prodit, quaſi, inquit, per inſtrumentum pacis premis ipſam pacem, de oſculo machinaris ipſam proditionem. *Am. in Matth. 26.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Chaud. 2. Ruff.

*Heu heu! quam breuibus pereunt ingentia cauſis*
*Imperium tanto quæſitum ſanguine tanto*
*Seruatum, quod mille Ducum peperere labores,*
*Quod tantis Romana manus contexuit annis,*
*Proditor vnus iners anguſto tempore vertit.*

Silius 13.

*Illa autem, quæ tondetur præcordia noſtro*
*Altius, in quantum reſonat plangentibus alis*
*Armiger ad paſtus rediens Iouis, hoſtibus arcem*
*Virgo, immane nefas, adamato prodidit auro*
*Tarpeia. & pactis reſerauit clauſtra Sabinis.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Proditionem amo, ſed proditorem non laudo. *Plut. in apoph.*

Proditor pro hoſte habendus. *Demoſthenes.*

Fœdera iniuſte frangere impium eſt, ſed hoſtes fallere non iuſtum eſt modo & honeſtum, ſed iucundum quoq; & lucroſum. *Plutarchus.*

De proditione. DIAL. LXXX.
*Franciſci Petrarchæ.*

DOL.

Proditus ſum ab amicis. R. Hoſtibus credo. Si amici enim eſſent non te proderent. D. A familiaribus ſum proditus. R. Ambiguum nomen, & familiaris amicus & familiaris hoſtis dicitur, quo periculum maius vita hominum non habet. D. Proditus ſum ab eis: quibus ante alios fidebam. R. Vix fallitur, qui non fidit. Enim vero quo maior quiſq;, eo minus poteſt tute fidere, eoq; plus fidere ac pluribus eſt neceſſe. Vnde fit tum commune, tum vel maxime regium ſit prodi, neq; omnino vllum genus tam obnoxium huic malo. Proditus à ſuis, vt fama eſt, Priamus, proditus Minos, Niſus, Oethes, Agamemnon, Alexander, & ante ipſum Darius. Proditi ex noſtris Romulus, Tarquinius Priſcus, Seruius Tullus, Africanus minor, Magnuſq; Pompeius, & Iulius Cæſar, & mille alii, vel reges, vel regibus altiores & quid proditos loquor, quaſi quærendi ſint. Quis autem non proditur, & in paruis cotidie, & in magnis, niſi cui nullus eſt penitus, à quo prodi poſſit? Proditus ad extremum Chriſtus, nec regum peſte terreſtrium cœleſtis ille rex caruit. D. Proditus ſum magiſq; meorum fraudib. quam propriis tangor incommodis. R. Pie id quidem, ac magnifice. Nam & Africanus ille cuius prome memini, ſe territum non tam mortis metu quam inſidiarum à ſuis apud Ciceronem dicit. Veruntamen neutro nimium angi debes, quando enim ita iacta ſors eſt, vt lucrum ac perfidia proditoris bona fides damnumq; ſit proditi, elige vtrum malis. D. Proditor me fefellit. R. Plus ille ſibi nocuit quam tibi, ſe prodidit: te pupugit, ſe confodit: te dum ſpoliat, ſe perimit. Tibi enim, regnum forte vel opes, ſibi animam, formam, conſcientiæ quietem, coniunctumque hominum eripuit. Nil ſceleſtius proditore. Nil turpius ſol videt cuius obſcœnitas tanta eſt, vt & qui artificio eius egent execrentur artificem, & qui cæterorum ſcelerum famam quærunt huius infamiam reformident. D. Proditus ſum. B. Proderit forſan, ne iam facile iterum prodi poſſis. Multi ſæpe paruis damnis admoniti, magnis occurrere dedicerunt.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Agis Archidami F.* Cum Ephori dicerent, Proficiſcere, iuuentutem tecum ducens ad huius patriam, nam is ipſe te producet in arcem: Et quod conuenit, inquit, ô Ephori, tot iuuenes ei credere, qui ſuam ipſius patriam prodidit? Grauiter admonens, nihil illis tuto credi, qui in patriam perfidi fuerint. *Plut. in Lac.*

*Therycion* Delphis rediens, quum videret in Iſthmo anguſtias à Philippi copiis occupatas: Malos, inquit, ô Corinthii portarum cuſtodes vos habet Pelopponneſus. Alluſit eo, quod grauiter animaduerti ſolet in ciues, quibus vrbis portæ commiſſæ ſunt, ſi eas indiligenter cuſtodierint. Multo magis accuſari merebantur

Corinthii

...elli, qui totius Peloponneſi portas Philippo prodidiſſent.
...lat.

...Cilicon quidam ſiue Achæus, Miletum patriam pro-
...nenſibus. Quo nomine merito habebatur omnibus ex-
...perfidiam lanius quidam Theagenes ſic vltus eſt. Cilicon
...genem, in macello empturus carnes. Lanius diſſimulato
...git carnium partem, veluti reſecturus quod ſupereſſet.
...fert dextram ex aduerſo retenturus carnes: Theagenes
...ſublata, proditoris manum amputauit, ac ne id videretur
...dum, addidit: Iſta ſaltem manu poſthac non proditurus es
...ratem. Applaudebatur lanio quod impium pro dignitate
...e. Hinc adagium, Ciliconis exitium *quod in Chiliadibus re-*
...*lib.5.c.6.*

...*tus*, cum ab Archidiamo multis præmiis pollicitationi-
...proditionem tentaretur reſpondit: Archidame, te ab Her-
...non ducere, ſatis intelligo. Hercules enim malos afficit:
...nus vero, eos qui probi ſunt, malis afficere ſolet. Notabat
...chidami fraudes, qui proditionem hoſtib. imponere ten-
...*iar.*

...interrogatus quos amaret præcipue, & quos maxime
...reſpondit: Proditurus quidem in primis amo: eos vero qui
...derunt, odi maxime. *Stob. ſerm.52.*

...*Caſ.* quum in conuiuio Rhymitalces Thracum rex, qui
...ad Auguſtum deſciuerat, inſolentius iactaret ſua erga
...merita, ac ſine exprobrans belli ſocietatem moleſtus eſſet:
...ſimulata illius petulantia, alteri cuidam regum propi-
...t, Proditionem amo, proditores non laudo. Significans,
...proditione profuerunt, nihil deberi gratiæ, licet enim offici-
...præſtant pro tempore gratum eſt, ipſi tamen habentur,
...ac fœdifragis. *Plut. in apoph.*

...*crates* rex Perſarum magnam pecuniam, tentans eius ani-
...proditionem dirigeret: admitti legatos iuſſit, cum forte o-
...deret, Audite, inquit, an hoc prandium proditorem facit.
...*lib.7.*

¶ Exempla Biblica.

...itionis. *Exempla*: Cain, *Gen.*4.*v.*8, Simon & Leui, 34.*v.*25.27
...ſonis & Philiſthæa, *Iud.*14.*v.*17. Dalila, 16.*v.*9. Saul, 1. *Sam.*
...Doeg. 22.*v.*9. viri Ceilæ, 23.*v.*5.7.12. Ziphæi, *v.* 19. & 26.
...*Samuel* 3.*v.*27. & 20.*v.*10. Rechab, 4.*v.*6. Dauid. 11.*v.*14
...*v.*10.11. Abſalom, *v.*18. & 15.*v.*7 10. 11. Zambri, 1. *Reg.* 16.
...ioas, 2. *Reg.*12.*v.*20. 2. *Paral.*24.*v.*25. Phacee, 2. *Reg.*15.*v.* 23
...rib filii, 19.37. ſerui Ammon, 21.*v.* 23. 2. *Paralip* 33. *v.*24. Il-
...Nathaniæ, 2. *Reg.*25.27. *Ierem.*41. *v.* 2.6.7. ciues Ieroſo-
...*Paral.*25.*v.*27. Iudæorum hoſtes, 1. *Eſdr.*4. *v.*2. *Nehem.*
...Eunuchi, *Eſth.*2.*v.*21. Dauidis hoſtes, *Pſal.*55.*v.*23. & 41
...Danielis. *Dan.* 6.*v.*11 12. Scribæ & Phariſæi, *Matth.*12.
...*Marc.*3.*v.*2. *Luc.*6.*v.*7. Iudas Iſcariothes, *Matt.*26.*v.*49. *Marc.*
...*Luc.*22.*v.*47.48. *Ioan.*18.*v.*5. Iudæi, *Actor.*7.*v.*25 & 23.*v.*15.
...*Exempla*. Proditionis pœnæ exempla: Serui Ioas, 2. *Paral*
...Amnon, 33. *v.*25. duo Eunuchi Regis Aſſueri, *Eſth.*2.*v.*2.
...ditor, *Matth.*27.*v.*5. *Act.*1.*v.*18.

¶ Exempla Historica.

...cognomentum Achæi Meropis filii, à nutrice Ciliſſa, pa-
...Miletum Prienenſibus prodidit, cum dux exercitus eſſet, *Sui-*

...*Erythræorum* dux, proditor ſuorum militum, amore
...puellæ. *Theat. Zvving. fol.*3573.

... & *Philocrates* ambo proditores, alter ob proditionem A-
...exultauit: & ob lenocinium male audit: Phryno autem ob
...tam ſuum filium, quem ad Philippum Macedonem addu-
...*Suidas.*

...*Æneas* & *Antenor* patriam Troiam Græcis, cum illos per por-
...equinam habuit effigiem, introduxiſſent noctu, prodi-
...dicuntur rumore incerto. *Sabel.l.7.En.1.*

...*Peloponneſiaco bello*, quod inter Athenienſes & Spartanos geſtū
...Lacedæmoniorum duci, Xenias Eleus Elin ipſam tradere
...greſſus. *Pauſan. in Achaicis.*

...*ſthenes*, qui Philippo Macedonum regi Olinthum prodidit,
...atur ſe ab illius amicis, vt proditorem infamari: ei Philip-
...Macedones, inquit natura ruſticiores ſunt ac rudes, & ſcapham
...ſcapham. *Cælius lib.*8.*c.*3. *Antiquarum lectionum.*

...*fectus Brutiorum* prodidit Q. Fabio Maximo Tarentum.
...*Zvving fol* 3575.

...*Eurybatum* ſcribit Ephorus, Epheſium fuiſſe, qui acceptam à
...pecuniam ad conducendum militem aduerſus Perſas, Cyro
...ent. Hinc Eurybatos, improbos & proditores dici, *Suidas.*

...pudoris fuit *M. Iulii Philippi* proditio atq; perfidia, qui
...iunioris Gordiani præfectus eſſet: ad Perſicum bellum profe-
...Meſoclem eius ſocerum veneno ſuſtulit, exercitum aſtu in loca
...& ſterilia deduxit: Naues quib. ad exercitum frumenta com-
...antur, demerſit: ſubornauit qui exercitum tumultuarent ab
...Gordiano æquatus, imperii ſocietate ſpreta, Gordiano
caput adimi iuſſit, atq; ad Senatum ſcripſit Gordianum febre periiſ-
ſe. Et vt occultius perfidiam tegeret, in deorum numerum retulit.
At quem non puduit tam inſigni proditione, principem ſuum, eun-
demq; innocentem, cuius ſtipendio militabat, tollere, Decius vna
cum filio ſuſtulit.

*Ptolomeus Macedonum rex* cruenta proditione erga Arſinoem
Reginam vſus eſt: nam cum eius regnum appeteret, de matrimonio
cum ea egit, etſi ſoror eſſet: quæ quanquam fratris crudelitatem
ſuſpectam haberet, vt filios tamen periculo liberaret, matrimonio
eſt aſſenſa. Matrimonia itaq; confirmant, eo die quo Caſſandriam
perductus eſt, Lyſimachum ac Philippum paruulos in matris Ar-
ſiones gremio confodi iuſſit, atq; eam regno ac filiis orbatam Sa-
mothraciam in exilium emiſit.

¶ Fabula.

Lupi & canes.

Cum animaduerterent lupi, ſe non virtute canum, ſed multitu-
dine ſuperari, hoc iniiſſe conſilium perhibentur. Mittunt ad canes,
qui ab iis, quorum color non diſſimilis luporum eſſet, quærerent:
Cur non potius ſecum coniungerentur quibus natura ipſos conci-
liaſſet, id quod coloris ſignificare ſimilitudo? Quique illis dicerent:
ſi luporum auxilio aduerſus alios canes diſcrepantes colore vti
vellent, poſtea ſublatis illis, & ipſos ſolos rerum potituros & in per-
petua amicitia luporum futuros eſſe. Cum res ſtultis canibus pro-
bata & canes circumuenti atq; iugulati fuiſſent: tum ſine negotio
& periculo, iſtos etiam concolores ſibi interfecerunt lupi.

Fabula narratur contra proditores, quibus tantiſper honor habe-
tur, dum requiritur opera illorum, at mox rebus perfectis plærunq;
ne parcunt quidem his neque abſtineut illi ipſi, qui eos corruperunt.

# Proles.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRoles Hebr. *Ieledh*, à verbo *Ialadh*, peperit genuit, Gr. γενεά, ſo-
boles, progenies.

¶ Sententiae Philosophorum.

De numeroſæ prolis graui ſarcina. Dial. XII.
*Franciſci Petrarchæ.*
Dol.

Numeroſa prole prægrauatus ſum. R. Auro etiam atq; opib. im-
becilles humeri premi poſſunt. Nemo tamen id quæritur, ſed ſic pre-
mi gaudet. Atqui prima inter veſtræ felicitatis dona numerantur fi-
lii? His ne te igitur prægrauatum, & non potius ſubleuatum dicis?
D. Multos inter filios inops ſum. R. Imo vero filii diuitiæ tuæ ſunt.
Quomodo inter diuitias ſis pauper videris. Id enim non niſi auaris,
& bonorum ſuorum ingratis accidit. D. Filiorum in turba egeſtate
ſordida laboro. R. filii non labor, ſed requies ſunt parentum, leuamen
laborum, atq; omnis ſolatium fortunæ, ſi boni ſunt, alioqui non de
numero, ſed de moribus eſt querela. D. Filiorum acie coarctatus
ſum. R. Cur non potius comitatus, & vallatus, & ornatus? Certe non
tantum patres ſed matres ornamenta ſua, filios vocant. Non audi-
ſti, vt Cornelia Africani magni filia, dum prædiues mulier Campa-
na, quæ forte in domum eius hoſpitii iure diuerterat, muliebriter
gloriabunda, illi longe pretioſiſſima ſua oſtentaſſet ornamenta, ge-
neroſam velut ad æmulationem prouocata colloquium de indu-
ſtria produxit, donec à ſcholis filii eius remearent parui tunc pueri,
qui magni poſt fuere viri. Quibus illa conſpectis verſa in hoſpitam,
ornamenta mea, inquit, hæc ſunt. Præclare quidem, & vt tanti patris
filiam decebat. Tu autem ornamenta hæc tua vocas impedimenta.
D. Quis tot paſcet filios? R. Is qui te à iuuentute tua paſcit in ſe-
nium. Qui non ſolum homines, ſed piſces & quadrupedes paſcit &
volucres. D. Quis tot natorum corpora veſtiet? R. Is qui non tantum
animantia, ſed agros herbis, ac florib. & frondibus ſylua veſtit. Et
quid ſcimus adhuc forſan ſi filii te non modo paſcent, ac veſtitent,
ſed etiam tuebuntur, ſed etiam honeſtabunt, humanarum rerum vt
à voluptatem aliæ incipiunt in laborem ac dolorem deſinunt, ſic è
contra aliæ amaro principio inceptæ dulci fine clauduntur. Qualis
eſt ſors virtuoſarum omnium fere actionum, quæ ingreſſos cruciāt,
ac progreſſos mulceant. D. Pauper cum filiis multis ſum. R. Miraris
quaſi fœcundam virorum non legeris paupertatem. Diuerſa ſunt
operum genera, & varia dona fortunæ. Nulli omnia contingunt, ali-
is vagę merces aliis rigens tellus, exangue aliis metallū: viuæ tibi di-
uitiæ obtigere filii, an vero boues, & pecudes, & aſini, cameli, & pro-
fugæ apes, & columbæ, & pulli, & pauones, ſerui deniq; & ancillæ in
diuitiis habebuntur, ſoli filii excludentur? D. O quā multi mihi ſunt
filii? R. O quā plures aliis! Quinquaginta fuere Priamo. Triginta
Orodi Parthorū Regi. Centū quindecim Regi Perſarū Artaxerxi.
Septingenti autem Erothinio Regi Arabum, quorum fiducia fines
hoſtium alternis aggreſſus incurſib. AEgyptum, Syriamq; vaſtauit

Et eſt

Et eſt ſane potentiæ genus quoddam multos filios habere. Scio autem quid dicturus ſis. Hi quos memoras, magni omnes Reges fuerant. Mihi longe alia ſors eſt. Nunquid vero Rex fuit Appius Claudius? Profecto ne diues quidem priſco illo ſæculo, videlicet, quo probrum diuitiæ habebantur, & paupertati cœcitas acceſſerat ac ſenectus, & tamen de eo ſcribens Cicero, Quatuor inquit robuſtos filios & quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & cæcus, & ſenex, neq; id mirari eſt, quod priuata bene regeret, cum tot obſeſſus incommodis, ipſam quoq; Rempubl. gubernaret. Humanorum defectuum magna pars in moribus non in rebus eſt. Non erat Appio ſors regia, ſed nec optabat ſua ſorte contentus, exiguos non lautitiis, ſed virtutibus adornabat lares, & victu tenui amplam familiam nutriebat. Quodq; multi Reges mœſti faciunt, & queruli, lætus ille & æquaminis faciebat. Non enim fortunā appetitiui, ſed fortunæ æquauerat appetitum. Non erat Appio ſors Crœſi Regis, nec conciuis quidem ſui Craſſi ſed felicior quædam alia, quamuis anguſtior ſors, nec ad alienam ſortem, ſed ſicut boni omnes faciunt, ad ſuam propriam ſe formabat ac ſuos. Certe nec ego exigo, vt tu ſorte alia quam tua in tuis vtaris & in te. Neq; vt cibo, aut amictu regio tuo paſcas, aut veſtias. Veſcuntur lautius regii iuuenes, & veſtiuntur inſignius, ſed non viuunt, nec diutius, nec lætius & (quod conſtat) nec ſecurius. nec honeſtius, certe nec ſanctius, Pro his omnibus vnum habent, quo excellant, pompoſius hoc eſt ſtultius viuunt. Suus cuiq; viuendi modus, ſua eſt menſura. Non iccirco melior, quo maior. Vnde fit, vt in tugurio ſæpe lætos videas mœſtos in regia Non eſt omnium vna capacitas, ſed vnus eſt fons gratiæ Vnus ille, cui dicitur: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Quid ad rem valorum ſeu magnitudo, ſeu paruitas, vbi eſt par omium plenitudo? Sed multa deſunt pauperibus. Quanto plura deſunt regibus? Cum ſit illud Flacci veriſſimum expertumq;. Quod *multa petentibus, deſunt multa*. D. Laborioſum negotium, multos filios genuiſſe. R. Quid ſub cœlo mihi non laborioſum dabis? Præter vnam (vt creditur) voluptatem, qua tum nihil eſt in fine laborioſius, nihil, quod tot in animis linquat aculeos, an non legis apud Flaccum, vt *nil ſine magno vita labore dedit mortalibus*? An non audis quid Poeta alius non ineleganter, hac in parte luſerit? Cum enim bona omnia gratis nobis donata eſſe diuinitus pii omnes vno ore fateantur, non donata dicit ille, ſed vendita, & pretium ſtatuit labores. Sic enim ait: *laborantibus vendunt dii nobis omnia bona*. D. Moleſta eſt tantorum ſolicitudo filiorum. R. An non inter veras ſententias illa eſt, non poſſe inueniri vitam hominis carentem moleſtia? Nec minus illam omnem vitam eſſe tormentum. Quid filii meruere, qui ſi deſint, curæ aliæ ſubibunt? Crede mihi, quocunque te vertas, quemlibet fortunæ gradum arripias, & labores, & moleſtiæ, & difficultates vitæ aderunt. Quid lamentis manibus opus eſt? D. Filiis multis premor. R. Sic dicis quaſi felicitate deprimaris tua & vota prima mortalium, tibi cumulatius obueniſſe fers grauiter, mirum genus impatientiæ. D. Quid vero tot faciam filiabus? Quis tot dotes expediet. R. Vnus eſt & fæminarum Deus, & marium. Is & filios tibi paſcet, & filias. Vtiq; illis ingenium & viuendi artes, ſic iis ſuas dotes dabit, Itaq; ſic ſcriptum eſt. *Spera in eo & ipſe faciet quod in ſe eſt.* Optimum dotis genus fuerit, ſic filias formare, vt vel abſq; dote recto iudicio placere valeant, atque amari. Dotem habuit Romanum imperium Fauſtina. Et quot reris indotatæ caſtiores, eaq; feliciores fuerint? Non facit fauſtum coniugium dos, ſed virtus. Fac ſi potes, vt tuarum non pecunia optabilis ſit, ſed pudor, modeſtia, ſed integritas, patientia, fides, humilitas, his ornatæ gemmis filiæ tuæ, hoc onuſtæ auræ, his ancillis comitata, limen adeant coniugum non diuitum, ſed proborum, vbi tutior ſæpius pudicitia, vtraq; dulcior, quam in thalamis atque atriis regum fuit.

*Vide, Filius, Liberi.*

---

# Promiſsio.

## ¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

PRomiſſio Græc. ὑπόσχεσις, ιος, ἡ, & ὑποσχέομαι, promitto dicitur, Hebr. *dabar*, id eſt, verbum, inter bonos & probos verbum & promiſſio idem, atq; etiam iuramentum. Gall. dicimus de bono viro, *C'eſt vn homme de parole*. Eſt autem promiſſio actus rationis, qui eſt enuntiatio & ordinatio alicuius *ſecūd. B. Thom. ſecunda* Secundæ. *q*. 88. *art*. 22.

Promittere eſt polliceri, Sed hoc differunt, quod pollicemur ſpōte, promittimus rogati.

### ¶ Biblici Loci.

Promittere, facilius eſt, quam præſtare. *Exo*. 19. 8. quod promiſerimus Deo, reddendum. *Deut*. 23. 21.

Promiſſio μετωνυμικῶς, pro promiſſionis præſtatione: ſeu alii volunt, pro re ipſa promiſſa, per metonymiam, *Hebr*. 9. 11. Si accipitur iuxta quoſdam & *Galat*. 3. 22. promiſſio Patris, Spiritus ſanctus, *Actor*. 4. & 22. 33. promiſſio ſalutis ab æterno, *Epheſ*. 1. 4. & ... promiſſio Abrahæ facta, *Rom*. 4. 13. & 9. 9 promiſſionis Filii qui ... 8. promiſſionis terra qualis, *Deuter*. 8. 7. Promiſſiones vitæ præ... tis, 1. *Tim*. 4. 8. 1. *Petr*. 3. 13. promiſſiones Dei cum conditione ... *Deuter*. 19. 8 & 28. 1 & c. 33. 4. *Leu*. 26. 1 & c. 1. *Reg*. 2. 30. *Ezech*. ... 33. *v*. 15. 16. *Mar*. 16. 16. *Ioan*. 3, 16. 36. & 6. 47. & 8. 31 & 13. 17 & ... *Rom*. 8. 17. *Coloſſ*. 1. 23. *Heb*. 3. 14. 2. *Petr*. 1, 4. *Apocal*. 2. 3. c & 21. 7. Promiſſiones Dei in Chriſto ſunt, Etiam & Amen, 2. *Cor*. 1. ... Promiſſiones Deii obiicit Moſes, orans pro peccato, populi Iſrael. *Exod*. ... 13. *Deut*. 9. 27. promiſſiones omnes adimpleuit Deus Iudæis, ... 43 & 23. 15. propter promiſſiones ſuas ad Abraham, &c. factas ... egit Deus erga Iudæos, *Exod*. 2. 24 & 6. *v*. 5. 6. *Leuit*. 26. 42. *Deut*. ... 20 & 7. 8. 1. *Sam*. 12. 22. 2. *Sam*. 7. 24. 25. 2. *Reg*. 13. 23 & 19. 34 & ... promiſſiones ſuas adimpleuit Deus, miſſo ſuo Filio, *Actor*. 3. ... & ... promiſſionum Dei memor Iacob, orat, *Gen*. 32. 29.

Promiſſis ſtandum, *Prouerb*. 25. 14. *exemplum*. Domus Ioſeph ... *Iud*. 1. 75.

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Promiſſio diuina firma.*

Non eſt Deus quaſi homo, vt mentatur. Et quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita *Num*. 23. *Pſ*. 88.

Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis. 144.

In repromiſſione Dei non hæſitauit diffidentia: ſed & confortatus eſt fide, dans gloriam Deo. *Rom*. 4,

Quam (ſcilicet vitam) promiſit, qui non mentitur Deus. *Tit*.

*Humana infirma.*

Nubes & ventus & pluuiæ con ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens. *Prou*. 25.

Eſt qui locupletatur parce agendo, & hæc eſt pars mercedis ... in eo quod dicit: Inueni requiem, boniſq; meis nunc fruar ... inſcius, quod tempus cum maneat, moritur ea relicturus. *Eccl*. ...

## ¶ Sententiæ Patrum.

Eſt contra officium nonnunquam promiſſum ſoluere ſacramentum, ſicut Herodes qui necem Ioanni præſtauit, promiſſum negaret. *Auguſt li*. 1. *de Offic*.

Quid honeſtius, rem negare, aut longos terminos dare ... termino addere, negandi eſt hoc tempus calliditas negandi. *Caſſ. in quadam Epi*.

Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Spectabam quod daret effectum verbum ſuum, & gratiam quam verbis promiſerat, operibus exhiberet, adhuc etiam promiſſam expecto gratiam, fortaſſe ſicut Arcturum Britannia, ſicut Iudæa Meſſiam. Magna enim debet eſſe in promiſſione diſcretio, quia inanis promiſſio ſæpe de amicis ſibi comparat inimicos, *Pet. Cryſ. in quadam Epiſ.*

Timeo ne in noſtra promiſſione illud vulgare prouerbium locum habeat: Dum herba creſcit, equus moritur, & dum ... canis mingit, fugiēs lupus euadit: dubitatur etiam an ſit beneficium, cuius dilatio cruciat expectantem. *ibid*.

Sunt qui plura promittunt, & pauca reddunt, & eos quibus mentiendo promittunt, inimicos ſibi faciunt. *Gloſ. ſup. Eccl*. ...

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 1. Art.

*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

Terent. And. 5. 2.

*Immo enim quam maxime abs te oro, atque poſtulo Chreme*
*Vt beneficium, verbis initium dudum, nunc re comprobes.*

Hor. 2. Epiſt.

*Multa fidem promiſſa leuant: vbi plenius æquo*
*Laudat venales, qui vult extrudere merces.*

Ter. And. 4. 1,

*In denegando modo queis pudor paululum adeſt:*
*Poſt vbi tempus promiſſa iam perfici:*
*Tum coacti neceſſario ſe aperiunt.*
*Et timent, & tamen res premit denegare.*
*Ibi tum eorum impudentiſſima oratio eſt:*
*Quis es tu? quis mihi es? cur mea tibi?*
*Heus proximus ſum egomet mihi: attamen vbi fides*
*Si roges, nihil pudet, hic, vbi opus eſt,*
*Non verentur: illic vbi nihil opus eſt, ibi verentur,*

Ouid. Epiſt. 6.

*Mobilis Æſonide, vernaque incertior aura,*
*Cur tua pollicitis pondere verba carent?*

Antholog. ſac. Iacob. Billi.

De Dei ac mundi pollicitationibus.

*Vt mundus, ſic ſunt mundi promiſſa, quod ipſe*
*Promittit, fictum vt ipſe quoque eſt.*
*Vt Deus eſt, ſic ſunt bona quæ promittit, & offert.*
*Certus vt eſt, certas ſic dare nouit opes.*

*Quam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*...am vos leui igitur! certo non fidimus: illi*
*...Fidimus at contra, quem dare verba iuuat.*
*...ſumus huic ſimiles, quem ſpe deludit inani*
*Perdix, dum pullis confidit ipſa ſuis.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

...ſemper & premiſſa ſeruanda ſunt, quæ nec vi, nec dolo ...ſunt illa ſeruanda non ſunt, quæ non ſunt, iis ipſis vtilia, ...la promiſeris. *Cic.3.Offic.*

...promiſſis ſtandum non eſt, quæ coactus quis metu aut dece... promiſerit. *Cic.1.Offic.*

...ſſa non ſunt ſeruanda iis, quibus promiſeris, inutilia ſi ſint: ...bi plus noceant, quam illi proſint, cui promiſeris. *Cic.1.*

...rum promiſſio & iis, qui expectant, pernitioſa eſt, & iis, qui ...unt. *Cic. Philip.8.*

...per in fide, quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum eſt. *...Offic.*

...od affirmas, quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. *Cic.*

...d ex animi tui ſententia iuraueris, id non facere, periurium ...*ibid.*

...dita iuratum eſt, vt mens conciperet fieri oportere, id ſer... eſt, quod aliter, id ſi non feceris, nullum periurium eſt. *Cic.*

...quam promittas, delibera & quum promiſeris facies: prius ...eris, feciſſe poſtea fallere eſt. Id ergo agat, vt ne quis merito ...derit. *Stob. lib. de morib.*

...ſæpenumero promptiores in promittendo homines ſint, ...n exequendo. *Dion. li.38.*

¶ APOPHTHEGMATA.

...*goras*; age, inquiebat, res præclaras, nihil magnifici interim ...ns. *Stob. ſerm. de virtute.*

...*thenes*. Adoleſcens quidam ponticus pollicebatur ſe ratio... Antiſthenis habiturum, ſi nauis ipſius quæ ſalſamenta vehe... pulſſet, Antiſthenes accepto nouo vaſe, vna cum adoleſcen... mulierem quæ vendebat farinam: & impleto vaſe, cœpit ...diſcedere. Mulieri vero poſcenti farinæ pretium, com... adoleſcente, Hic (inquit) dabit, ſi nauis cum ſalſamentis ... Significans inanes eſſe in diem pollicitationes, quum fa... ...de ſit præſenti pecunia emenda. *Laert. lib.6. Bruſ. lib.2.*

...*biades* apud Platonem in ſympoſio ait, ſe, quoties Socrati ... verecundia affici, quia promiſſa non ſeruauerit: atq; cupe... ...rem ob id è vita excedere.

...*ſilaus*, quum inducias per tres menſes pactas Tiſſaphernes ...aſſet, oratores ad eum miſit, qui agerent gratias illi, quod ...ſo non ſeruatos, Deos ſibi hoſtes reddidiſſe. *Plut.*

...*laum* Lacedæmoniorum regem quum quidam vrgeret im... poſtulando, vt promiſſum præſtaret, atq; hoc ipſum crebro ...: Recte ſane, inquit rex. Siquidem iuſtum eſt, quod petis, ...ſin minus, dixi, & non promiſi. Quo dicto oſtendit promiſ... nequaquam præſtandum eſſe, quo is cui promiſſum eſt, lædi ... *Plut. in Lac.*

...dicere ſolebat, Non magna quidem hominibus promit... ſed magna facienda eſſe. Verum eius dictum inuertunt ho... aureos montes ac Crœſi opes pollicentur hominibus, cum ... quidem præſtent. *Stob. ſerm. de Prudentia.*

...*on*. Leoſthenes cum ciuitatem Athenienſium ad bellum pe...ſſe, magnificis ſpebus ad nomen libertatis ac principatus ere... Phocion illius verba dicebat eſſe cupreſſis ſimilia, quæ ſubli... quum ſint ac pulchræ, fructum non habent. Nihil potuit dici ...modatius in ſermonem ſplendide magnificeq; pollicentem, ...fugiferum: quemadmodum cupreſſus arbor ſublimi compo... in conum vertice, procul egregium quiddam polliceri vide... at vix vlla eſt ſterilior. *Plut in apoph.*

*...pio minor.* Cum C. Lælio conſulatum petenti ſuffragaretur, ...peiuſq; , qui tibicinis filius putabatur, ſuffragaturum ſe eſſe ...tus, atq; longa expectatione Scipionem fruſtraretur (ſuam ... rem curabat) indignantibus cæteris, quod deluſi eſſent, Scipio ...dens: Stultitia (inquit) eſt noſtra tanquam non homines ſimus ...tum iam diu tempus terimus, tibicinem expectantes: *Plut.*

...*Cato* dicebat ſeſe operam ſuam, in eo quod non contra offi... peteretur, ſolere polliceri omnibus, ſed impertire iis apud ... optime poni arbitraretur. Senſit, nulli promittendum quod ... præter honeſtum: nulli tamen negandum, quod non contra ...ium peteretur. Comitatis eſt benigne polliceri: ſed quoniam o... ...us opera præſtari non poteſt, eligendi ſunt quibus eam imper... *Vtrumq; refert Q. Cicero ad fratrem de petitione conſulatus, & Bruſ. li.1.c.15.*

¶ SIMILITVDINES.

*D. Auguſtini.* Promiſſorum ſuorum nobis chirographum fecit ... debendo, ſed promittendo: debitorem ſe fecit Deus, iſt eſt, non mutuo accipiendo: Non poſſumus ergo ei dicere? Redde quod accepiſti quoniam, quis prior dedit illi, & tribuetur ei? Non poſſumus dicere, Redde quod accepiſti: ſed, Redde quod promiſiſti. Inde eſt quod audemus dicere. Adueniat regnum tuum. Promiſit patribus: ſed cautionem fecit, quam legeremus & nos. *De verbis Domini ſecundum Lucam ſerm.31.*

*Plut.* Quemadmodum cupreſſus arbor ſublimi compoſitoque in conum vertice procul egregium quiddam polliceri videtur: at vix vlla ſterilior eſt: Tales ſunt illi, qui ſplendida ac magnifica oratione aureos pollicentur montes: nihil tamen horum præſtant quicquam. *Hac ſimilitudine irriſit Phocion Leoſthenem, apud Plut. in Græcorum apoph.*

*Gulielmi Paral.* Sapientia moro arbori comparatur, quæ dicitur prouerbialiter ſapientiſſima arborum. Nam vltima flores producit, prima vero vel in primis fructus: Ita non eſt diu antea oſtētandum, quod poſſimus, vel velimus: tarde promittendum & mature tunc præſtandum. *In ſumma virtutum.*

*Thriueri.* Cœlum mane rutilum vere tempeſtatem præſagit: Et quam minimum expectandum eſt ab eo qui plurima promittit. *In apoph.111.*

¶ ADAGIA.

Aureus in Olympia ſtato. χρυσοῦς (φασὶν) ἐν Ὀλυμπίᾳ σάθητι. *Lucian. in Pſeudolog.*

*Quem ſummo præmio dignum Græci ſignificarent, ei dicere ſolent: Aureus in Olympia ſtatuere.*

Aureos polliceri montes. χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι.

*De iis, qui immenſa promittunt, ſpeſq; ampliſſimas oſtendunt.*

Schöne Wort füllen den Sack nicht.

Viel geloben vnd wenig geben / macht offt die Narren in frewden leben.

Montes frumenti, mare aureum.

*Ad rerum affluentem copiam transferuntur. Huc poterit referri quod ſupra adductum eſt: Theagenis heccateum. Plaut.*

Solidos è clibano boues. ὅλους ἐκ κλιβάνου βοῦς.

*Prouerbialis hyperbole de barbarica, ſiue de lautitiis affatim ſubminiſtratis, antiquitatus enim in delitiis erant cibi in clibano cocti. Ariſtoph.*

Καπνός.

*Καπνός. Id eſt, Fumus eſt cognominatus Theagenes, quod magnifice polliceretur, quum eſſet pauper.*

Charetis pollicitationes. αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις.

*Dici ſolitū, vbi quis facile ac benigne promittit, iuxta illud Naſonis:*

*Promittas, facito quid enim promittere lædit?*
*Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

Bauren vnd Kauffleuten gehört zu halten / was ſie geloben.

Album panem tibi pinſo. λευκὴν μᾶζαν φυρῶ σοί.

*Dici ſolitum, vbi quis magnarum rerum ſpes amplas oſtendit.*

Ariolari.

*Prouerbio dicebatur, qui nihil adferret certi, nihilq; præſentis emolumenti, verum in diem modo polliceretur.*

Ἐπαύλια δῶρα.

*Dicebantur magnifica munera, quæ poſtero poſt nuptias die ſponſa pater adducebat ſponſo, pompæ cuiuſdam ſpecie.*

Modio dimetiar. μεδίμνῳ ἀπομετρῶ.

*Ingens & cumulatum ſpero emolumentum.*

Verba importat Hermodorus. λόγους γὰρ Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.

*In eum dicebatur, qui præter verba nihil adferret: Aut in eos qui verba vendunt pecunia.*

Heſperidum mala. μῆλα Ἑσπερίδων δωρήσαι.

*Mala Heſperidū largiri, qui magna ſplendidaq; largiretur, Virg.*
*Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.*

Alybantis hoſpitis munera.

*Quoties fit, vt aliquis falſo iactet ſe magna largitum eſſe ſeu verbis duntaxat, non re præſtet beneficium.*

Ad pileum vocare.

*Ad libertatem inuitare, aut promiſsis ingentibus ſeditionem commouere.*

Cillicon bona. ἀγαθὰ Κιλλικῶν.

*Conuenit vbi quis malefactis ac fœdis artibus ſibi parauit opes. Suidas.*

Ego faciam omnia more Nicoſtrati. ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον.

*Pro eo, quod eſt egregie.*

Sponde noxa præſto eſt. ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη.

*Id eſt: Sponde, ſed noxa præſto eſt. Nam qui pro altero fideiubet ac pollicetur, quod non ſit in ipſo ſit præſtare, nempe fidem alienam.*

Bürgen ſoll man würgen. Verheiß ſihe was / vnd halts.

---

# Pronuntiatio.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

PRonuntiatio, Græce προφορὰ, ᾶς, ἡ, & προφέρω pronuntio dicitur Hebr. *mibta*, à verbo *bitta*, pronuntio, eloquor, dicitur etiam *dabar*, à verbo *dibber*, loquutus. Eſt autem pronuntiare proferre

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proferre. Vnde pronuntiatio pro ipſa prolatione accipitur. Eſt etiam pronuntiare decernere & ſtatuere, de iiſque dicitur ius cognoſcendi.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Theocritus* ad Grammaticum quendam ludimagiſtrum male pronuntiantem accedens, rogauit, Qui fit, quod Geometriam non doceas? Is quum reſpondiſſet, Quoniam ignoro. Quid tum? dixit. Nam legere etiam neſcis. Notauit autem pronuntiationis vitium in Grammatico, qui non tantum ipſe lingua promptus eſſe debet, ſed aptus etiam vt aliorum verba & voces formet. *Stob. ſerm. de Imprudentia.*

*Demoſthenes*, cuidam percontanti, quid eſſet in eloquentia præcipuũ? reſpondit, Actio. Roganti, quid proximum? reſpondit, Actio. Roganti, quid tertium; nihil aliud reſpondit quam Actio, tantum tribuens pronuntiationi, vt in ea totum ſitum exiſtimaret. Actio autem multa complectitur, vocis moderationem, oculorum vigorem, vultus habitum, & totius corporis geſtum. *Eraſm. li. 4. apoph. ex Quintilia.*

*Pauſanias ſophiſta*, Quoniam moræ ſuæ gentis craſſa lingua ſonabat, confundens conſonantes, breues producens, productas corripiens, vulgo dictus eſt coquus, qui pretioſa obſonia male condiret. *Philoſt. ſophiſt. & Volat. l. 18. Vrban. com.*

*Anonymus*. Illaudatus rhetor, cum cauſam ageret pulchre veſtitus, ſed tumultu irruens in tribunalia, voce ſemimuliebri, lingua ſupina, quouis potius ſpectans, quam ad ea, quæ agebantur: auerſatus dicentem imperator ſtuduit illi os occludere, totaque actione aquam intercipiebat, breues ſubinde percontatiunculas obiiciens. Ad quas cum parum appoſite reſpondiſſet Philiſcus: Virum, inquit Imperator, arguit cæſaries, rhetorem vox. Græca pluſculum habent leporis, τὸν μὲν ἄνδρα δείκνυσιν ἡ κόμη, τὸν δὲ ῥήτορα φωνή, notans illum quod attonſa cæſaries declararet virum, ſed oratio non declararet eſſe rhetorem, ſed fœminam potius. *Philoſt.*

*C. Cæſar*. Celebratur C. Cæſaris dictum, quod prætextatus adhuc deprompſiſſe fertur, in quendam modulatius orantem: Si legis, cantas: ſi cantas, male cantas. Quidam latrant orantes, verius quam loquuntur. Sunt qui rhetoricam pronuntiationem affectantes, medii ſunt inter canentem & loquentem. *Meminit huius Quin. Fab. & Eraſ. l. 8. apoph.*

*Plutarchus*. Exercitationem in arte oratoria dicebat rem eſſe nullius momenti, ſi pronuntiationis negligeretur ratio. *Plutarch. in Demoſth.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Seneca*. Quemadmodum per procliue currentium non vbi viſum eſt gradus ſiſtitur: ſed incitato corporis pondere ſe rapit, ac longius quam voluit, effertur: Sic iſta dicendi celeritas, nec in ſua poteſtate eſt, nec ſatis decora philoſophiæ, quæ ponere debet verba nō proiicere, & pedetentim procedere. *Lib. 2. epiſt. 40.*

*Quemadmodum* iudex ſubſequi poterit, aliquando etiam imperitus ac rudis: tum quoque cum illum aut oſtentatio abſtulerit, aut affectus impetus ſui, tantum feſtinet atq; ingerat quantum aures pati poſſunt. *ibid.*

*Qui nimium* incitatus fertur, non vbi vult ſiſtit ſeſe, ſed longius effertur quam velit: Sic nimia in dicendo celeritas temere rapitur. *Apud Eraſ.*

*Roterodami*. Bona fabula aliquando exſibilatur, vitio hiſtrionis male agentis: Ita bona oratio diſplicet, ſi quis parum apte referat. *in Simil.*

*Vt eodem* halitu, ſed aliter emiſſo calefacimus ac refrigeramus: Ita eadem oratione aliter pronuntiata mouebitur affectus, aut frigebit. *In Simil.*

*Taurus* auis cum ſit puſilla, tamen bonum vocem imitatur: Ita nonnulli cum re ſint exigui, tamen loquuntur reges ac ſatrapas. *in Simil.*

## ¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Stentoris* meminit *Homer. Iliad. ε.* eique ferream, hoc eſt, inuictam attribuit vocem.

> Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι, χαλκεοφώνῳ,
> Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.

*Eraſmus in adagiis.*

*Toraſybulus dux claßis*, ſuperauit vocis magnitudine omnes Athenienſes ſua tempeſtate. Hic auctor fuit, vt militari ſuffragio Alcibiades ab exilio reuocaretur. *Sab. lib. 8. Enn. 4.*

*Baſilius Magnus* Cæſarienſis Epiſcopus debili & exili voce fuit, atq; difficili. Sed ad extremum priuſquam expiraret, vocalior eſt factus & cygnorum inſtar cum verbis obdormiuit veritatis, *vt Nazianz. in orat. de Baſilio teſtatur.*

*Carolus Magnus* voce quidem virili & clara fuit, ſed quæ corporis formæ, ſeu proceritati non reſponderet. *Cranzius lib. 2. Saxon. cap. 7.*

*Peſcennium Nigrum Imp.* legimus voce adeo fuiſſe canora, vt in campo loquens per mille paſſus audiretur, ni obniteretur ventus. *Cœlius lib. 19. ca. 12. A. L.*

*Erico II.* Danorum regi robuſtiſſimo, & admodum procero, vox tam ſonora fuit, vt in actionibus non ſolum a præſentibus, ſed etiam à remotiſſimis liquido exaudiretur. *Saxo li. 12.*

*Demoſthenes*, quia blæſus erat, in exprimendo ρ literam multum laboraſſe dicitur, pro qua λ proferebat. *Alexander lib. . ca. 14.*

*T. Manlius Torquatus* ob ingenii & linguæ tarditatem a patre rus elegatus eſt. *Liuius li. 6. D. 1. Valer. Max. lib. 6. c. 9.*

*Michael Balbus Imp.* adeo in literis componendis tardus erat, & ſyllabis conficiendis: vt librum alium facilius perlegeret, quam ipſe ſui nominis elementa recenſeret: *Cedrenus.*

*Ludouicus III.* Caroli Calui ex Hirmentrude filius, quod impeditioris & tardioris linguæ eſſet, Balbus eſt cognominatus. *Cuſpinianus.*

---

# Prophetia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRophetia, Græca dictio eſt, προφητεία, ας, ἡ, & προφήτης, ὁ, propheta: & προφητεύω, vaticinor dicitur. Hebr. *Nebuah*, propheta *Nabi*, a verbo *Naba*, prophetauit, prædixit ventura. Eſt autem prophetia, diuina inſpiratio rerum futura immobili veritate denuntians. *ſecundum Caßiodorum, ex B. Thom. ſecunda ſecundæ q. 171. art. 3.*

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Propheta in propria patria contemnitur. *Matth. 13. v. 57. Luc. 4. v. 24. Ioan. 4. 44.*

Prophetæ triplex genus: *Primum* eorum, qui in Eccleſiæ gubernatione extraordinarie ſuſcitati, de communibus eius negotiis bus Deum è re nata conſulebant. Hi videntes dicuntur, 1. *Samuel* 9. *v.* 9. 1. *Paralip.* 21. v. 9. & 28. & 29. *v.* 29. 2. *Paralipom.* 9. v. 29. & 12. 15. & 16. *v.* 10. & 19. *v.* 2. & 26. *v.* 5. & 29. *v.* 25. 3. *Secundum* genus prophetarum eos complectitur, qui ceſſantibus ſacerdotibus legem interpretandam extraordinarie à Deo mittebantur, iis certa aſſignata prouincia, *Eſaiæ* 1. *verſ.* 1. *Ieremiæ* 2. v. 3. *Ezech.* 1. v. 3. *Oſeæ* 1. *v.* 1. *Amos* 1. *v.* 1. *Abd.* v. 1. *Abac.* 1. v. 1. *Agg.* 1. *v.* 1. *Zach.* 1. v. 1. *Malach.* 1. v. 1. horum XII. minores vnum volumen efficiunt, *Ecclus* 49. Omnium huius generis prophetarum doctrinæ ſumma, *Matthæi* 22. v. 20. *Tertium* prophetarum genus eorum eſt, qui doctrinæ diuinæ explicandæ & applicandæ dono inſigniuntur, *Actor.* 13. 1. *Corinthiorum* 12. v. 18. *Epheſ.* 4. v. 12. hinc prophetare, pro doctrinam ad vſum ædificationi, exhortationi & conſolationi applicare. 1. *Corint.* 14. v. 1. 3. & prophetia, pro huiuſmodi exercitio, *Rom.* 12. v. 6. 1. *Theſſ.* 5. *v.* 20. huiuſmodi forma deſcribitur, 1. *Corinth.* 14. v. 29. 30. &c. prophetæ variis afflictionib. expoſiti, *Matt.* 5. v. 12. non à ſeipſis loquuntur, 2. *Paralip.* 36. v. 12. *ierem.* 26. v. 13. *Matth.* 12. v. 43. *Act.* 3. v. 21. & 28. v. 21. *Heb.* 1. v. 1 & 3. 7 & 10 *v.* 15. 1. *Pet.* 1. v. 15. 2. *Petr.* 1. v. 21. de Chriſto locuti ſunt omnes, *Luc.* 24. *verſ.* 22. 1. v. 1. v. 11. a Deo miſſi, *Ierem.* 7. *v.* 24. ab Iſraelitis occiſi, *Nehem.* 9. v. 26. *Matth.* 5. v. 12 & 23. 37. *Luc.* 13. v. 14. & 21. v. 40. *Act.* 7. v. 51. 52. 1. *Theſſ.* 2. v. 15. nobis exempla proponuntur, *Iac.* 5. v. 10.

Prophetæ omnium non ſolum ſubditorum, ſed regum etiam & principum peccata magno zelo & acri ſermone coarguerunt. *Exempla*: Moyſes grauiter obiurgat Aaronem & populum. *Exod.* 32. *v.* 21. populum, *Num.* 24. *v.* 41. 42. *Deuteronom.* 9. v. 7. 8. Rubenitas, *Num.* 32. v. 6. 7. Vir Dei grauiter obiurgat Heli ſacerdotem, 1. *Samuel.* 2. *v.* 26, 28. Samuel populum, 12. *v.* 12. 3. &c. Saulem, 13. v. 13. 14. Nathan Dauidem, 2. *Samuel.* 12. *v.* 7, Gad, Dauidem, 24. v. 13. Vir Dei Ieroboamum, 1. *Regum* 13. *v.* 1. 2. 3. Ahias Silonites Ieroboamum, 14. *v.* 9. Iehu propheta Baaſa regem, 16. *v.* 2. 3. Elias populum ob idololatriam Baal, 18. *v.* 21. 22. & 19. *v.* 10. Achabum ob Naboth interfectum, 21, *v.* 19. Ochoſiam, 2. *Regum* 1. v. 16. Ioram Regem, 2. *Paralipom.* 21. *v.* 12. 13. 14. Eliſæus regem Iſraeli, 2. *Regum* 3. v. 13. prophetæ populum, 21. *v.* 10. 1. Hanan propheta Aſa regem Iuda, 2. *Paralip.* 16. *v.* 7. 8. Iehu propheta Ioſaphatum, 19. *v.* 2. Zacharias populum, 24. v. 20. Azarias Oziam, 26, *v.* 18. Dauid impios, *Pſalm.* 75. *verſic.* 5. Oſeas diuerſos ordines populi, *Oſe.* 5. v. 1. Eſaias populum, *Eſa.* 1. v. 4. & 58. *v.* 1. Ieremias omnium ordinum homines, *Ier.* 1. *verſ.* 18. & 2. v. 8. 29. & 23. *v.* 11.

De mutationibus Imperiorum præmonuerunt ſuos. *Exempla*: Samuel indicat regnum à Saul eſſe transferendum, 1. *Sam.* 15. 28. Ahias prædicit Ieroboamo, quod ſciſſurus ſit Deus regnum in duas partes, 1. *Reg.* 11. 30. 21. Eliſæus prædicit Ioſaphato regi Iuda victoriam contra Moabitas, 2. *Regum.* 3, 18. &c. vaticinatur item Ioas regi quod tribus vicibus ſit percuſſurus Syriam, 2. *Reg.* 13. 18. propheta Domini indicat, Deum propter peccata Manaſſis deſtru-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

...mam. 21.11.12.13 Daniel multa prænuntiat de monar-
...mutationibus, *Dan.*2.4.5.7.8.9.10.11.*capitibus.*
...erunt de pœnis peccatorum. *Exempla*: Vir Dei prædicit
...cerdoti, quibus pœnis eſſet affligendus à Deo, 1. *Sam.*
... eadem repedit, 3.17.18. quæ etiam exitus comprobauit,
...amuel prædicit Sauli pœnas ob neglectum Dei manda-
...*Samuel.*15.28. Nathan Dauidi indicat calamitates ſecutu-
...*Samuel.*12.11. Gad ſimiliter, 24.13. 1. *Paral.* 21. 10. Salomoni
...atur ira Dei ob idololatriam, 1.*Reg.*11.*verſic.*11. Abias præ-
...oboamo mortem filii, & excidium totius familiæ, 14. 10.
...dicit Baaſæ interitum cum tota familia, 16. 2. 3. Elias fa-
...propter idololatriam Achab. 17.1. & homicidium, 21. 9. ob
...onem Benadad Achabum cum tota familia pœnas datu-
...rædicit, 20. 42. Holda prophetiſſa prænuntiat Ochoſiæ
...m, 6.*Reg* 1.16. eadem mala ventura prænuntiat Ioſiæ, 2. *Pa-*
... 24.23.24. Ezechiel vaticinatur contra ciuitatem ſanguinari-
...*Ezech.*12.3.4.
...ſpecialibus euentibus vaticinati ſunt, & eos prædixerunt,
...la. Moyſes, *Exod.* 16. 12. 13. *Num.* 14. 39. 40. 41. 42. Vir Dei,
... 12.2.3. 2. *Reg.* 23. 20. 21. Elias, 1. *Reg.* 17.3.14. Propheta Dei,
... Michæas, 22.18. Eliſæus, 2.*Reg.*7.1.2. & 8.1.11.12. Eſaias, 20.2.2.
... 12.14. *Eſa.*3.8.1.
...ationes prædixerunt. *Exempla.* Eliſæus, 2.*Reg.*7.1. Eſaias,
... & 2.*Paral.*29.15.16. Iahaziel, 2. *Paral.* 2.14.15. Ieremias, *Ierem.*
...
...a cum aliis politicis viris conſiliis fuerunt externam etiam
...m. *Exempla.* Moyſes, *Exod.*18.*v.*13.14. Samuel, *Eccleſ.*46.*v.*
... Elias, 2. *Reg.*2.12. Eliſæus, 4. 13. & 6. *v.* 9.12. & 13.14. Ioiada,
... 16. &c. 2. *Paral.* 9.10. Sacerdotes Leuitæ, 19. 5.6. 7.8. 9.10.11.
...s. *Oſe* 12.13.
...ati ſunt homines ad bona opera. *Exempla*: Sacerdos
...xemplar libri Legis dare iubetur, *Deut.*17.18. Vide, 1.*Samuel.*
...*ſ.*36.37. Azarias, 2 *Paralip.*15.*verſ.* 1.2. Ieremias, *Ierem.* 17.
... & 35.*v.*14.15. Ezechiel, *Ezech.* 3.*v.*17. 18. &c. Oſæas, *O-*
...
...phetæ & Sacerdotes Dei iuſſa & mandata populo retule-
... *Exempla.* Iethro, *Exodi.*18.19. Samuel, 1.*Samuelis.*15.*verſi.*16
...a, 2.*Paralipom.* 11. *verſic.*2.3.4. Gad, 2. *Samuel.* 24. *verſic.*
... Ieremias, *Ierem.* 1.17. & 17. *verſ.*15.16. Ezechiel, *Ezechiel.* 2.
...
...phetæ & Sacerdotes ſinceri ac fideles, ab impiis afflicti &
...ſunt. *exempla*: Abimelech vna cum octoginta ſeptem
...bus, 1. *Sam.* 22.18. Iehu, 1. *Reg.* 16. 7. prophetæ à Iezabel,
...cepto, 19.14. Michæes, 22. *v.* 24 25. 2. *Paralip* 18 26. Zacha-
... Hanani, 16.10. prophetæ, 4. *Eſdr.* 1.32. *Matth.* 23.37. *Luc.*
... 1. *Theſſ.*2.15. Ieremias, *Ierem.*20.2. Daniel & ſocii eius, *Dan.*
... & 6.16.
...phetis & miniſtris omnia mala & calamitates imputan-
... *Exempla*: in Moyſe & Aarone, *Exodi* 5. *verſ.* 21. & 14. *verſic.*
... Elias, 1. *Regum* 18. 17. Eliſæo, 2. *Regum* 6. *verſ.* 30. 31. Ieremia,
...44. *verſic.* 15.16.17. prophetis propter vaticinia gratitudi-
... munuſcula dabantur. *Exempla*: Saul Samuel, 1 *Samuel.*
... Ieroboam Ahiæ, 1. *Reg.* 14. 3. Benadad Eliſæo, 2. *Regum*
... Vir Dei Eliſæo, 8. 8. Magiſter militiæ Ieremiæ, *Ieremiæ* 40.
... 4.5.
...phetarum contemptus, 1. *Paralipom.* 24. *verſ.* 19. & 25. 16. &
...*ſ.* 12.16. *Ieremiæ* 7. *verſ.*25. prophetarum filii, pro eorum diſ-
... *Regum* 4.38. & 6.1. prophetarum mos, geſtu aut habitu
...m perſonam exprimere, *Oſe.* 2. *Mich.* 18. *Exempla*: Eſaias,
... & 21.3.4. Oſeas, *Oſe.* 3. & 2.23 *Rom* 9. *v.* 25. prophetarum
...um & falſorum diſcimen, *Deut.* 13. 2. & 18. 22. *Ierem.* 28. 9.
...etarum penuria iræ Dei ſignum eſt, 74.9. *Ezech.*7. 26. Vulpi
... 13.4.
...phetarum & miniſtrorum verbi Dei in hoc mundo præ-
... *Primo*, Accuſatio. *Exemplum*: Oſeas, 4. *verſic* 4. *Secundo.*
... *Exempla*: Michæas, 1.*Reg.* 22. 27. Ieremias, *Ierem.* 20. 2.
... *verſ.*3.4. & 37.15. & 38.6. Hanani, 2.*Paral.*16.10. *Tertio*, Con-
...tio, *Exemplum*: Ieremias, *Ierem.* 26. 11. *Quarto*, Conuitia,
...*pla*: Eliſæus, 2, *Reg.* 23. prophetæ, qui viri rixarum &
...diæ appellantur in vniuerſa terra, *Ieremiæ* 15. 10. *Quinto*,
...inatio, quod ſint ſeditioſi, turbulenti & blaſphemi, *Exem-*
... Elias, 1.*Regum.*18.17. Ieremias, *Ierem.*5.13. & 37. 13. & 43. *ver-*
... *Sexto*, Fames, *Exempla*: Elias a coruis & à Sareptana te-
...paſtus, 1.*Reg.*17.*verſ.*6.12. &c. Centum prophetæ ab Abdia
...nditi, pane & aqua paſti, 18 *v.*4.13. *Septimo*, Inſidiæ, *Exem-*
...: Elias qui conqueritur ſibi fieri inſidias, 1. *Regum.* 19. *verſic.*
... *Octauo*, Mors, *Exempla*: Iehu, 1.*Regum* 16.17. prophetæ
...mini, 18. 4. & 19. 10, *Eſdr.* 1. 32. *Matth.*5.12. & 23.17. *Lucæ* 13.
... 1. *Theſſal.*2.15. Vrias, *Ierem.*26. *verſic.* 20. 26. Ioannes Baptiſta
...*Matth.*14.10. *Marci* 6.27. Serui patris familias, *Matth.* 21.35. *Mar-*
... *verſ.*3.4.5. *Lucæ* 20. *verſ.*9.10.11.12. Iacobus frater Ioannis *A-*
...*rum.* 12. *verſic.*2. &c. Stephanus protomartyr, 7. *verſic.* 19. *Nono.*
...ium. *Exempla.* Michæas, 2. *Paral.* 14. 7. Dauid, *Pſalm.* 109. 5.
...*cimo*, proditio, *Exempla*: Ieremias, qui proditur à Semeia, ob
...m in Babylonem miſſum, *Ierem.*29. *verſic.*24. &c. Amos, *A-*
... 7.10. *Vndecimo*, Subſannatio, *Exempla*: prophetæ & nun-
cii Dei, 2, *Paral.*36, *verſ.*14, 15, *Vide Ezech.*12, 6 & 24, 14, 1, *Cor.* 4. *v.* 9, 10, *Duodecimo*, Verbera, *Exempla*: Michæas, 1, *Reg.* 22. 34. Ieremias, *Ierem.* 20. 2.

Prophetæ falſi lupis ſimiles, *Matth.* 7, 15, falſi Prophetæ Achabi temporibus, 1, *Reg.* 18, 20, ad ſanguinem vſque ſeipſos lacerant, *ibid.* occiduntur, *v.* 40, falſi prophetæ reprehendi debent. *Ezech.* 13, 2, & 22, *v.* 25, 28, *Soph.* 3, 4,

In prophetis loqui dicitur Deus, *Hebr.* 1, 1, prophetarum ſpiritus quid vocet Paulus, 1, *Cor.* 14, 32, prophetæ de re futura, tanquam de præſenti loquuntur, *Malach* 3, 1, *Marc.* 1, 2, vt plurimum tempore præterito vtuntur, etiamſi de re futura loquantur, propter rei certitudinem: *Eſa.* 9, 6, & *alibi ſæpe.*

Prophetam in nomine prophetæ recipere, eſt recipere, vt prophetam, & eo quod eſt propheta, *Matth.* 10, 41, vt explicatur *Marci* 9. 41.

Prophetæ, pro prædictionibus propheticis, *Matth.* 5. 17. pro ipſorum libris, *Marci* 1.2. pro apoſtolis, miniſtris, &c. *Matthæi* 24. 34.

Prophetæ, pro futura vaticinari, *Matth.* 11. 13. prophetias interpretari, 1. *Cor.* 11. *v.* 4.5. & 14.3.

Prophetia Dei donum, *Rom.*12.6. 1. *Cor.* 12.10. prophetiæ donum optandum, 15.1. &c. interpretatio à Deo, 2. *Pet.* 1. *v.* 20.21.

Pſeudo prophetæ, & eorum punitio, & quod non ſint audiendi, *Deut.*13.1. & 18.20. 1. *Reg.*13.11. & 18.40. & 22. *v.* 6 10. 2. *Reg.*10.19. *Prou.*18.10. *Eſa.*3.11. & 28.7. & 56 10. *Ierem.*14. *v.*13.15. & 23.1. &c. 27.9 & 28.1. &c. 29. *v.* 8.21.25. *Ezech.*13. *v.*1. &c 14.9. & 22.25. & 34. *v.* 2.8. 18. *Amos* 7.10. *Mich.* 3 5. *Zachar.*13.2. *Matth.*7.15 & 24.11. *Marc.*8.15. & 13.6. *Lucæ* 12.1. & 18.23. *Actor.* 20. 29. 1. *Cor.* 15.22. *Phil.*3.2. *Col.*2.8. 1. *Tim.*4. *v.*1.2. *Tim.* 2. 17. & 3 1. 2. *Pet.* 21. &c. *Iudæ*, *v.* 4.8. &c. Pſeudoprophetæ habentur, qui antequam mittantur, currunt, *Ierem.* 14. *v.* 14. & 23.32. & 27.15. *Ezech.* 13.5.

Pſeudoprophetarum merces ab impiis: *Primo*, auditorum frequentia & applauſus, *Pſal.*73.9. *Ierem.*5.31. *Secundo*, Fauor & honor Quadringenti quinquaginta prophetæ Baal de menſa Iezabel comedunt, 1. *Reg.*18.19. Elias vero in maximis periculis verſatur, 19.10. & cum fame conflictatur, 17.4. &c. Illi in pretio habentur apud Achabum, 22.6. *Tertio*, numera & ampla commoda: pſeudoprophetæ Iſrael, *Eſa.*16. *v.*10.11. *Ezech.*13. *v.*18.19. & 34. *v.* 3 4. pſeudoprophetarum notæ duæ: Falſa doctrina & mali mores, *Matth.* 7. *v.* 15. 16. ideoque vitandi, *v.* 15. *Marc.* 8.15. *Luc.* 17.23.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Prophetæ boni à Deo mittuntur.*

Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. *Ieremiæ* 1.

Quia non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas, *Amos.* 3.

Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt, 1. *Cor.* 14.

Prophetam ſuſcitabo eis ſimilem tui, ponamque verba mea in ore eius, loqueturque ad vos omnia, quæ præcepero illi: qui autem verba, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam, *Deut.* 18.

Mittebat autem Dominus Deus patrum ſuorum ad illos per manus nunciorum ſuorum: at illi ſubſannabant nuncios, 2. *Paralipom* 36.

Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque, & non audiſtis, neque inclinaſtis aures veſtras, vt audiretis eum. *Ierem* 25.

Iudicium mortis eſt viro huic, qui prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris. 26.

Et prophetis mandabitis dicentes: Ne prophetetis. *Amos.* 2.

Ieſus autem dixit: Non eſt propheta ſine honore, niſi in domo ſua, *Matth.* 13.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum. 23.

Tunc expuerunt in faciem eius, dicentes: prophetiza nobis quis te percuſſit.

*Prophetæ mali ſeipſos intrudunt.*

Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. 3. *Reg.* 22.

Et dixi, a, a, a, Dominus Deus, prophetæ dicunt eis: Non videbunt gladium, & fames non erit vobis, ſed pacem veram dabit vobis in loco iſto. Et dixit Dominus ad me: Non miſi eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos: viſionem mendacem & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. *Ierem.* 14.

Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad illos, & ipſi prophetabant. 23.

Væ prophetis inſipientibus! qui ſequuntur ſpiritum ſuum & nihil vident: Quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſrael erant. Non aſcenditis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro

domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miſerit eos, & perſeuerauerunt confirmare ſermonem. Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem loquuti eſtis? & dicitis, ait Dominus: cum ego non ſim locutus. *Ezech.* 13.

*Simplices ſeducunt.*

Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit, quod locutus eſt, & dixerit tibi, eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba prophetæ illius, vt ſomniatoris, quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima veſtra. *Deut* 13.

Stupor & mirabilia facta ſunt in terra, prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis. *Ieremiæ* 5.

Et in prophetis Hieruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacii: & confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuertatur vnuſquiſq; à malitia ſua. 23.

Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. *ibid.*

Audiui, quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, dicentes: Somniaui, ſomniaui. Vſq; quo iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui? *ibid.*

Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. *Thren.* 2.

Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamento, videntes vana, & diuinantes ei mendacium. *Ezech.* 21.

Scitote Iſrael ſtultum prophetam inſanum virum ſpiritualem. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius. *Oſeæ* 9.

Surgens enim ſpeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & prodigia. Nolite credere. *Matth.* 24.

Nam eiuſmodi ſpeudoapoſtoli ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. 2. *Cor* 11.

Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. *Coloſſ.* 2.

Fuerunt vero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Deum negant. 2. *Pet.* 2.

Hoc primum ſcientes, quod venient in nouiſſimis diebus illuſores. 3.

*Factis ſe produnt.*

Propheta autem, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, vt diceret, interficietur. *Deut.* 18.

Sacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietatate, neſcierunt videntem, ignorauerunt iudicium. *Eſa.* 28.

Prophetæ eius veſani, viri infideles, *Sophon.* 3.

Attendite à falſis prophetis. Nunquid colligunt de ſpinis vuas aut de tribulis ficus. *Matth.* 7.

*Pœnam ſuper ſe inducunt.*

Propheta autem ille, aut fictor ſomniorum interficietur, quibus locutus eſt, vt auerteret vos Domino Deo veſtro, qui redemit vos de domo ſeruitutis. *Deut.* 13.

Propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda. *Eſa.* 9.

Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non miſi in gladio & fame conſumentur prophetæ illi, & populi, quibus prophetant, erunt proiecti in viis Hieruſalem, præ fame & gladio. *Ierem.* 14.

Propheta neq; & ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inueni malum eorum, dicit Dominus. Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris, impellentur & corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus 23.

Hæc dicit Dominus Deus: Super prophetas, qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium, propterea vox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. *Mich.* 3.

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Prophetam videntem vocant priſci, quia per videntem ſapiens intelligitur, cum inſipientes cœci ſunt. *Philo de migratione Abraham.*

Prophetæ, vt ait Auicenna, Angelorum ſpecies cernunt, & ipſorum audiunt voces. *Fic. in Apolog.*

Prophetiam falſam trifariam diuidere poſſumus, cum dæmones ipſi, aut quæ reuelant norunt, aut à ſuperioribus diſcunt dæmonibus, aut à bonis erudiuntur ſpiritibus. *Ioan. Franciſc. Pic. Mirand. de prænotione, l.* 4. *c.* 9.

Prophetæ falſi aut à bonis erudiuntur ſpiritibus, aut à malis, quia ea, quæ falſa prophetæ reuelant, à bonis hauſerunt, & id bifariam: aut ſolum manifeſtant, quæ ſpirituali eorum naturæ ſunt cognita, aut quæ à ſuperioribus edocti ſunt: primi generis Balaam & Sibyllæ. *idem.*

Prophetæ falſi ex dæmonum inſpiratione vera prædicere poſſunt, nam ipſi ex oraculis interdum vera reſpondebant, poſſunt enim multa ſcire vi naturæ, quæ reuelare poſſunt hominibus incognita, natura enim hominibus ſuperiores ſunt. *Ioan. Franc. Pic. Mir. de prænotione, l.* 4. *c.* 6.

Prophetæ veri differunt à falſis in hoc, quia veri ſemper vera effantur, falſi non ſemper falſa: nam interdum vtitur Deus etiam malis, vt inde vtilitas veniat, & proprie falſus eſt, qui ſciens & volens falſa profatur. *idem, ibid.*

Prophetia falſa differt à diuinatione: quia ſemper in falſa prophetia dæmones reuelant, in diuinatione non ſemper dæmones reuelant: hæc expreſſo & ſuppreſſo pacto male freta ſuas peragit ſuperſtitiones, illa expreſſo duntaxat pacto polluitur. *ibid.*

Prophetia eſt paſſio tranſiens, non enim ſemper prophetæ prophetantur. *Ioan. Franc Pic. Mir. de prænotione, l.* 7. *c.* 4.

Prophetiæ ex fructibus probandi ſunt, & præcipuum eſt veritas non fucata, non adulterata, ſed pura, & nitida, quam altiſſima gignit humilitas, quæ non meretur illud non elata, non pertinax, non inquieta, non garrula, non auri aut bonorum ſitibunda, nec vani finis cupida, nec ſapiens in oculis ſuis: ratione, authoritate bonorum, doctorumque virorum vtens. Porro, ſi tribulationibus vexatur, aut libenter patitur, aut certe deſperata non furit: ſi aliis prophetis conformes ſunt, quorum alii odio habiti, & vexati, alii iniuriis affecti, alii inani regum vel populorum rabie trucidati, & demum ſi verax cognoſcatur. *idem ibidem libr.* 9. *capite* 2.

Prophetis veris habere fidem munus eſt Dei, falſiſque abrogare credulitatem. *idem, ibid, c.* 5.

Propheta animum nudum à Deo ab omni cupiditate habere oportet. *ibid.*

Prophetia ab eo dicta eſt, qui videre, & maxime futura, à ſe viſa prædicaret. Idem apud Græcos prædicatio. *Ioan. Franc. Pic. Mirand. de prænotione, l.* 2. *c.* 1.

Prophetæ à prædicendo dicti, nec omnis, qui prædicit, propriè propheta habetur, nec omnes prophetæ veri ſunt, ſed atque falſi & qui veri, ſemper numeris omnibus non intelligunt, quæ explicant, ſed ambigue alii, alii ſub ænigmate, alii clare & aperte. *Idem ibid. c.* 2.

Prophetæ fuere manci, qui ſignificationes illarum rerum quas videbant, non intellexerunt. *ibid.*

Prophetam conſtituit illuſtratio mentis, & occultorum ſuperna reuelatio, etiam ſi exteriores notas non viderit, & qui profert futura etiamſi neſcit, quæ proferat. *Ioan. Franc. Pic. Mirand. de prænotione. l.* 2. *c.* 2.

Propheta vere intelligitur, qui viſionum apparitionumque, ac notarum menti inſpiratarum ſignificantiam ex reuelatione percepit, ea proferens, cum tempus expoſtulat: duo enim requiruntur acceptio ſeu appræſentatio & iudicium: at cum naturale lumen ad futura contingentia per ſe proprie extendi non poſſit, ſupernaturale illabi neceſſe eſt, ex quo iudicium, & futurorum clara cognitio profluit, quæ reuelatio dicitur, *idem ibid.*

Prophetia interdum eſt, etſi non ſint ſpecies, infunduntur enim quandoque intelligentiæ rerum ex lumine abſque ſpecie vlla ſenſibili, qui nobiliſſimus eſt modus. *Ioan. Franc. Pic, Mirand. de prænotione, l.* 2. *c.* 2.

Prophetiam ſupernaturali lumine exactam haberi dicimus: quo illuſtratur prophetæ mens ad ea noſcenda, quæ poſtmodum aliis inuulgant, etſi quandoque quæ vident, non proferant, ſemper enim non expedit, quanquam ſemper beneficentiſſimus Deus per reuelationes ipſas aut in vniuerſum, aut in particulari hominum ſaluti conſulat, non futura modo, ſed & præſentia & præterita faciens. *idem ibidem.*

Prophetiæ lumem ad diuinam eſſentiam intuendam non pertendit, id enim luminis gloriæ, quod perfectius eſt, & fidei lumini ſuccedit, officium eſt, quod exuberanter Deus beatis largitur. *Ioan. Franc. Pic. Mirand. de prænotione, l.* 3. *c.* 3.

Prophetiam aut natura aut ſtudio acquiri poſſe falſum eſt, ſed à ſolo Deo magna erga homines beneuolentia proficiſcitur. *Ioan. Franc. Pic. Mirand. de prænotione, l.* 2. *c.* 4.

Prophetica vera reuelatio lumen eſt prophetæ intellectui diuinitus inſtar paſſionis, tranſeuntis infuſum, ſaluti conſulens, & maxima cum certitudine earum notas rerum oſtendens, quæ humanæ potiſſimum cognitioni naturaliter occultantur. *idem ibidem.*

Prophetia ex aſtris pendere non poteſt, aut ex ſiderum configurationibus præberi ſopitis hominibus, vt accidit ex diuina reuelatione eius luminis beneficio, quod futura monſtrat, diſtinguit & iudicat. *ibidem.*

Propheticæ reuelationis triplex eſt modus, aut enim per auditum &

…ſum exteriorem offeruntur obiecta, quæ rerum futura… notæue ſint aut menti collucent, aut mediæ inter men… ſenſum exteriorem imaginariæ poteſtati ſe inſinuant. *Ioan. Pic. Mir. de prænotione, l.2.c.8.*

¶ SIMILITVDINES.

*…Chryſoſtomi.* pictores imitantur arte naturam, colores colo… permiſcentes, viſibiles corporum depingunt imagines, & fa… homines, & animalia, & arbores, & reges, & ruſticos, & bar… & pugnas, & rixas, torrentes ſanguinum, & lanceas, & lori… …ſtra, & ſedem regalem, & imperatorem ſedentem, & bar… & ſubditum, & gladium acutum, & fluuios decurrentes, & … varis floribus adornatos, & omnia, quæ videntur per ar… …ntes, mirabilem hiſtoriam videntibus præſtant: Sic & … velut quidam pictores ſunt virtutis ac malitiæ, deſcribunt … illi peccatorum, iuſtum, pœnitentem, ſtantem, ſurgen… …bantem. Et ſicuti faciunt peccatores occidentes occiſus, … prophetæ faciant aliquando quidem inſurgentia peccata, ali… …am alliſa. Sicut habẽt imagines ſubſcriptiones deorſum … minii colore, in quibus ſcriptum eſt, qui rex, quod prælium … Ita in Pſalmis deſuper titulus fixus eſt, quæ cauſa ſit, quæ… …ntia, & quapropter Pſalmus ſit dictus. *In proœm. Pſalm.50.*

*…de turribus* iacula contra omnes hoſtes iactantur: Sic de … libris contra vanas gentilium fabulas, & contra inſanas … orum diſputationes, ſalutaria veritatis proponuntur exem… *…cap.5. Matth. homil.10.*

*…nubes* baiulant pluuiam, & effundunt eam ſuper terram: … Prophetæ & Apoſtoli accipiunt verba à Deo, & effundunt ſu… …abilem terram. *In 7. Matth. homil.10.*

*…viuentis* animalis viſcera nemo manducat: Ita viuentium … …rum ſermones ſuſcepit nemo, ſed poſt mortem. *In 7. … homil.20.*

*…madmodum* peritus medicus membrum in corpore putre… amputat, ne reliquum etiam corpus inficiatur: Sic prophe… membrum ægrum peccatoris reſecant, dum excommunicant … vitiis obnoxios, ne fidelium congregatio his morbis infi… *…Homil.2. cum presbyter eſſet deſignatus.*

*…thanaſii.* Quemadmodum nos conſpicientes ea, quæ ſunt … …ulis videndo non fallimur, non aliter videmus quam ſunt, … quemadmodum fiunt, ita videamus: Sic & prophetæ futura … præſentia videbant, & quæ videbant, fieri erat neceſſe: … quæ fiebant, omnino videre oportebat. Et rurſum quem… …dum nos quæ videmus oculis, omnino neceſſe eſt, vt ſint, … ea, quæ ſunt, videmus, nec poteſt aliter fieri quam vt vi… Sic & prophetæ, quæ præuidebant, oportebat omnino … nec aliter fieri poterant, quam quemadmodum præuiderant. … futura non præuidiſſent, iam non fuiſſent prophetæ. *De … Domini.*

*…Theodoreti Epiſcopi.* Sicut in regiam militaremque viam reliqui … pagis agriſque proueniunt: Ita prophetæ (qui etiam vitæ … hunc Chriſtum viam eſſe credentibus oſtenderunt. *De Græ…*

*…ſoſtomi.* Etiam medicorum filii prædicunt morbos futuros, … non pariunt: ſed ipſorum profeſſio eſt, morbos inhibere … Hinc frequenter legimus in ſcriptura ſacra, Deum iube… prophetas, vt prædicent pœnitentiam, fingentem ſe omnium in… quæ futura ſunt. Ideo fit, ſiue pœnitentiam arripuerint vel … ne exiſtimetur per ſuam præſcientiam cauſam præbuiſ… occaſionem audientibus, vt caderent & perirent: Quocirca … alloquitur Hieremiam ad modum: Fortaſſis audient, & … pœnitentiam agent: quod ſi vellent, æque fieri poſſet, ac in pecca… …to hærere. Si quis præſciret, bonum ſe futurum, & ſic man… vſque ad finem, certe nequaquam magna promptitudine … pugnaturus eſſet vitiis. *in Gen. c.2.*

*D. Auguſtini.* Sicut in citharis & huiuſmodi organis muſicis, … quidem omnia, quæ tanguntur, canorum aliquid reſonant, … …tum chordæ: cætera tamen in toto citharæ corpore ideo fa… …a ſunt, vt eſſet vbi vincirentur, vnde & à quo tenderentur illæ, … ad cantilenæ ſuauitatem modulaturus & percuſſurus eſt ar… Ita in his propheticis narrationibus, quæ de rebus geſtis ho… …num prophetico ſpiritu diliguntur, aut aliquid iam ſonant ſigni… …ione futurorum: aut ſi nihil tale ſignificant, ad hoc interpo… …tur, vt ſit, vnde illa ſignificantia, tanquam ſonantia, conne… …tur. *Lib.22. contra Fauſt. Manich. c.44.*

*Non ſane* omnia, quæ geſta narrantur, aliquid etiam ſignificare … …anda ſunt: ſed propter illa, quæ aliquid ſignificant, artexuntur … …lo enim vomere terra proſcinditur: ſed vt hoc fieri poſſit, etiam … cætera aratri membra ſunt neceſſaria. Et ſoli nerui in citharis atque … huiuſmodi vaſis muſicis aptantur ad cantum: ſed vt aptari poſſint, … & cætera in compaginibus organorum, quæ non percuti … à canentibus: ſed ea quæ percuſſa reſonant, his connectun… Ita in prophetica hiſtoria dicuntur & aliqua, quæ nihil ſignifi… …cant, ſed quibus adhæreant: quæ ſignificant, quodammodo reli… …gentur. *Lib.16. de ciuit. Dei, cap.2.*

*Folengii.* Quemadmodum agricola bonus, cum viderit malam arborem, fructum bonum non ferentem, ſine omni hæſitatione illam excidit, ac velut inutilem in ignem coniicit: Sic magiſtratus vere Chriſtianus cum falſos Euangelii paſtores ac prophetas audit, deponit, & ex vinea Domini eiicit. *in Pſalm.*

*Vide Sacerdos.*

---

# Proſperitas.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRoſperitas, Græce εὐημερία, ας, ἡ, & εὐημερέω, proſperor dicitur. Proſperitas Hebr. *Aſcher*, felicitas: & *Schalem*, pax. Hæc enim ſunt comites proſperitatis. Eſt autem proſperitas felicitas & ad votum ſucceſſus. Venit autem à ſpe, vnde & proſper felix, felix, hoc eſt, qui ſpem noſtram implet. Vnde proſpera ſidera, tempora, loca, fines, actiones, ſucceſſus. Item felix, qui ſpe ſua potitus eſt.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Proſperitas à Deo eſt, *Gen* 39.2. 1. *Sam.* 28.14. 2. *Sam.* 5.10. 2 *Reg.* 18. 7. 1. *Paral.* 11.9. & 17.8 & 18.6. & 12 11. 2. *Paral.* 11 & 14.6. & 15.9. & 17.3. & 20.39. *Pſalm.* 23 *v.* 5. & 90. 17. *Prou.* 3. 33. *Eccl.* 3.13 *Eſa.* 14 3. & 26.12. *Ioel.* 2.20. *Zachar.* 8.11, Proſperitas impiorum, & eorundem repentinus interitus, *Iob.* 21.1. & c. *Pſalm.* 37. *verſ.* 10.35.36. *Eſa.* 41.12. proſperitas timentibus Deum promiſſa, 1. *Par.* 22. *v.* 13. 2. *Par.* 19. v. 11 & 20.20. & 26.5. & 27.6. & 31.21. & 32.30. 1 *Eſd.* 8. *v.* 22 23. *Pſalm.* 25. v. 13.14. *Eſa.* 1.19 & 30.23 & 48.18. & 58.8. *Ierem.* 7.22. & 22. 4. & 32. 39. *Oſe.* 2 21. Proſperitas in Eccleſia reſtituta, *Ierem.* 31. v. 12. 14. proſperitas interdum periculoſa, 1. *Tim.* 6.17.

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nemo frangitur aduerſorum moleſtia, qui proſperorum delectatione non capitur, *Aug. de Verb. Dom. lib.2.*

Nemo gratuletur homini, qui proſperatur in vita ſua, cuius peccatis deeſt vltor, & adeſt laudator. Maior hic ira Domini eſt: irritauit enim Dominum peccator: vt iſta patiatur, id eſt, vt correctionis flagella non patiatur, *in Pſalm.7.*

Magnæ virtutis eſt cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipſa ſubuertat felicitas, magnæ, inquam, virtutis cum felicitate luctari: magnæ felicitatis eſt, à felicitate non vinci. *De Verb. Dom. cap.13.*

Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miſcet, vt illa quæratur felicitas, cuius dulcedo non eſt fallax. *Super Matthæum ſermone 29.*

Proſpera huius mundi aſperitatem habent veram, iucunditatem falſam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanem *Epiſt. 36.*

Nulla res longa mortalium, omniſque felicitas ſeculi dum tenetur, amittitur, quum enim tribulationis tempus aduenerit, omne quod præteritum eſt, nihil adiuuat ſuſtinentem. *Super Eſa. l.7.*

Difficile, imo impoſſibile eſt, vt præſentibus & futuris quis fruatur bonis vt hic ventrem, & ibi mentem impleat: vt à deliciis ad delicias tranſeat, & in vtroque ſeculo primus ſit, vt in terra & in cœlo appareat glorioſus. *in Epiſt.*

Si haberes ſapientiam Salomonis, ſi pulchritudinem Abſolonis, ſi fortitudinem Samſonis, ſi longæuitatem Enoch, ſi diuitias Crœſi, ſi felicitatem Octauiani, quid proſunt hæc, quum tandem caro datur vermibus, & anima dæmonibus cum diuite ſine fine crucianda? *in Matth.27.*

Sancti viri quum ſibi ſuppetere proſpera huius mundi conſpiciunt, pauida ſuſpicione turbantur: timent enim, ne hic laborum ſuorum fructus recipiant: nec timent, quod diuina iuſtitia latens in eis vulnus aſpiciat, & exterioribus os vulneribus curans ab intimis repellat. *Greg. in Moral.*

Quem nec abundantia in ſuperbiam eleuat, nec in neceſſitate cupiditas irritat, nouit abundare, nouis penuriam pati. *ſup. Ezech.*

Manifeſtum perditionis indicium eſt, quando affectatis iniquitatibus ſubſequens fauet affectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruerſa concepit. *in Moral.*

Quum quis poſitus in proſperitate diligitur, incertum eſt, vtrum proſperitas, an perſona diligatur. Amiſſio autem felicitatis interrogat vim dilectionis: nec proſperitas quippe amicum iudicat, nec aduerſitas inimicum celat, *ibid.*

Iuſtis amplius placet ex aduerſitate mala perpeti, quam ex proſperitate terrenæ diſpenſationis cura fatigari. *ibid.*

Sæpe Omnipotens Deus, cum auaræ menti vehementer iraſcitur, prius ei permittit ad votum cuncta ſuppetere, & poſt hæc per vltionem ſubtrahit, vt pro eis debeat ſupplicia æterna tolerare. *Greg. lib.25. Moral.*

Præſentis vitæ proſperitas innocentiæ teſtis non eſt: quia multi ad perennem vitam per flagella redeunt, & plerique ad finita ſupplicia perducendi ſine flagello moriuntur. *ibid.*

Præſentis vitæ proſperitas aliquando idcirco datur, vt ad meliorem vitam prouocet: aliquando, vt in æternum plenius damnet. *in Paſt.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Solet rerum abundantia tanto magis à timore diuino mentem ſoluere, quanto magis hinc exigit diuerſa cogitare, *in Homil. quadam.*

Præferendus ille, & magnus eſt, cui inter proſpera ſaltem riſus indecentior, aut ſermo inſolentior, aut immoderatior cura veſtis vel corporis non irrepſit. *Bern. lib. 2 de conſid.*

De diuitiis & floribus, & maiorum nobilitate gloriaris, de patria & pulchritudine corporis, & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur, te exaltas: reſpice teipſum, quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis, circumſpice eos, qui ante te ſydereis fulſere ſplendoribus. Vbi ſunt, qui ambiebant ciuium potentatus? vbi inſuperabiles Oratores? vbi qui conuenientius feſta diſponebant? vbi equorum ſplendidi nutritores? vbi exercituum duces? vbi ſatrapæ & tyranni? nonne omnia puluis? nonne omnia fauillæ? nonne in paucis verſibus eorum vitæ memoria eſt? Reſpice ſepulchra, & vide, quis ſeruus, quis dominus, quis diues, diſcerne, ſi potes, victum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque tui eſto, ne aliquando extollaris: memor autem eris, ſi te ipſum reſpexeris. *Proſp. in ſuis ſermonibus.*

Nouerca virtutis proſperitas. baiulis ſuis ſic applaudit, vt noceat, & infelici ſucceſſu ſic fortunatis obſequitur, vt in fine perniciem operetur: conuiuis ſuis ab initio propinans dulcia & cum inebriati fuerint, lethale virus miſcet, & ſi quid deterius eſt, quo ſpeciei ſui clareſcit, amplius eo ſtupentibus oculis denſiorem infundit caliginem. P. *Chry l. 1, de curtalium nugis.*

Sæpius in altum quis attollitur, vt ruens fortius, conquaſſetur. Nam ſæpe videtur fortuna in principio proſpera nuntiare, ſed medium & finem replet multis aduerſitatibus, & concludit. *Raban. in quodam ſerm.*

In omni aduerſitate fortunæ infeliciſſimum infortunii genus eſt, aliquando fuiſſe felicem. *Boet. de conſol. lib. 2.*

Quam multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo reſperſa eſt. *ibid.*

Quem felicitas amicum, infortunium facit inimicum. *ibidem libro 3.*

Ex rerum proſperitate luxuria, ex luxuria vero vitia omnia: ſic impietas aduerſus Deum naſcitur. *Lactant. Firm. lib. 2. c. 2. diuin. inſtit.*

Quod ad alteram philophiæ partem, quam ipſi moralem vocant in qua totius philoſophiæ ratio continetur, in qua ſola oblectatio eſt atque vtilitas, in qua nullus diſſidio, nullus errori locus eſt, ſed vnum ſentire omnes oportet, vnum eligimus, ac potiſſimum quod eſt ſummum ac principale bonum, in quo totius ſapientiæ cardo verſatur. Et Epicurus quidem ſummum bonum in voluptate animi eſſe cenſet. Ariſtippus in voluptate corporis. Calliophon & Dinomachus honeſtatem cum voluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione dolorum, ſummum bonum poſuit, Hieronymus in non dolendo. Peripatetici autem in bonis animi, aut corporis, aut fortunæ. Herilli ſummum bonum eſſe in ſcientia. Zenonis cum natura congruenter viuere: quidam Stoicorum virtutem ſequi. *idem lib. 3. cap. 7.*

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 1. Triſt. 4.

*Dum iuuat, & vultu ridet fortuna ſereno,*
*Indelibatas cuncta ſequuntur opes*
*At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli,*
*Agminibus comitum qui modo cinctus erat.*
*Atque hæc exemplis quondam collecta priorum,*
*Nunc mihi ſunt propriis cognita vera malis.*
*Vix duo tresue mihi de tot ſupereſtis amici:*
*Cætera fortunæ non mea turba fuot.*

Idem 1. Triſt. 3.

*Donec eris felix, multos numerabis amicos:*
*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*
*Adſpicis vt veniant ad candida tecta columbæ.*
*Accipiat nullas ſordida turris aues:*
*Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam,*
*Nullus ad amiſſas ibi amicus opes.*
*Vtque comes radios per Solis euntibus vmbra eſt,*
*Cum latet hic preſſus nubibus, illa fugit:*
*Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina vulgus,*
*Quæ ſimul inducta nube teguntur, abit.*

Pitt. per Auſ.

*Paucos amicos rebus aduerſis proba.*

Virg. 1. Æneid.

*Neſcia mens hominum fati, ſortiſque futuræ,*
*Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.*

Ouid. 1. Art.

*Mens erit apta capi tunc, cum lætiſſima rerum,*
*Vt ſeges in pingui, luxuriabit, humo,*
*Pectora dum gaudent, nec ſudt adſtricta dolore,*
*Ipſa patent, blanda tum ſubit arte Venus.*
*Tunc cum triſtis erat, defenſa eſt Ilion armis:*
*Militibus grauidum læta recepit equum.*

Idem 2. Art.

*Luxuriant animi rebus plerunque ſecundis,*
*Nec facile eſt æqua commoda mente pati.*

Sen. Oed.

*Res ſecundæ non habent vnquam modum.*

Idem Troad.

*O tumide rerum dum ſecundarum ſtatus*
*Extollit animos!*

Agam.

*Proſpera animos efferunt.*

Silius 1.

*Heu cœcæ mentes, tumefactaque corda ſecundis.*

Idem 7.

*Arrectæ ſpes Sidoniæ, ferue tque corda ſecundis.*
*Fortuna iuuenis.*

Periand. per Auſ.

*Si fortuna iuuat, caueto tolli.*
*Si fortuna tonat, caueto mergi.*

Terent. Phorm. 21.

*Quamobrem omnes cum ſecundæ res ſunt maxime,*
*tum maxime*
*Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant:*
*Pericula, damna, exilia peregre rediens ſemper cogitet.*
*Aut filii peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ:*
*Communia eſſe hæc: fieri poſſe, vt ne quid animo ſit nouum:*
*Quidquid præter ſpem eueniat, omne id deputare, eſſe in*
*lucro.*

Ouid. 4. Pont. 3.

*Tu quoque fac timeas, & quæ tibi læta videntur,*
*Dum loqueris fieri triſtia poſſe puta.*

Hor. 1. epiſt. 10.

*Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,*
*Mutatæ quatient.*

Hor. lib. 1. epiſt. 19.

*Dum tua nauis in alto eſt,*
*Hoc age, nec mutata retrorſum te ferat aura.*

Senec. in Thyeſt. tragœd. 2.

*Nemo confidat nimium ſecundis,*
*Nemo deſperet meliora lapſus.*
*Miſcet hæc illis, prohibet quo Clotho*
*Stare fortunam, rotat omne fatum.*
*Nemo diuos habitu fauentes,*
*Craſtinum vt poſſet ſibi polliceri.*

Et proſperitates & calemitates præſentes pro inſomniis habendas eſſe.

Anthol. Sac, Iac. Bill.

*Qui bona, quid vanos mundi miraris honores,*
*Quid mala, quid mundi dedecus ipſe times?*
*Fac ſupera mireris opes, & commoda vitæ,*
*Fac mala pertineas, quæ niger Orcus habet,*
*Cætera (ſiue tibi fortuna ſit vſque nouerca,*
*Siue ſit illa parens) ſomnia vana puta.*
*Somnia ſunt, quæcunque fluunt, quæcunque recedunt,*
*Vt veniunt, abeunt labilis inſtar aquæ.*

Menander.

Δίκαιον εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι Θεοῦ.
*Iuſtum eſt feliciter agentem recordari Dei.*
Κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ.
*Iuxta propriam ſententiam nullus felix.*
Κοινὸν καὶ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.
*Commune autem bonum eſt bonus felix.*
Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
*Non eſt qui in omnibus vir felix ſit.*
Πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, οὐ φρονοῦσι δέ,
*Multi quidem feliciter agunt, non ſapiant quamuis.*
Τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.
*Feliciter agentem & ſapere putamus.*
Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.
*Bene enim agenti omnis terra patria.*
Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.
*Felicium omnes ſunt affines,*
Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.
*Quam facile cadunt ſplendidæ fortunæ.*

Lucianus.

Θεοῦ μὲν ἐκτὸς οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτός.
*Deo quidem ſine nullus fortunatus eſt mortalis.*

## ❡ Philosophicae et Historicae Sententiae.

Cætera exempla fortunæ variantis innumera. Etenim quæ facit magna gaudia, niſi ex malis? aut quæ mala immenſa, niſi ex ingentibus gaudiis. Nulla eſt profecto ſolida felicitas, quam contumelia vlla vitæ rumpit. *Plin. lib. 7. hoſt.*

Omnia

…ia, quæ ſuperfluunt, nocent, ſegetem nimia ſternit vber-
… onere franguntur, ad maturitatem non peruenit fœcun…
… Idem quoque animis euenit, quos immoderata proſperitas
… quia non tantum aliorum iniuriam, ſed etiam in ſuam v-
… Senec. 28. ad Lucil.

… omne fortuitum bonum ſuſpicioſi & pauidi ſtare debemus,
… & piſcis ſpe aliqua oblectante decipitur: numera iſta fortu-
… putamus, inſidiæ ſunt, beneficia iſta vſitata nos habere puta-
… ibid.

… eſt inquieta felicitas, ipſa ſe exagitat: mouet cerebrum:
… genere alios in aliud irritat: hos in potentiam, alios in lu-
… hos inflat, hos mollit, in totos reuoluit. epiſt. 7.

… enim felicitas niſi temperetur, premit, vel præterit.
… vrbium in ipſo flore luxurioſa imperia ceciderunt:
… quid virtute paratum erat, intemperantia corruit. Epi-
… 8.

… eminem eo fortuna prouexit, vt non tantum minaretur illi,
… promiſerat. Epiſt. 24.

… de ſuis fortuna muneribus, & quæ dedit aufert, quæ ab-
… :nec vnquam tutius eſt illam experiri, quam quum
… iniuriæ non habet. Lib. 5. de clam.

… animi calamitatibus magnis ſæpius euertuntur: quieti-
… tempora pauperes habuimus, aurato capitolio bella ciuilia
… Diuitias putas aurum & argentum: ludibria ſunt fortu-
… inter iocum ipſis dominis veniunt, Omnis enim blandi-
… fortunæ ſpecioſus de periculo nitor eſt: & ſine cauſa fluit, &
… ratione deſtituit. Nulla certa felicitas eſt. Ille Crœſus inter
… opulentiſſimus vinctis poſt tergum manibus ductus eſt. Lib.
… erat.

… habet, vt putamus, fortuna longas manus: neminem oc-
… niſi hærentem ſibi. in epiſt.

… mores relinquit, quos nunquam fortuna reſpexit, quam quos
… Noli huic tranquillitati confidere, in momento mare e-
…: eodem die, quo tibi luſerant nauigia ſorbentur, Lib. de
… ill. anim.

… diligenda ſunt proſpera, quæ deſperatione ſumunt prin-
… ibid.

… quæ conceſſit fortuna temperet iuſtitia, quod iuſtitia inuenerit,
… moderatio: ſi enim auxeris licentiam tuam, minues glo-
… ibid.

… fortuna vt medicus ignarus multos excœcauit, non autem ipſa
… cœca eſt, ſed eos cœcos plerumque efficit, quos, comple-
… Cic. de amic.

… qui in proſperis omnes impetus fortunæ putant fugiſſe:
… cogitant, qui temporibus ſecundis caſus aduerſos refor-
… Lib. 2. Rhet.

… aduerſas, ſic ſecundas res immoderate ferre, leuitatis eſt, præ-
… æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eadem-
… Lib. 2. de offic.

… ſemper humanæ lætitiæ triſtitia repentina ſuccedit, & quod
… à gaudio, deſinit in mœrorem: Mundana quippe felicitas
… amaritudinibus eſt reſperſa: nouit ille, qui dixit, rurſus do-
… miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Innoc. de Vili-
… conditionis humanæ.

… felicitas ſemper ſubiecta eſt inuidiæ, ſola ergo miſeria inuidia
… dicebat Socrates.

… felicitatis index dies vltimus eſt, dicebat Solon. Laert. Diog. de
… moribus philoſ.

… Non enim hilaritate, nec laſciuia nec riſu, aut ioco, comi-
… lenitate, ſed ſæpe etiam triſtes firmitate & conſtantia ſunt
…

… Beatus autem eſſe in maximarum rerum timore nemo po-
…

Qui bonum omne in virtute ponit, is poteſt dicere, perfici be-
… vitam perfectione virtutis. Cicero lib. 2. de finibus bonorum
… malorum.

Quippe res ſecundæ animo ſapientum fatigant. Salluſtius in
… Catilinar.

Verum verbum eſt profecto, quod aiunt: Nihil quicquam ho-
… tam proſperum diuinitus datum eſt, quin & admixtum ſit ali-
… difficultatis, vt etiam in ampliſſima quaque lętitia ſubſit quæ-
… vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis & fellis.
… Apul. floridorum lib. 2.

Vnum eſt temeritatis ſolatium, ſola felicitas. Quint. Curt. de ge-
… Alex. lib. 9.

Neque ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, nec ad-
… propere debilitari oportet. Val. Max lib. 8.

Humanæ vitæ conditionem primus & vltimus dies continet:
… plurimum intereſt, quibus auſpiciis inchoetur, & quo fine
… claudatur: Ideoque eum demum felicem fuiſſe iudicamus, cui
… accipere lucem proſpere, & reddere placide contigit. Medii
… temporis curſus, prout fortunæ gubernaculum rexit, modo aſpe-
…, modo tranquillo motu peragitur: ſpe ſemper minor, dum &
… cupide votis extenditur, & ferre ſine ratione conſumitur. idem
… lib. 9. cap. 12.

Etenim plus reor hominibus aduerſam, quam proſperam prodeſſe fortunam. Hæc enim ſpe felicitatis cum videtur blanda, mentitur: Illa ſemper vera eſt, cum ſe inſtabilem mutatione demonſtrat: Illa fallit, hæc inſtruit: Illa mendacium ſpecie bonorum mentes fruentium ligat, hæc cogitatione fragilis felicitatis abſoluit. Itaque illam videas ventoſam, fluentem, ſuique ſemper ignaram, hanc ſobriam ſuccinctamque, ac ipſius aduerſitatis exercitatione prudentem. poſtremo felix à vero bono deuios blanditiis trahit: aduerſa plerunque, ad vera reducens, velut vnco trahit. An hoc inter minima exiſtimandum putas, quod amicorum tibi fidelium mentes hæc aſpera, hæc horribilis fortuna detexit? Hæc tibi certos ſodalium vultus ambiguoſque ſecreuit, diſcedens, ſuos abſtulit, tuos reliquit. Quanti hoc integer & (vt videbaris tibi) fortunatus emiſſes? Boet. lib. 2. proſa 6.

Nam illud quoque, quod improbis nunc triſtia, nunc optata proueniunt, ex iiſdem ducitur cauſis. Ac de triſtibus quidem nemo miratur, quod eos male meritos omnes exiſtimant: quorum quidem ſupplicia, cum cæteros à ſceleribus deterrent, tum ipſos quibus inuehuntur, emendant. Læta vero magnum bonis argumentum, loquuntur, quid de huiuſmodi felicitate debeant iudicare, quam famulari ſæpe improbis cernant. Boetius de conſolat. philoſ. lib. 4. proſ. 6.

In fortunatis virtus refulget.

Sicut vna hirundo non efficit ver, nec vna calida dies, nec modicum tempus facit æſtatem, nec vna virtus virtuoſum hominem facit: ſic nec vna dies, nec modicum tempus facit hominem felicem. Ariſt. lib. 1. Ethic.

Nullus eſt bonus, nec beatus nolens. idem lib. 3.

Sine quatuor virutibus, quæ ſunt Fortitudo, Temperantia, Prudentia & Iuſtitia, nemo dicitur & habetur beatus.

Felicitas perfecta eſt vſus virtutis. idem lib. 7. polit.

Turpe eſt Deos fatigare. Quid vobis opus eſt? fac te ipſe felicem. Facies autem ſi intellexeris bona eſſe, quibus admixta virtus eſt. Turpia, quibus malitia coniuncta eſt.

Tutum iter eſt, iucundum eſt, ad quod natura te iniunxit. Dedit tibi illa, quæ, ſi non deſerueris, par Deo ſurges. parem autem te Deo pecunia non faciet, Deus nudus eſt. Fama non faciet nec oſtentatio tui, & in populos nominis demiſſa notitia. Nemo nouit Deum, multi de illo male exiſtimant, & impune. Non turba ſeruorum, lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentiſſimuſque ipſe vehit omnia. Nec forma quidem & vires te beatum facere poſſunt. Seneca ad Lucil. epiſt. 30.

Tunc beatum eſſe te iudica, cum ex te tibi gaudium omne naſcetur: cum in his, quæ homines eripiunt, optant, cuſtodiunt, nihil inueneris, non dico quod malis, ſed quod velis. idem, in epiſt. 126.

Nihil infelicius eo, cui nihil accidit aduerſi, quia male iudicauerunt Dii de ipſo. idem de prouidentia.

Nondum felix es, ſi non te turba deriſerit. Si beatus vis eſſe, cogita hoc primum contemnere, ab aliis contemni. idem libro de moribus.

Fugite delicias, fugite eneruatam felicitatem, qua animi marceſcunt.

Cum omnia, quæ modum exceſſerint, noceant, periculoſiſſima felicitatis intemperantia eſt, quæ in vanas mentem imagines euocat.

Illos quos merito dixeris miſeros, qui nimia felicitate torpeſcunt, quos velut in mari lento tranquillitas iners detinet. idem de prouidentia.

Plærunque quæ ſecundum rationem hominibus proſpera eueniunt, ſtabiliora ſunt quam præter opinionem faciliuſque prope dixerim eſſe propulſare aduerſa quam tutari ſecunda. Thucyd. lib. 2.

Omnis proſperitas maxime inuidioſa eſt, præſertim ea in qua eſt contumelia & aſperitas in homines afflictos ac miſeros, ac in noſtram poteſtatem redactos. Dionyſ. Hal. l. 6.

Res ſecundæ ingenio modico & ſubmiſſo præditos attollunt, vt magni ſibi videantur, criſtaſque erigant, cum excelſo loco ſe conſtitutos cernunt. Plut. in Eumene.

Maximæ cuique fortunæ minime credendum eſt. Liuius, Decad 3. lib. 10.

Si in ſecundis rebus bonam quoque mentem darent Dii, non ea ſolum quæ eueniſſent, ſed etiam ea quæ euenire poſſunt, reputaremus. Idem, eod. l.

In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbe ac violenter conſulere decet, nec præſenti credere fortunæ, cum quid ſerus veſper ferat incertum ſit. idem. 5 l. 5.

Ea quæ bona quibuſdam eſſe videntur, quam plurimos commouent ad iniuriam faciendam. Nam nobilitas generis, copia diuitiarum, amplitudo dignitatum, fortitudo animi, & magnitudo potentiæ, in errorem homines inducunt. Xiphil. in Cæſ. Aug.

Princeps ingens gloria, eo eſt ferocior & ſubiectis intolerabilior. Tacit. Annal. l. 11.

Pletique omnes fortuna aſpirante felicem rerum ſuarum exitum na-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctum nacti, inflantur, inſoleſcunt, ac per ſuperbiam humanos & communes caſus parum conſiderant. Indeque non pauci conſpiciuntur, ſecundum fortunam non ſecus ac grauiſſimum onus, minus commode ſuſtinere. *Diodor. Sicul. hiſt. lib.* 16.

Secundâ fortuna ad ſuperbiam prolabimur. *Tacitus, Annal libro vndecimo.*

Rebus ſecundis etiam egregii duces inſoleſcunt. *idem, hiſtor. libro* 2.

Quamquam optatiſſimum eſt perpetuo fortunam quam florentiſſimam permanere: illa tamen qualitas vitæ non tantum habet ſenſum, quantum quum ex ſæuis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur. *Ammian. Marcell. lib.* 15.

Decere ſapientes nihil ambigere (*Narſetis dictum*) ne cum fortuna ſimul ſecundis in rebus ſe efferant: ſed quemadmodum facile præſentia hæc immutantur, ita & animum ad varios velim hi præparent caſus. Nam his quidem qui hoc pacto ſe habent, ſuauiſſima apparebit felicitas, nec erit moleſtum ſi qua in re præter eorum ſententiam vtcunque fallantur. *Agath. hiſt. lib.* 1.

Qui ex ſeruitute inſueram libertatem propitia fortuna conſecuti ſunt, maxima perpetuo adfectantes, neque ſe in poſterum calamitati vlli fore obnoxios opinantes, ſucceſſibus & victoriis effuſe indulgent, priſtini ſtatus obliti, præſenti vero læti & inſolentes. *Nicet. in Balduino Flandro.*

Proſperi ſucceſſus humana ingenia cum primis explorant, & vecordes homines tam inſolentes reddunt, quam cordatos conſtantiæ, moderationis & grauitatis laudibus cumulant. *Niceph. Greg. hiſt. lib.* 9.

Proſperitas eſt (vt aiunt) conſimile quiddam graui plumbo: ſi hominem robuſtum non nanciſcatur, qui oneri ferendo par ſit, pronum in terram præcipitat & proterit. *Conſtant. Manaſſ. Ann. pag.* 160.

Animus mortalium inexplebilis eſt præſentis fortunæ muneribus, ſemperq; ad vlteriora contendit. *Paul. Æmyl. l.* 1.

Quod vulgo dici ſolet, nimia proſperitate homines maiorem hoſtem non habere, veriſſimum eſt, ea enim illos effrenatos ſuique præſidentes, ad malum audaces, & proprii commodi nouis rebus turbandi cupidos facit, *Fr. Guicc. hiſt. l.* 13.

Solent vrbes fieri inſolentiores, cum exiguo labore inſperata felicitas contigit: ſed ſtabilior eſt fortuna, quæ ratione paratur, quam quæ caſu offertur: ac facilius eſt aduerſa propulſare, quam retinere res ſecundas, *Thucyd. l.* 3.

Neque cuiuſuis eſt corporis multum merum citra ebrietatem ferre, neque temere inuenias, qui non in tanto rerum ſecundarum affluxu de poteſtate rationis exeat. *Plut. in Lacon.*

Secundæ res ſapientium animos fatigant. *Salluſt. de coniur. Cat.*

Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. *Tacit. hiſt. l.* 1.

Humani animi rerum ſucceſſibus certiſſime explorantur, quibus amentes tantum inſoleſcunt, quanta prudentes laude moderationis cumulant. *Niceph. Greg. hiſt. l.* 6.

Memini: ex te olim audiſſe, itidem à diis illum magis exorare quod velit, quemadmodum etiam ab hominibus, qui non quum anguſtiis vrgetur, tum aſſentetur, ſed quum rebus ſecundis vtitur, tum reminiſcatur deorum, *Xen. de pæd. Cyri, l.* 1.

Res ſecundæ, vbi animus continens iis moderatur, perdurant: potentiaque mediocriter vſurpata, omnia bona conſeruat, ac (quod potiſſimum eſt, minimeque iis obtingit qui ſine virtute viuunt) & viuentes ſincero amore diligit, & defunctos veris laudibus ornari facit. *Dion, l.* 43.

### ¶ APOPHTHEGMATA.

*Socrates* ſciſcitatus, quid bonis viris moleſtum eſſet? reſpondit, malorum proſperitas. *Ant. & Max. ſerm. de fortuna bona & mala.*

*Diodorus Philoſ.* felicioris ingenii eſſe dicebat, infortunia cum dexteritate ferre, quam ingentem proſperitatem regere prudenter. *Eod. ſerm.*

*Epicurus*, Humilis, inquit, & paruus animus proſperitatibus effertur, aduerſis autem rebus deprimitur, *ibid.*

*Epictetus*. Hæc eius ſunt de proſperitate ſcite dicta: Stultus proſperitatis tanquam ebrietatis voluptate nimium fruens, ſtultior euadit. Eorum qui proſpere agunt, antagoniſta eſt inuidia, proſperitate, tanquam fructibus autumni, dum adeſt, frui debemus, *in Enchiridio & de diſſertationibus.*

*Phauorinus*, in proſperitate, inquit, ne ſuperbias: & inops ne deiicias animum, Fortunæ vices fortiter ferre ſcias. *Ant. & Max. ſer. de fortuna.*

### ¶ EXEMPLA SACRA.

Proſperitas ſuſperbiæ occaſio, *Rom.* 2. *Exempla*: Iſraelitæ, *Deut.* 32. 15. proſperitas Chriſti tempore, *Mich.* 4. 4. proſperitatis mala, *Prou.* 30. *v.* 9, *Ierem.* 5. 7. *Ezech.* 16. *v.* 49. *Oſeæ* 13. *v.* 6. proſperitatis temporalis abuſus, *exempla*: Iſraelitæ, *Deut.* 32. *v.* 15. Gedeon cum paruus eſſet homo, & in area frumentum excuteret, bonus fuit, Angeluſque Domini viſitauit eum, *Iudic.* 6. *v.* 12. poſt obtentam autem & peractam victoriam proſpera fortuna abuſus eſt: Fecit enim ex inauribus aureis Ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephra, fornicatuſq; eſt omnis Iſrael in eo, & factum eſt Gedeoni & omni eius domui in ruinam, *Iudicum.* 8. *v.* 13. 14. Dauid poſt bella multa & victorias multas: remanens quietus in Iſraelem: committit adulterium, 2. *Sam.* 11. 4. poſt adulterium etiam homicidium, *verſ.* 15. Occaſione multitudinis ſubditorum in ſuperbiam effertur, & populum numerandum curauit, 24. *v.* 1. 2. Salomoni, 1. *Reg.* 10. *v.* [illegible] 57. & 11. *v.* 1. 2. 4. Ieroboam, antequam conſequeretur dominium ſuper decem Tribus, non legitur fuiſſe malus: ſed poſt fecit vitulos aureos, &c. 1. *Reg.* 12. *v.* 26. 28. Amaſus poſtquam debellaſſet Edom, eleuatum eſt cor eius, & voluit contra Ioas Regem Iſrael pugnare, 24. *v.* 7. 8. 9. *&c.* Roboam, 2. *Paral.* 12. *v.* 13. 14. Ozias, 25. *v.* [illegible] 17. Manaſſes, 33. 9. Iſraelitæ, *Nehem.* 4. *v.* 25. 26. Nabuchodonoſor, *Dan.* 4. 21. Filii Zambri, 1. *Macchab.* 9. 37. 40. 41. Adoleſcens quidam, *Matth.* 19. 22. Diues ſtolidus, *Luc.* 12. 17. 18. 19. Villæ emptor, 14. [illegible] Diues epulo, 16. 19. Herodes, *Act.* 12. 21. 22. Diuites huius ſeculi, 1. *Tim.* 6. 17. proſperitas multos habet amicos, *Exempla*: Tobiæ amici, *Tob.* 11. *v.* 20. 21. Fratres, ſorores, & amici Iobi, *Iob.* 24. *v.* [illegible]

*Vide Felicitas.*

# Prouidentia.

### ¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

PRouidentia, Græce πρόνοια, ας, ἡ, & προνοητικὸς, ἡ, ὸν, prouidens: & προνοέω, prouideo dicitur. Hebr. verbum *Schagach*, ſignificat proſpexit conſiderate, intente aſpexit, ſpeculatus eſt cum inclinatione corporis. Inde *Gal. Sage*, nempe ſagax & prouidus vide Etymol. trilingue Ludel. pag. 538.

Eſt autem prouidentia, per quam futurum aliquid videtur antequam factum ſit. *ſecund. Cic. in Rhetor.*

Prouidentia eſt notio futurum pertractans euentum. Cuius officium eſt ex præſentibus futura perpendere, aduerſus imminentem calamitatem ſe conſilio præmunire. *ſecundum Auguſt. de ſpiritu & anima.*

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE

*Prouidentiæ diuinæ generalitas.*

Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos, *Iob.* 29.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Pſal.* 22.

Homines & iumenta ſaluabis Domine. 35.

Lætentur & exultent Gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis. 66.

Quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus, *Sap.* 6.

In manu enim illius & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia. 7.

Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. 8.

Diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. 11.

Tua autem, Pater, prouidentia ab initio cuncta gubernat. 14.

Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. *Matth.* 10.

In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus, *Act.* 17.

Omnem ſollicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. 1. *Pet.* 3.

*Æquitas in remuneratione bonorum.*

Nihil in terra ſine cauſa fit. *Iob,* 5.

Sed omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. *Sapient.* 11.

Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. An non licet mihi quid volo facere? *Matth.* 20.

*In munitione malorum.*

Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis ex legiſlatoribus *Iob.* 36.

Non enim eſt alius Deus, quam tu, cui cura eſt de omnibus, vt oſtendas, quoniam non iniuſte iudicas iudicium. *Pſal.* 11.

Cum ergo ſis iuſtus, iuſte omnia diſponis. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt. *ibid.*

Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtique lignum eſt, *Eſa.* 10.

Et intellexit, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole, quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat; etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire, *Eccl.*

Sunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo, vtrum amore, an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta, eo quod vniuerſa æque eueniant iuſto, &

ſto, &

…pio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victi-
… ſacrificia contemnenti. 9.

*Prouidentia humana.*

… abſq; conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam ſaperent & in-
… ac nouiſſima prouiderent, *Deut.* 32.
… autem iacitur rete ante oculos pennatorum. *Prou.* 1.
… conſilium, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis …
… videt malum, & abſcondit ſe, paruuli tranſeuntes ſuſti… diſpendia, 22.
… videns periculum, abſconditur: ſimplices perrumpunt, & … accipiunt. 27.
… de bona fruere bonis, & malum diem præcaue. *Eccl.* 7.
… Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ … *Sap.* 9.

## ¶ Sententiæ Patrvm.

…cunq; fuerit prouidentia, fruſtratur vniuerſa contraria: vbi … prouidentia negligitur, omnia contraria dominantur, *Aug.* … *ſingul. cler.*

… viderimus aliquem ſeruum Dei prouidere, ne iſta neceſ- … deſint, non iudicemus eum de craſtino ſolicitum eſſe: nam … Dominus propter exemplum loculos habere dignatus eſt: & in … Apoſtolorum ſcriptum eſt: Ea, quæ ad victum ſunt neceſſaria. … eſſe in futurum, propter imminentem famem. *l. de ſer.* …*monte.*

… prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, me-… eſt. *Hier. in Ezech.*

… ſumus in minimis cauti, in maximis negligentes: hoc i-… quia vbi erat vita ſit, ignoramus. *Lib. de homine perfecto.*

… dicitur quaſi porro videns. Perſpicax eſt enim, & incer-… prouidet caſus. *Iſid, in l. cæli.*

… puſille vitandus eſt, vbi alter offendit: pecora ipſa vitare no-… quæ illis læſiſſe cognoſcunt, itinera illa non repetunt, vbi in fo-… corruerunt. Tenaces laqueos auis capta declinat: … rete auis … non incidet. & omnia quæ poſſunt habere contraria, facili-… aſſumerent, ſi curam ſalutis propriæ non haberent. *lib.* …

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Sophocles in Electr.

*Ἐστὶ μέγας ἐν οὐρανῷ*
*Ζεὺς, ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει.*
*Eſt magnus in cœlo*
*Iupiter, qui inſpicit omnia & imperat.*
*Προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ*
*Κέρδος λαβεῖν ἄμεινον, οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.*
*Prouidentia nullum hominibus poſſibile eſt*
*Lucrum capere melius, neque mente ſapiente.*

Ouid. 3. Amor. 8.

*Cum rapiant mala fata bonos, ignoſcite faſſo,*
*Sollicitos nullos eſſe putare Deos.*
*Viue pius: moriere pius, cole ſacra, colentem*
*Mors grauis à templis in caua buſta trahet.*

Virg. Eccl. 8.

*Nec curare Deum credis mortalia quenquam.*

Claud. 1. Ruf.

*Sed cum res hominum tanta caligine volui*
*Adſpicerem, lætoſque diu florere nocentes,*
*Vexarique pios rurſus labefacta cadebat*
*Relligio, cauſaque viam non ſponte ſequebar*
*Alterius, vacuo quæ ſemina currere motu*
*Affirmat, magnumque nouas per inane figuras*
*Fortuna non arte regi, quæ numina ſenſu*
*Ambiguo, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.*

1. Ruff.

*Abſtulit hunc tandem Ruffini pœna tumultum,*
*Abſoluitq; Deos, iam non ad culmina rerum,*
*Iniuſtos creuiſſe queror, tolluntur in altum,*
*Vt lapſu maiore ruant.*

## ¶ Philosophicae Et Historicae. Sententiae.

Magis præuident fatui futura quam alii, quia eorum memoria non eſt occupata circa præſentia. *Ariſtot. l. de ſomno & vigilia.*

Facta præterita certa documenta dant futuris.

Futura, ſi præſciuntur, leuius tolerantur, & prudentius amantur.

Conſilium eſt oculus futurorum. *Idem de regim. princ.*

Si oculis cordis videre delectabile eſt, animæ oculis acute intueri mirabile eſt. *Idem in epiſt. ad Alexand.*

In primis magna diſſenſio eſt, eaq; niſi diiudicatur, in ſummo errore neceſſe eſt homines, atq; in maximarum rerum ignoratione verſari. Sunt enim philoſophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos. Quorum ſi vera ſententia eſt, quæ poteſt eſſe pietas? quæ ſanctitas? quæ religio? Hæc enim omnia pure ac caſte tribuenda deorum numini ita ſunt, ſi animaduertantur ab iis. & ſi eſt aliquid à diis immortalibus humano generi tributum. Sin autem dii neq; poſſunt nos iuuare, nec volunt, nec omnino curant, nec quid agamus, animaduertunt, nec eſt, quod ab his ad hominum vitam permanere poſſit: quid eſt, quod vllos diis immortalibus cultus, honores, preces, adhibeamus? In ſpecie autem fictæ ſimulationes, ſicut reliquæ virtutes, ita pietas ineſſe non poteſt, cum qua ſimul & ſanctitatem, & religionem tolli neceſſe eſt. Quibus ſublatis, perturbatio vitæ ſequitur, & magna confuſio. Atq; haud ſcio, an pietate aduerſus Deos ſublata, fides etiam & ſocietas generi humani, & vna excellentiſſima virtus iuſtitia tollatur. Sunt autem alii philoſophi, & hi quidem magni atq; nobiles, qui deorum mente atq; ratione omnem mundum adminiſtrari & regi cenſeant: neq; vero id ſolum, ſed etiam ab eiſdem vitæ hominum conſuli & prouideri. Nam & fruges, & reliqua, quæ terra pariat, & tempeſtates, ac temporum varietates, cœliq; mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubeſcant, à diis immortalibus tribui generi humano putant, multaq;, quæ dicentur in his libris colligunt, quæ talia ſunt, ea ipſa dii immortales ad vſus hominum fabricare pene videantur. *Idem de natura deor. in princ.*

Prouidere omnibus maxime ad Deum pertinet, qui ab omnibus ſegregatus exiſtens, ob ſegregatam ſingularitatem vnum ipſum cognominatur, & ob vniuerſalem prouidentiam bonum. *Marſ. Ficin. in Dion. Areopag. de diuin. nomin.*

Prouidere nil aliud eſt, quam ſubdita bene diſponere, & ad bonũ perducere. *idem ibidem.*

Prouidentię diuinæ tria ſunt officia: primum quando compoſuit vniuerſum ſuis quæque gradibus ſingula diſponere: ſecundum res ſingulas, quo ordine naturaliter ſunt diſpoſitæ, conſeruare, & ſi præuaricarentur, in ordinem denuo redigere: tertium ita regere, mouere ſingula, ſua cuiq; diſpenſare, prout naturæ cuiq; conuenit. *ibid.*

Prouidentia Dei per medios ſpiritus hominibus ſæpe agendorũ oracula pandit, quos ſpiritus Dionyſius Areopagita principatus nominat. *Fic. in Plot. Theo.*

Prouidentiam antiqui Theologi triplicem putant: vniuerſalem in Deo, per quam omnibus omnia proſpiciat ac præbeat, & minus vniuerſalem in diis, per quam omnibus conſultant, non omnia tamen munera, ſed quædam omnibus exhibentes, particularem denique in dæmonibus, qua quædam quibuſdam iam largiantur. *Fic. in apolog.*

Prouidentiæ diuinæ, quam Adaſtiam appellat Plato, nihil vel oculos ſubterfugere poteſt, vel manus effugere. *Idem in Pla. de repub. dial.*

Prouidentia vniuerſalis in Deo eſt, nam & in omnibus & omnia prouidet, & largitur: vniuerſalis etiam in mente diuina & anima mundi. In diis ſequentibus, ſiue inuiſibiles ſunt, ſiue viſibiles, prouidentia quodammodo vniuerſalis eſt, ſed conditione quadam particulari, aut rebus omnibus munera dant, ſed quædam munera, aut dant quidem omnia, ſed quibuſdam. In dæmonibus particularis eſt prouidentia, & conditione particulari. *Fic. in Plot. En. 1. lib. 6. ca. 7.*

Prouidentia omnia inferiora reguntur. *Fic. in Plot. En. 2. lib. 3. capit. 7.*

Prouidentia non tollit vſum, ne interea longum perdat ordinem cauſarum: non tollit malum, ne interim bonorum auferat amplitudinem: imo neſariarum tollat ordinem ſpecierum. *Idem in Plot. En. 3, lib. 2. c. 9.*

Prouidentia non vegetalis ſolum more plantæ, ſed etiam intellectualis artis, & prouidentiæ more ſed naturalis, neque ad minima ſe diffundit. *In Plot. En, 3. li. 2. c. 18.*

Prouidentia ſumma totius ad ſummum vniuerſi decorem in ordine conſiſtentem varia rerum genera fore conſtituit, & innumerabilia indiuidua, & diuerſas in quolibet genere ſpecies: & ſic in anima fecit. *Idem in Plot. En. 4. lib. 3. c. 3.*

Prouidentia triplex eſt: prima in Deo: ſecunda, qua conſulitur ſingulis animalibus, plantis, horum ortui, interitu & cæteris mutationibus: tertia rebus humanis propria. Prima vis immutari non poteſt, nec vllo modo impediri: ſecundæ & tertiæ facile immutari poſſunt, quia motu cauſæ ad vnum effectu non determinatæ interueniunt. *Iac. Car. in Alc. par. poſt. diſt. 11.*

Prouidentiæ non eſt naturam peruertere; imo qua ratione eſt prouidentia, vnuſcuiuſque naturæ ſeruatrix. *Idem id Alc. par. poſt. diſt. 12.*

Homerus in arduis inuſitatiſque rebus, & ad quas impetu quodam animi, ac furore quaſi diuino opus eſt, Deum proponit: non

qui conſilium noſtrum tollat , ſed moueat , neque impetus animo indat: ſed viſa & imaginationes obiiciat, quæ impetuum duces ſunt: atque ita ſani non inuoluntariam efficit actionem , ſed voluntati initium præbet, eamq; ſpe & confidentia cnnfirmat. Aut enim omniuo excludendus eſt ab omni principio cauſaque actionum noſtrarum Deus : aut quiſnam alius tandem ſit modus quo hominum ille actiones adiuuet? non enim corpora noſtra effingit; manuſue , ad id quod facto opus eſt , aut pedes applicat : ſed eam animi partem , quæ ad agendum eſt deligendumque nata , principiis quibuſdam & viſis cogitationibuſque obiectis excitat , aut contra auertit & inhibet. *Plutarch. in Corſolano.*

Ferunt Alexandrum in AEgypto Pſammonem philoſophum audiuiſſe, idque eius dictum maxime probaſſe, quo affirmabat, omnes homines à Deo regi : diuinum enim eſſe id, quod in vno quodlibet præſit atque imperet. Ipſumque magis philoſophice eadem de re ſenſiſſe, cum quidam Deum omnibus hominibus communem eſſe patrem , ſed proprios ſibi filios eos adſciſcere , qui hominum eſſent præſtantiſſimi diceret. *Idem, in Alexandro.*

Vſque adeo Natura non ſolum corpora hominum, verum etiam animos ſui diſſimiles finxit, vt ſæpenumero vnus idemque homo non modo in rebus diuerſis, hic quidem fortiter, illic ſegniter ſe gerit, ſed in ſimillimis quoq; rebus modo inauditam celeritatem , alias incredibilem ignauiam oſtendat: & aliquando quidem fortiſſimus, nonnunquam vero timidiſſimus videatur. Non ſunt autem iſta paradoxa , ſed conſueta & nota illis qui animaduerter e volunt. Quippe multos in venationibus cernimus aduerſus ſæuiſſimas feras audaciſſimos eſſe : quos ſi ad arma hoſteſq; tranſtuleris, ignaui ſocordeſque apparebunt. In rebus vero bellicis pleriq; ſingulari certamine ſunt acerrimi, qui nullius pretii in acie. Theſſalicos equites, conſerto prælio, inſuperabiles eſſe conſtat. Eoſdem ſi per partes attentaueris, lacerare & capere facillimum erit. De AEtolis contrarium accidit. At Cretenſes terreſtribus ac naualibus præliis ad inſidias, furta, rapinas, nocturnos inſultus, & omnia doli genera promptiſſimi apparent. In prælio vero diſpoſitis cohortibus ſegnes, timidi ac inutiles prorſus. His plane contrarii ſunt Achæi atq; Macedones. *Poly. lib. 4.*

Deorum beneuolentia præſente omnes res hominum in melius cedunt. *Dionyſ. Hal. lib. 2.*

Deorum indignatio omnibus ſuperbis imminet. *Idem lib. eodem.*

Deorum beneficio omnes res præclare & bene geſtæ acceptæ ferendæ ſunt. *Idem, l. 3.*

Diis & geniis curæ ſunt res mortalium. *l. 4.*

Diis curæ ſnt res mortalium. *idem, eod. l.*

Diuina prouidentia ſemper & alias vrbem Romam ex periculis eripuit, & ad mea vſque tempora incolumem etiam tuetur. *libro 5.*

Intereſſe rebus humanis cœleſte Numen videtur. *Liuius. Decad. 1. lib. 1.*

Pro ſe quiſque Deum tandem eſſe, & non negligere humana fremunt, & ſuperbiæ crudelitatique & ſi ſeras, non leues tamen venire pœnas. *idem, lib. 3,*

Diunia prouidentia non inulta eſſe patitur, quæ præter ius & æquum fiunt. *Zonar. Annal. com. primo.*

Etiam ſi prouidentia tardius inuadit iniurios, conceſſo pœnitentiæ ſpatio : tamen niſi à malitia diſceſſerint , lento gradu eos aſſequitur, & pœnas exigit. *Idem, in Roman. Lacapeno. tom. libro 3.*

Prouidentiæ diuinæ nutu res noſtræ gubernantur. *Idem, in Conſt. Monon. tom. 3.*

Cupiens in futurum euehere aliquem . nullo reſiſtere valente id peragit, neque viri dignitatem conſiderans, neque aliquid eorum quæ euentura ſperamus exequens, neque hominum querelas & accuſationes curans : ſed quod ſemel conſtituit, id exequitur. *Procop. de bell.* Per*ſ. lib. 2.*

Deus procul future reſpiciens preſcribit vbi aliquando res caſura ſit: at homines à ſpe ſæpe decepti, ignorant ſe cecidiſſe, etiam ſi compotes ſint aut recta cucurrerunt fortunæ via ferentis ad ea bona quæ viſa ſunt prius. *Idem, de bell. Vandal. lib. 1.*

Humana omnia procedunt, ita vt Deo placitum eſt, *Idem, de bell. Gotth. lib. 1.*

Laqueos & retia diuinæ prouidentiæ nemo euadere poteſt. *Nice in Alex. Comn. Manuelis F.*

Non ſolet Deus eadem ſubinde ratione res humanas gubernare, ſed ad varietem adminiſtrationis vniuerſi declarandam regna & principatus aliter atque aliter transferre , ne minutiſſimis quidem rebus à ſua cura excluſis. *Idem , Iſaac. Angel libro tertio.*

Deus monſtrat ſe eſſe horarum & temporum dominum, & à ſe itinera hominum vel proſperari, vel impediri. *Idem, Alex. Angel. lib. 3.*

Cuncta gubernans prouidentia ſæpius multitudini equorum & exercituum non ſubſeruit : exiguis vero copiis & parum locuplete ſpe fretis magis adeſt. maximaq; largitur victorias. Nam illorum ſpem arma ſæpe & reliqui apparatus abundantia velut adulterat nec ſurſum ferri ad vitæ neciſque dominum ſinit , ſed graui quodam pondere deorſum premit, humique verſari cogit: horum contra fiduciam penuria expeditiorem facit , ac propemodum ad penetrandum cœlum impellit , & votis ardentioribus ſupernam dexteram euocat. Hinc eſt quod multi magna ſpe deiecti, contrarium comperiuntur : alii vero ex inopia & ſui deſperatione maximos triumphos adepti ſunt. *Niceph. Gregorias, hiſt. l. 4.*

Prouidentia Numinis etiam arida reflo reſcunt, & pauperes ditantur, & imbecilles confirmantur, & parui amplificantur : contraque fit, cum diues ſuis opibus glorietur, & potens ſuis viribus intumeſcat, *Idem eod. 2.*

Ea quæ geruntur curæ ſunt diuinæ prouidentiæ , & cuiuſque rei exitus ab antegreſſis pendet cauſis : quas nos quidem moleſtiæ vitandæ cauſa quæ inde exiſtit libenter obliuiſcimur, vindicta vero ſuis pugillaribus inſcriptas cuſtodit: vt quemadmodum quiſque ſementem fecerit, ita & ſuo tempore meta. Nam ipſo euentu homo doceri queat, iis quæ diuinitus non proſperentur, & terram, & mare, & aerem aduerſari, tanquam fugitiuum Dei & iuſtitiæ violatorem fortiter vlciſcentia. Qui vbi ſeſe cognorit, ipſe ſibi præcipere queat : non refragandum eſſe latæ diuinitus ſententiæ, qualiscunque fuerit : neque violenrer quicquam agendum ſed ita ſorti acquieſcendo fallendum tempus ac fatum adiuuandum potius quam impediendum , licet aliter agat nos quam vellemus. Longe ſane præſtat quietum obſequi fato, quam illi fruſtra nitendo veluti materiam præbere. Quod perinde fuerit , ac ſi quis flammæ impetum reformidans , ædes vndique circundans , non omni ſtudio ne longius euagetur obſtet , aut prorſus eam reſtinguere conetur: ſed ſarmentorum faſciculos congerat, & multum olei effundat, aut ſi quis vehementi ſpirante Borea, & crebros fluctus excitante, nauicula exigua æſtuanti pelago ſe committat. Vt enim ſunt eiuſmodi, vt aſpectum minime iucundum præbeant; ſed vnum ex infeſtis iſtis rebus, ſi acceſſeris, interitum afferunt. *Idem, l. 7.*

Cum diuina Prouidentia conſiliis & actionibus humanis non ſuffragatur, malo & infelici exitu eæ terminantur, nam & prudentes conſilium & fortes virtus deſtituit, atque in contrarium conuertitur. *Eod. l. 7.*

Illud eſt animaduerſione dignum, quod nihil humanarum rerum ſine Prouidentia adminiſtratur , ſed omnia aguntur arcana quadam ratione, licet nos ignari ſedeamus, verba, & prouidentia & veritate indigna facientes. Cum enim Deus aliquos ob vetera & recentia delicta mulctare vult, & periti medici more incurabilibus morbis vſtiones & ſectiones adhibet. Mox terram fortunatam aeris grauis infeſtat, aqua maris illi ſuccenſet, importuni venti eam agitant, peſtilentia graſſatur: affliguntur viri boni & eruditi, qui mores ſuos ad Doriam (vt ita dicam) harmoniam compoſuerunt: quicquid inſtituunt labaſcit, conſiliis minime reſpondet euentus, Deo ſic euentum moderanre contra calamitoſi, obſcuri, vecordes & furiarum alumni, proſperam fortunam experiuntur, ſtulti potentes vincunt ſapientes : ſanniones & mancipia modeſtos & honeſtos ſuperant. Tum & vrbium magiſtratus, & patresfamilias, & tribunos plebis, & ædiles, & prætores, monachorum rectores omnes videas impudentiæ & petulantiæ ſeruire : nec ex officio quicquam facere aut poſſe, aut velle. *idem lib. 8.*

Quid opus eſt ſacras prouidentiæ rationes recenſere, quæ res noſtras gubernans, eo fine concludere ſolet, quem ignoramus? nunc ſperato, nunc inſperato & nunc cum appendice , nunc ſine adiectione : non ſecus ac ſi quis Pirræo egreſſus Aegeum mare traiicere inſtituat, Septentrionum vero vi in Cretam & Sardiniam præter expectationem deferatur. Nam tali inconſtantia & terræ maria perpetuo concutiuntur. Quamobrem fortaſſe etiam deteriora metuenti, meliora contingent, & triſtitiæ ſemen vberem lætitiæ meſſem producet. *Idem eod. l. 8.*

Prouidentiæ vis eſt ineuitabilis. *Item,* Quod fieri oportet, Sapientiam omnem humanam oppugnat. *G. Pachym. hiſt. l. 2.*

In expugnabilem diuinæ prouidentiæ vim nemo mortalium vnquam coarguere ceu vanam & inefficacem poterit. *Conſtant. Manaſſ. Ann. pag.* 80.

Non ſinit Deus rem ſuæ potentiæ infidelium virtutem videri. P*aul. Diac. in Arcad. & Honor.*

Quia multo interiectu ſeculorum Perſarum & aliorum geſta exoleuerunt , facta ſunt nobis exercitia ingeniorum, & oblectamenta fabularum: quanquam ſi quis intentius animum adhibeat, ſeſeque ipſo mentis affectu ipſis pene cauſis belliſq; permiſceat , ac rurſus velut in arce ſpectaculi conſtitutus vtrunq; in ſuis qualitatibus tempus permetiatur, facile dixerim, eum iudicaturum, neq; illa niſi irato atque auerſato Deo poſſe tam infeliciter perturbari ac permiſceri, neq; iuſta ſic, niſi propitio & miſerante, componi. *P. Oroſ. hiſt. l. 2. c. 18.*

Qualiacunq; tandem ſint hominum conſilia, Deus pro ſuo ar-

bitratu

…omnia moderatur. *Ph. Comin. lib. 4.*
…regnorum omnium, & incrementum, & occaſus, & …endent, *Ph. Comin. lib. 7.*
…ncipum & Regum voluntates gubernat, ita vt conſilia … accommodata iis, quas cogitant deinde perficere, actio… *lib. 8.*
…nq; partem Deus vult amplificari & florere, fit ibi quo… homines ac induſtrios excitet. *idem. l. 9.*
…Optimus Maximus ſui omnino iuris arbitriiq; , vt omnia, … belli eſſe ſtatuit. *P. Æmyl. l. 9.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

… dicebat, ſi quid cura poteſt, illud cures: at ſi Deus ipſe te … ſollicitus tibi ſis? *Ant. & Max. ſer. de prouident.*
… Virtus, inquit, nec ſub doctrinam cadit, nec eſt naturalis. … fato ineſt iis, qui eam habent. *eod ſerm.*
… Deus omnia, inquit, & ſecundum Deum fortuna & occa… gubernant vniuerſa. *ibid.*
… Coſmus Florentius Alphonſo Aragonum regi male … alioqui magnus & illuſtris, cum dono miſiſſet regi Ti… vtiq; præclaros, reclamatum eſt à medicis regiis, qui … librum attrectaret ab hoſte miſſum, quem veneno infe… interitum putabant. Verum Alphonſus, cum aliquan… medicis aſſentire, demum Liuium manibus attrectans, … legens & relegens quaſdam hiſtorias, ad ſuos conuer… ignoratis, regum animas non priuatorum libidini ſubie… ſed cura Dei ſecuras & lætas agere? Senſit vir prudentiſſi… prouidentia cum regantur omnia, cor regis (qui eſt … Paulus ait, miniſter) ſemper in manu Domini, qui regit & … vult, contra omnia noſtra conſilia. *Anton. Panorm. de … Alphonſi & Æneas Syluius de eius dictis.*
… frequenter dicere ſolitus eſt: Caue tibi ipſi, & caue tei… …orum primo admonuit, caute agendum eſſe cum homi… fraude circumuenti decipiantur. Deinde vnumquenque … eſſe oportere. Omnes enim fere cauent ſibi aliis: ta… …dum nemo magis hoſtis eſt homini, quam homo ſibi ipſi: … cum aliis imponimus, noſmetipſos perdamus. *Laert. in Solon.*
…ſthenes dicere ſolebat, ſapienti nihil eſſe nouum aut ſubi… quod quicquid homini poteſt accidere, ſi tam præmedita… nunquam dicat, non putaram, *Laert. l. 6. c. 1.*
…ſilaus. Tiſſaphernes Perſarum dux cum Ageſilao fœdus non … ſed metu percuſſerat, hac lege, vt Græcas ciuitates ſineret … ſuiſque viuere legibus, mox ingentibus copiis à rege ſuo ac… bellum illi denuntiauit, ni Aſia decederet. Hoc fœdus … libēter arripuit Ageſilaus, legatus hilari vultu reſpondēs: … habere gratiam Tiſſapherni, quod periurio ſuo & deos … ſibi infenſos reddidiſſet, aduerſæ vero parti propitios, … ſenſit abſq; prouidentia Dei nihil geri in rebus mortalium, … fidendum diuino fauori, quam humanis conſiliis aut viri… *Plut. in Lac.*
…minondas. Sub Epaminonda Thebano duce nunquam eue… exercitum inuadere tumultus Panicus, qui ſubito præter cau… …dum oboriri ſolet: propter ſummam præſtantiſſimi huius … prouidentiam. *Plut. in Græc. apoph.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*…ryſoſtomi.* Nemo ſolem dixerit oculis noxium eo quod non… …ta ſunt hebetiori, ſed quum accommodatiſſimum: & ex a… …uentibus eius vtilitas indicatur. Neq; mel quiſpiam amarū … manducauerit, quoniam tale ægrotantibus videatur: Deum au… infirmorum vel ignorantium iudicio vel non eſſe, vel malū … aliquando humanis rebus prouidere, aliquando eas negligere … non ſani homini, vel inſani potius, vt vltimo furore perciti, … dixerimus: *Hom. 7. in Ioan.*
*…neſii Cyrenei.* Prouidentia eſt: cuius beneficio ſi non negligen… …mus, ſed vtamur iis, quæ ab ipſa habemus, omnino beati eſſe … …mus. Neq; enim prouidentia inſtar matris eſt modo in lucem … infantis, quam occupari oportet in ambigendi iis, quæ aduo… …lunt, & affligere, cum in choatus ille adhuc ſit, neq; à ſe aut … …um præſidium habeat: Sed eius matris inſtar habet, quæ cū … ſoboli, & arma ſuppeditauit, vti his illam iubet, & mala propul… In his & philoſophari ſemper debes, & horum cognitioni nihil … homini præferendum, ducere. Qui enim pii ſunt, & ſimul ſedu… homines, ii & prouidentiam eſſe ſtatuent, & ſeſe ipſi non negli… neq; exiſtimabunt Dei aduerſionem, & vſum virtutis, inter ſe … & diſcordare. *De prouidentia, lib. 1.*
*…amus Pythagoras*, nonne ſapientem, dicit ſpectatorem eſſe re… quæ ſint & fiant? Profectum enim ipſum in mundum, quaſi ad … …orum certaminum ludum ſeu celebritatem, vt ſpectet quid a… Ex eo igitur nos ratiocinemur, compoſitus ſpectator qui fue… nunquid manifeſtum (ſi tamen, quod ante oculos eſt, commo… oportet) eſſe eum, qui ſuo loco expectet ea, quæ exhibentur, pro… ut ſingula ordine ſeſe de aulæo proferunt. Si quis vero in ſcenam vi irrumpat, & quod verbo de hac re vſurpabatur, per proſcenium omnia ἐκ αὐτοφθαλμίζοιτο, id eſt, curioſe oculis luſtret, quod apparatum ſimul vniuerſum ſpectare velit: aduerſus talem præfecti ludorum in Græcia curationi, qui ſunt Hellanodice, flagellis eos armant: & latitans ille nihil liquido cognoſcere poterit, cum vix videat & confuſa & perturbata. Eſt autem in more, quædam in theatris præſignificare: & antequam producantur, oportet aliquem egreſſum populo narratione ſua exponere, quid paulo poſt viſurus ſit. igitur non peccat: ſed eius, qui ludos facit, adminiſter eſt, à quo & edoctus illa ſit, non per curioſitatem ſcire laborauit: aut vt cognoſcere, mouit aliquid eorum, quæ non moueri erat rectius: quæ vero cognouit, ea tacere oportet, vſque dum publicandi tempus veniat. Quippe cum neque hiſtriones ſemper actionis tempus ſcire, lex permittat, ſed operiri hos aditum ſignum progreſſionis oporteat. Ita igitur, cum quo Deus abſtruſos in natura vitæ & ingenii communicauerit: is veneratus hunc honorem nihilominus, vel aliquanto etiam magis, quam qui nihil inaudiuit, ſilentium præſtet. Qui enim vel ignarus eſt, coniecturis vtitur. Probabile autem, quia plerunq; cedit, & quaſi in motu eſt, difficillimum eſt omnium ad deprehendendum, vt conſtituatur de hoc aliquid: & multiplices de hoc diſputationes exiſtunt. Sed veritas & cognitio eſt determinata, & certa oratio: quæ tamen & ſapienter celabitur, commendante hanc ipſi, & concredente Deo. Nam & apud homines in odio ſunt diſputatores de rebus diuinis: quem autem Deus voluerit ex initiatis eſſe, is ne proſiliens irruat, neue auribus captet. *De prouidentia, lib. 2.*

*Ciceronis.* Vt hominum membra nulla contentione, mente ipſa ac voluntate mouentur: Sic numine Deorum omnia finguntur, mouentur, atq; mutantur. *Lib. 5. de natura Deorum.*

*Lactantii.* Quis non ſentiat, hunc mundum tam mirabili ratione perfectum, aliqua prouidentia gubernari? Quandoquidem nihil eſt quod poſſit ſine vllo moderatore conſiſtere: Sic domus ab habitatore deſerta dilabitur. Malus ſine gubernatore abit peſſum. Et corpus relictum ab anima defluit, ne dum quatenus tantam illam molem aut conſtrui ſine artifice, aut ſtare ſine rectore tamdiu poſſe. *Lib. 3. c. 20. de ſapientia falſa.*

## ¶ Exempla Biblica.

Exempla prouidentiæ diurnæ in Ioſepho, *Geneſ.* 45. *Verſicul.* 5. & 50. 20. Moyſe, *Exod.* 2. 5. *Act.* 7. 21. Pharaone. *Exodi* 7. 29. Iſraelitis, *Deut.* 2. 7. & 8. *Verſicul.* 2. 3. 4. 7. Dauide, 1. *Sam.* 16. 10. & 26. 8. 2. *Sam.* 12. V. 11. 12. & 16. 10. Salomone, 1. *Reg.* 11. *v.* 14. 31. Roboamo, 12. *v.* 15. 22. 23. 24. Elia & Sareptana, 17. V. 8. 9. &c. Muliere de vxoribus Prophetarum, 2. *Reg.* 5. 1. Ezechia. 20. 1. Ieroboamo, 2. *Paral.* 10. 15. Ochozia 22. 7. Amaſia, 2. *Paral.* 35. *v.* 21. 22. 23. Iobo, *Iob.* 1. 12. & 2. V. 3. 4. 5. Leonibus. 39. 1. Coruis, V. 3. *Pſal.* 147. 9. Vento, *Ioan.* 1. 4. Iona, *Ion.* 2. 4. Magis, *Matth.* 2. 12. Ioſepho, 2. *v.* 14. 15. Paſſeribus, 10, 29. Piis, *v.* 30. Paulo & Timotheo, *Actor.* 16. *v.* 6. 7. *Rom.* 1. 13.

*Vide, Fatum, Fortunæ, Neceßitas.*

---

# Proximus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

PRoximus qui habendus, *Lucæ* 10. *v.* 36. 27. proximus non temere à nobis iudicandus, 14. 4. *Iacobi* 4. 11. proximi dilectio Legis eſt complementum *Romanor.* 13. *Verſicul.* 8. 9. 10. Galat. 5. 14.

Proximi dilectio præcipitur, *Leuit.* 19. 18. *Matth.* 10. 19. & 22. 39. *Marc.* 12. 31. *Luc.* 10. 27. *Iacob.* 2. 8. proximi dilectio ſacrificiis præfertur, *Marc.* 12. 33.

Proximorum contemptores, *Malach.* 2. 10.

Proximo placendum ad ædificationem, *Rom.* 15. 2.

Proximis etiam ignotis benefaciendum, *Exemplum*: Moyſes, *Exod.* 2. 17. proximi contemptus damnatur, *Malach.* 2. 10.

## ¶ Patrvm Sententiae.

Non diligis proximum tuum tanquam teipſum, ſi non ad id bonum ad quod ipſe tendis, adducis. *Aug. de mor. lib. 1.*

Qui ergo amat homines, aut quia iuſti ſunt, aut vt iuſti ſint amare debet. Sic enim & ſemetipſum amare debet, aut quia iuſtus eſt, aut vt iuſtus ſit. Sic enim diligit proximum tanquam teipſum ſine vno periculo. *Octau. de Trinit. c. 6.*

Proximos diligimus, ſicut noſmetipſos, quum nulli malum facimus

facimus, & omnes ſimili, vt noſmetipſos, affectione tractamus. *Caſſ. ſuper. Pſ. c. 33.*

## ¶ Similitvdines.

*Chryſoſtomi.* Vt lux, ita Chriſtianus claritate vitæ nihil obſcuritatis in ſe habens, non ſibi tantum vtilis eſt, ſed & aliis. Sal niſi ſalſum reddat, non eſt ſal, ſed aliud eſſe deprehenditur. Sic & fermentum in alios confert vtilitatem. Sic nos decet eſſe in proximos. *Hom. 51. in Ioan.*

*Si mercator*, vt rem familiarem amplificet, terroris plena maria nauigat: ſi opifices, vt rebus ſuis quicquam adiiciant, duros tolerāt labores: & nos pariter ſaluti noſtræ, ſalutem proximorum adiiciamus, præſertim quum qui ſua contentus, negligat aliena, nec ſuam quidem conſequi poteſt. In prælio enim expedit aciei, qui ſibi ſolū conſulit miles, nec aliud reſpicit, quam quomodo poſſit fugiendo animam ſuam ſeruare, is cæteros quoque milites ad perniciem trahit: quemadmodum econtra generoſus miles, cum alios tutari conatur, ſe quoq; ipſum defendit. *Hom. 60. in Mat.*

*Si in* rebus ſecularibus nemo ſibi viuit ſolus, ſicut opifex, miles, agricola, mercator, ad communem vſum proximi etiam omnes conferunt: multo magis in ſpiritualibus id faciendum, hoc etiam maxime vita eſt, aliis prodeſſe. Nam qui ſibi viuit, cæteros negligens, & vita eius ſuperuacua eſt, & ipſe ſuperfluus nec homo generis noſtri. Ideo ratione atque oratione nos Deus decoratur, mentem & ingenium conceſſit, manus, pedes, vires corporis dedit, vt his omnibus & nos, & proximos tutemur. *Homil. 79. in Matth.*

In corporibus multos ſæpe videmus incurabili morbo laborantes, imponemus medicamenta, Quid podagra peius? Quid chiragra? incidemus membra? minime: ſed aliquod remedium diſquiremus, ex quo morbum ſoluere poſſimus. Hoc idem in fratribus faciamus, & ſi grauiſſime ægrotent, curemus medicinam, & inferamus inuicem onera: ſic implebimus legem Chriſti, & promiſſa bona conſequemur. *Hom. 67. in Ioan.*

*Sicut is, qui* abſque compaſſione vulnera ſuorum fratrum ſpectat, nullum inueniet, qui ſe dignetur venia, ſi quando & ipſe peccauerit: Ita qui cum miſericordia lapſum proximi iuſtificat, ſi quando & ipſe ſupplantabitur, multos videbit manum porrecturos: *Serm. de habenda cura proximi.*

*Plerunque nobis* dormientibus & negligentibus imponit, & idcirco præoccupatus ille magis dignus eſt, vt condonetur ei, quoniā à tentatore captus eſt. Non enim erat ei manifeſta pugna, neq; condictus dies belli, ſed per ignorantiam deceptus & ſuperatus eſt. Sic nautæ quoq; faciunt, cum per magnum & ſpacioſum mare nauigant, licet nauis ſecundo vento feratur, licet omni fruantur ſecuritate: cum tamen viderint, alios vel à longe naufragium facere, non ad propriam ſpectantes vtilitatem, illorum contemnunt calamitatem: ſed ſiſtunt nauem, & eiiciunt anchoram detrahunt vela, eiiciunt funes, proiiciunt tabulas, vt ille, qui à fluctibus mergitur, forte aliquo illorum arrepto emergat. *ſerm. de habenda cura proximi.*

*Vide Charitas, d. lectio.*

# Prudentia.

## DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PRudentia Græce φρόνησις, ιος φρόνιμος, ε, ὁ, prudens dicitur. Hebræi voces varias vſurpant, quæ ſagacitatem, prouidentiam, multarum rerum peritiam & prædictionem ſeu coniecturam certam ſignificant. Eſt autem prudentia, recta ratio agibilium, ſec. *Ariſt. 6. Eth.*

Prudentia eſt mentis virtus, qua de bonis ac malis, quæ ad felicitatem pertinent, bene poſſumus conſulere. *ſec. Ariſt. li. 1. Rhet.*

Prudentia eſt virtus dirigens ad rationis normam vniuerſa, quæ cogitat quæque agit, ac nihil præter rectum vel laudabile facit. Prudentiæ ſunt, Ratio, Intellectus, Circumſpectio, Prouidentia Docilitas, & Cautio. *ex Macrobio.*

Prudentia eſt rerum bonarum ac malum ſcientia *ſecundum Cicer. lib. 2. Rhet.* Partes eius ſunt, Memoria, Intelligentia, Prouidentia, Quid autem ſit vnaquæq; harum, ſuo loco videri poteſt.

Prudentia eſt appetendarum & vitandarum rerum ſcientia *ſecundum Aug. li. 1. de lib. arbit.*

Prudentia vera & perfecta eſt qua conſiliamur, iudicamus & præcipimus quæ ad bonorum finem totius vitæ humanæ pertinent, & ſolis bonis conuenit. *ex B. Thom. ſecund. qu. 47. artic. 13.*

Prudentia carnis eſt, qua quis inordinate afficitur, vel ſtudium adhibet carnis delectationem conſequendam. Et eſt peccatum mortale, ſi in delectationibus carnis finis totus vitæ conſtituatur: ſi non eſt veniale. Si autem propter honeſtam cauſam fiat, puta, cum ſtudet comeſtioni propter corporis ſuſtentationem, nullum erit peccatum, nec congruenter diceretur prudentia carnis.

Prudentia nomen ſumit à prouidentia, ſicut à principaliore ſua parte. Quia omnia requiſita ad prudentiā neceſſaria ſunt v. aliquid ordinetur in finem. *ex B. Thom. ſecund. Secund. q. 49. art. 6.*

Prudens & ſciens ita differunt, quod prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit: ſciens, qui alterius iudicio rem percipit, hoc eſt, prudens per ſe, ſciens per alios. Terent. in Eunuch. *Et prudens & ſciens, viuus videnſque pereo.* ex Donato ſuper Terent. prudens dicitur, quaſi prouidens, vel porro videns, id eſt, procul videns.

Prudentia virtus eſt de rationali parte manans, ad ea, quæ ad felicitatem tendunt, conſtituenda idonea. Vel: Eſt rerum bonarum ac malarum ſcientia. *Cic. lib. 2. Rhetor.* Eius proprium eſt, vt omnia ratione atque conſilio agitentur, inde conſulta naturæ traſigantur. Item munus eius eſt in conſilio res adhibere, bona malaque diſcernere, & omnia, quæ in humana vita deligenda fugiendaq; ſunt, præſentibus omnibus bonis honeſtis vti, opportunitatem percellere, ſermone & opera ſagaciter vti, rerum omnium vſum habere experientiam & memoriam.

Prudentiæ contraria, Stultitia & Dementia.

## ¶ Divisio.

**Prudentia, ſecund. B. Tho. ſecun. Secunda, q. 48.**

- *Large ſumpta, quæ includit etiam, ſcientiā ſpeculatiuā, cuius partes ſūt,*
  - *Phyſica, ſub qua comprehenduntur omnes ſcientiæ demonſtratiuæ. Et eſt ratio ad ſcientiam conſendam per demonſtrationem.*
  - *Dialectica, quæ eſt recta ratio ad faciendam opinionem ex probabilibus.*
  - *Rhetorica, quæ eſt recta ratio ad faciendam coniecturis ad ſuſpicionem inducendum, vel æqualiter perſuadendum.*
- *Stricte ſumpta, q. 47. art. 13.*
  - *Vera*
    - *Imperfecta art. 13. cap.*
      - *Cum bonum, quod capit pro fine, non eſt communis finis totius humanæ vitæ, ſed alicuius particularis negotii vt prudens negotiator, prudens nauta.*
      - *Cum deficit in principali actu prudentiæ, qui eſt præcipere, videlicet, cum quis recte conſiliatur, & bene iudicat ſuper pertinentibus ad totam vitam, ſed non efficaciter præcipit.*
    - *Perfecta, cuius*
      - *q. 38. art. 13.* *Obiectum agibile, vt eſt conſiliabile, vel ſub ratione veri. Nam agibile, ſit agibile, vel ſub ratione boni, eſt materia aliarum virtutum. Ex B. Thom. ſecund. Secunda, q. 47. art. 5. & 2. ſent. diſt. 33. q. 2. art. 2.*
      - *Actus*
        - *Conſiliari id eſt, inquirere agenda* — *Oppoſitum, Præcipitatio.*
        - *Bene præcipere de inquiſitis & inuentis.* — *Oppoſitum, Inconſideratio.*
        - *Præcipere, id eſt, applicare ad opus præconſiliata, & ſolicitudo ad prædictum actum pertinet.* — *Oppoſitum, Inconſtantia, Negligentia.*
      - *Partes* (Secund. Secunda, q. 47. art. 8.)
        - *Integrales, q. 48. & 49.*
          - *Memoria, Docilitas, Ratio,* — *Oppoſitum, Præcipitatio.*
          - *Intellectus, Solertia, Prouidentia* — *Oppoſitum, Negligentia & Inconſtantia.*
          - *Circumſpectio, Cautio.* — *Oppoſitum, Inconſiderantia.*
        - *Suſpectiua quæ, ſunt ſpecies eius, q. 50. 8.*
          - *Monaſtica, Legiſpoſitiua, vel regnatiua, Politica,* — *Oppoſitum, Imprudentia, harum quæque*

- *q.49.*
  - *Oeconomica,*
  - *Militaris,*
- *Potentiales adiunctæ, quæſt.510.*
  - *Eubulia.*
  - *Sineſis.*
  - *Gnome.*
    - *Oppoſitum,* *Præcipitatio, ſiue Temeritas,*
    - *Oppoſitum,* *Inconſideratio.*
- *Falſa, habens cum vera prudentia ſimilitudinem. Et eſt per aliquem malum finem diſpoſitio congruentium illi fini. Hæc dicitur prudens latro, ad latrocinandum conuenientes vias adinueniens. De qua Paulus ad Rom, 8. Prudentia carnis eſt* — *Hæc autem eſt ſextuplex.*
  - *Aſtutia,*
  - *Dolus,*
  - *Fraus,*
  - *Prudentia carnis,*
  - *Solicitudo temporalium ſuperflua,*
  - *Solicitudo futurorum.*

Partes prudentiæ quatuor ſunt & numerantur.

...tia mentis eſt, qua rebus induſtriis cautum captatur conſi... ...ratione diſpicitur atque iudicatur, quid bonum, quid malum. ...quid incommodum ſit: *verſutia* nomen aſſumit quum ... ſeſe contulerit.

...oria, qua repetit animus, quæ fuerunt, *Cicero in Rhetori*... *de memoria & reminiſcentia*, eſt iterata reſumptio alicu... ...henſi ſenſu, vel intellectu. Vel *ſecundem eundem*, eſt pars ... prudentiæ, non eſt autem futurorum, nec præſentium, ſed ...orum tantum, ſenſus præſentium, ſpes futurorum.

...ligentia eſt; per quam ea perſpiciuntur, quæ ſunt, à qua ... non ſeiungant calliditatem, per quam mentes, quid cuiq; ...endæ conueniat, callent: cuius contrarium ignorantia vel ...

...dentia eſt, per quam futurum aliquid ſpectatur, antequam ... Ex cunctis prudentiæ partibus induſtriæ omnes actio... ...ſolerter tractatæ, probitatis & officii nomen aſſequuntur, & ...tia prudentiæ tempora deputantur: vt Præterita memine... Præſentia conſideret, Futura coniectet. Sed veritatis partibus ...bi ſolent, & non iniuria: cunctis ſi quidem virtutibus mor... ...moderatur prudentia, vt ſine ipſa nomen vllum obtinere nō ...

## ¶ Loci Biblici.

...dentia à Deo eſt, 1. *Par.* 22. 12. *Luc.* 1. 17. *Roman.* 8. 6. piis o... ...neceſſaria, *Matt.* 10. 16. 1. *Petr*, 4. 7. ſed paſtoribus maxime, 1. ...& ſenibus, *Tit.* 2. *v.* 2. 5. in loquendo neceſſaria, *Prou.* 13. 3. &

...dentia carnis & mundi damnatur, *Prouer* 3. 5. *Eſa.* 28. 14. 1. ...1. 19. *Rom.* 8. 6. & 12. 16. Prudentiæ carnis argumenta, 2 *Petr*,

...dens Dauid in omnibus. 1. *Sam.* 18. 14. Prudentes & ſimplices ... *Matth.* 16. 16.

## ¶ Sententiae Biblicae.

...mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconde... ...ſte, vt audiat ſapientiam auris tua, inclina cor tuum ad co... ...dam prudentiam. Si enim ſapientiam inuocaueris, & in... ...ris, cor tuum prudentiæ, ſi quæſiueris eam, quaſi pecuni... ...ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Do... ...ſcientiam Dei inuenies: quia Dominus dat ſapientiam, & ...eius prudentia & ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & ...gradientes ſimpliciter, ſeruans ſemitas iuſtitiæ, & vias ſan... ...cuſtodiens. Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium, & æ...tem, & omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor ..., & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & ...tia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine, qui per... ...loquitur. *Prou.* 2.

...tus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. ...or eſt acquiſitio eius negotiatione auri, & argenti primi, & pu... ...fructus eius. Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia, quæ de... ...tur, huic non valent comparari. *Prou.* 3.

...ſapientiæ, Soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. ...

...i non eſt gubernator, populus corruet ſalus autem, vbi multa ...ilia. *ibid.* 11.

...ſtutus omnia agit conſilio: qui autem fatuus eſt, aperit ſtulti... *ibid.* 13.

Melior eſt ſapientia quam vires, & vir prudens, quam fortis, *Sa*...*pient.* 6.

Etſi videris ſenſatum, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius ...terat pes tuus. *Eccl.* 6.

Seruo ſenſato liberi ſeruient. & vir prudens & diſciplina... ...non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur. *ibi*...*dem.* 10.

Verba autem prudentum ſtatera ponderabuntur, in ore fatuorū cor illorum, & in ore ſapientum os eorum. *ibid.* 21.

Filii enim huius ſeculi prudentiores filiis lucis, in generatione ſua ſunt. *Luc.* 10.

Prudentia carnis mors eſt.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Qui ſine ſaluatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non ſanus ſed æger, non prudens, ſed ſtultus, in ægritudine aſſidua laborabit, & in cæcitate noxia demēs & ſtultus permanebit. *Aug. libr. de ciuit. Dei & habetur 26. q. 3. can. Qui ſine.*

Fratres chariſſimi, non ſolum ſilentium tenere debetis in eremo, ſed prudentiam rapere feſtinate. Prudentia enim vobis neceſſaria eſt, quia docet, quid fugiendum, & quid tenendum ſit. Prudentia docet te, vt non ſuperbies, nec mireris de rebus tranſitoriis, cum ſint caducæ, & ea quæ poſſides, tanquam aliena poſſidere aduertas. Prudentia docet te, vt quæ non potes perpetuo tenere fructuoſe, permittas abire. Prudentia docet te, vt in cunctis idem ſis, tam in proſperis, quam in aduerſis: ſicut manus, quæ eadem eſt, & cum in palmam extenditur, & in pugnum reſtringitur Ita te docet quomodo reprehenſibilis ſit nimia laudatio gloria & immoderata vituperatio illa quidem adulatione, ſed iſta ſuſpecta malignitate. Prudentia teſtimonium veritati, non amicitiæ reddit, prudentia cum diſcretione promittit, & promiſſum accelerat, & amplius, quam promiſit, præſtat. Prudentia docet, quomodo præſentia ordines, quomodo præteritorū, recorderis, & quotidie futura prouideas. *Idem ad Eremitas, in ſer. de prouidentia.*

Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, quia prudentia abſq; bonitate malitia eſt, & ſimplicitas abſque ratione ſtultitia nominatur. *Hier. ſuper Oſeam.*

Promptius nos iuſto viro: quam prudenti committimus. *Ambr. lib.* 2. *Offic.* 8.

Animalia prophetica, & in circuitu, intus plena oculis eſſe memorantur. Quiſquis enim exteriora ſua honeſte diſponit, ſed interiora negligit, in circuitu oculos habet, ſed intus non habet. Sancti vero homines ſemper & exteriora ſua circumſpiciunt, vt bona de ſe extra præbeant fratribus: & interiora ſua vigilantia attendunt, quia ſe irreprobabiles interitus iudicis obtutibus parant, ideo in circuitu oculos & intus habere perhibentur. *Idem lib.* 29. *Moral.*

Sicut quibuſdam viſum eſt, vt de primis quatuor virtutibus loquar, Prudentia, Temperantia, Fortitudine, & Iuſtitia, quando perfectæ ſunt ſingulæ tunc ſibi ſunt coniunctæ, diſiunctæ autem perfectæ eſſe nequaquam poſſunt: quia nec prudentia vera eſt. quæ iuſta, & temperans, & fortis non eſt: nec temperantia perfecta, quæ prudens, fortis & temperans non eſt. *Idem lib.* 22 *Moral.*

Menſuretur perfectorum fidelium vita per quadrum, & tantum habet ſpiritualia atrii latus vnum, quantum latera ſingula, quia vnuſque tantum Prudens eſt, quantum Temperans: Fortis & Iuſtus: tantum Temperans, quantum Prudens, Iuſtus, & Fortis fuerit. *Idem ſuper Ezech. part.* 2. *hom.* 10.

Scopulus ille vitandus eſt, vbi alter offendit. Pecora ipſa vitare norunt, quæ ſe læſiſſe cognoſcunt: itinera illa non repetunt, vbi in foueam corruerunt: tenaces laqueos auis capta declinat, retia auis ſuſpecta non incidet, & omnia, quæ poſſunt habere contraria, faciliter caſus aſſumeret, ſi curam ſalutis propriæ non haberet. *Iſid. lib.* 4. *epiſt.*

Sapiens dictus à ſapore, quia ſicut guſtus eſt aptus ad diſcretionem ſaporis ciborum, ſic ſapiens ad dignoſcentiam rerum atq; cauſarum. *Idem lib. Etymologiarum.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Aeſchylus.

Ἃ δεῖ παρὼν φρόντιζε, μὴ παρὼν ἀπῇς.
Ὁ χρήσιμ' εἰδώς, οὐχ' ὁ πόλλ' εἰδώς, σοφός.

Qua

*Quæ opus eſt præſens diſpice, ne præſens abſis.*
*Qui vtilia nouit, non qui multa nouit, ſapiens eſt,*

Menander.

Ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστ' ἀεί.
*Bonum maximum prudentia eſt ſemper.*
Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
*Viri character ex ſermone cognoſcitur,*
Ἂν εὖ φρονῇς, τὰ πάνταγ' εὐδαιμονήσῃ.
*Si bene prudens ſis, omnibus fortunatus eris*
Ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι πράσσοντες καλῶς.
*Nonnulli non prudentes ſunt agentes bene.*
Ἔμφρων πεφυκὼς φεῦγε τὴν πανουργίαν.
*Prudens natus fugo malignitatem.*
Νοεῖν γάρ ἐστι κρεῖττον ἢ σιγὴν ἔχειν.
*Intelligere enim eſt melius quam ſilentium habere.*

Pythagoras.

Μὴ δ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.
Ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι.
Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
*Ne imprudenter teipſum habere circa aliquid aſſueſce.*
*Sed cognoſce quod mori fato conſtitutum eſt omnibus.*
*Pecunias vero interdum acquirere velis, interdum perdere.*
Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
*Conſule ante opus ne ſtulta fiant.*
Πρῆσσε δὲ ταῦτ' ἃ σε μὴ βλάψῃ, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
*Fac autem ea quæ te non lædant, ſed cogita ante opus.*

Periander.

Ὃ ἂν ὁμολογήσῃς, ποίει.
*Quod vtiq; fateberis, fac.*
Πρᾶττε ἀμεταμέλητα.
*Fac non pœnitenda.*

Bias.

Νόει καὶ πρᾶττε,
*Cogita & deinde fac.*

Sophocles in Aiace.

Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.
*Homines enim malæ mentis bonum præ manibus*
*Habentes non cognoſcunt, antequam amittatur.*

Plautus in Perſa.

*Si quam rem accures ſobrie & frugaliter,*
*Solet illa recte ſub manus ſuccedere.*
*Atque ædepol ferme, vt quiſq; rem accurat ſuam,*
*Sic ei procedit.*

Virg. Aeneid. lib. 1.

*Ac veluti populo in magno cum ſæpe coorta eſt*
*Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus,*
*Iamq; faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:*
*Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte virum quem*
*Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant:*
*Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Virg. lib. 12.

*Quantam ipſe feroci*
*Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt*
*Conſulere, atque omnes metuentem expendere caſus.*

Ouid. Metam. lib. 13. fab. 1. verba Vlyſſis contra Aiacem.

*Tibi dextera bello*
*Vtilis, ingenium eſt, quod eget moderamine noſtro.*
*Tu vires ſine mente geris, mihi cura futuri eſt.*
*Tu pugnare potes, pugnandi tempora mecum*
*Eligit Atrides: tu tantum corpore prodes,*
*Nos animo quantoque ratem qui temperat, anteit*
*Remigis officium, quanto eſt dux milite maior,*
*Tantum ego te ſupero.*

Homer. Odyſſ. ω.

Καὶ πολιοί περ ἐόντες ἀναγκαῖον πολεμισταί.
*Aetas cana quidem, ſed non idonea bello.*

Borbonius Poeta.

*Spernit turpe lucrum prudens, ædeſque ſuperbas,*
*Spernit inauratas marmoreaſque trabes.*
*Spernit ebur, gemmas argentum, aulæa, tapetas,*
*Spernit opes vaſtæ luxuriemque domus:*
*Spernit odoratas veſtes aureoque trilices,*
*Spernit delicias, Cypris, amorque tuas.*
*Spernit compoſitæ damnoſa impendia menſæ,*
*Spernit res, hodie quas rude vulgus amat.*
*Spernit inuidiam ſceleratæ murmura linguæ,*
*Spernit clamoſi iurgia vana fori.*
*Omne malum (breuiter) prudens ſpernitque fugitque*
*Virtutemque bonæ gaudia mentis habet.*
*Contemptuſque vna hac mortaleis ridet honores,*
*Inque humili patiens neſcit egere caſa.*
*Omnia fert: & ſe caſus componit ad omneis.*
*Quod loquitur lingua, pectore ſentit idem.*

## ❡ Philosophicæ Sententiæ.

Rerum omnium alia abſolute quodam modo ſe habent, vt terra, & cœlum, & aſtra: alia erga nos modo quodam affecta ſunt, vt bonum, malum: eligendum, fugiendum: voluptas, dolor. Vtrumque ratio complectitur. Superioris generis ſcientia eſt, & contemplandi: ex altero, quod videlicet nos reſpectat, deliberandi facultas oritur, & agendi: huius virtus eſt prudentia, illius vero ſapientia, à ſapientia autem differt prudentia in eo, quod à contemplandi genere aſſiduis affectionibuſq; agitatum, conuerſione & reſpectu quodam ſui ad ſecundum rationem prudentia ſubſiſtit. Quapropter prudentiæ fortuna eſt opus, ſapientia vero ne conſilio quidem eget ad ſuum finem conſequendum: in æternis enim, & eodem modo ſemper ſe habentibus verſatur. Et quemadmodum Geometria non conſultat, vtrum triangulos ternos angulos habeat duobus rectis æquales, ſed nouit (ſunt enim conſilia earum rerum, quæ alias aliter ſe habent, non autem firmarum atq; immutabilium) ſic mens contemplatiua prima ſtabilia, vnam, ſempiternamq; naturam habentia, nulliſq; obnoxia mutationibus, exercens, à capiendo conſilio libera eſt. At prudentiam in rebus errorum, ac turbulentiæ plenis immeriam, ſæpe cum fortuitis miſceri neceſſe eſt, & conſultatione in rebus dubiis vti, & vbi conſuluerit iam agere, irrationabili quoq; aſſiſtente atq; præſente, & ſimul à iudicis tracto.

Circa bonum, prudentis quadrupliciter ſe gerit, cum aut adipiſcitur bona, aut tuetur, aut adauget, aut prudenter vtitur. Hi prudentię aliarumq; virtutũ ſunt canones, quibus ad vtramq; vtendum eſt fortunam. *Plutarch. in l. de morali virtute, quid differant inter ſe ſapientia & prudentia.*

Porro prudentia quidem non tam corporum quam rerum eſt inſpectio, priuſquam ipſas res homo aggrediatur, vt quarum rerum eſt inſpectio, priuſquam ipſas res homo aggrediatur, vt quam commodiſſime eas obuias, & quaſi incedentes excipiat, proſpicit enim futura. Siquidem corpus anteriori ſolum parte oculis præditum eſt, poſteriori vero omnino cœlum. Cognitio autem præteritorum que memoriæ beneficio conſpicit. Hic enim eſt ille ſcriba, qui ſemper intus manet & reſidet, vt Plato inquit: hæc eſt animæ particulæ inſtrumentum, quod res tranſeuntes apprehendit, continet illas, & circulum facit, id quod præteriit reflectens, vt cum præſenti agatur, non permittens, vt in infinitum abeat & in natura non conſiſtat, neq; cognitione comprehendatur. *Idem in lib. de viſu & prænotio futurorum.*

Prudentiæ eſt, futuram iniuriam præcauere: indolentiæ vero quod factum eſt non vleiſci. *Democritus.*

Prudentia virtutum princeps eſt, reliquiſq; omnibus virtutibus ipſarum ordinem modum, & occaſionem in præſentia, tanquam oculus quidam mentis vndequaque luciidiſſimus, oſtendit. Generatur ergo hæc primum à ſincera perfectaq; mente, atque ſic genita in ipſam mentem intuetur, à qua perficitur, modumque & exemplar inde ſibi pulcerrimum omnium ſuarum actionum habet. Quod ſi quæ nobis etiam cum diis intercedit communitas, ea maxime virtutis huius gratia conſiſtit, & per hanc inprimis ipſis aſſimulantur. Huius beneficio bona & vtilia, honeſta & turpia diſcernimus, facta que conuenientia iudicamus, ac emendamus. Denique, vt paucis omnia complectar, gubernatrix eſt hominum, & omnis inter ipſos conſtitutionis princeps. Quin etiam ciuitates & familias, priuatumque ſingulorum vitam, ad exemplar diuinum referens, qua poteſt optima ſimilitudine, depingit, hoc delet, illud inſcribit, vtrobique aſſimulationis modo ſtudens. Merito igitur Deo ſimiles facit ſui poſſeſſores prudentia. *Iamblich. in epiſt. ad Asphalum.*

Prudens vir ad vitam quaſi viam quandam, non pretioſius viaticum, ſed quod magis neceſſarium eſt, comparat. *Crito.*

Prudenter facta, tanquam in vas inane, alias aliis ſuperinicere oportet. *Socrates.*

Prudentia & bona fortunæ ita ſe habent inuicem. Prudentia res eſt rationem habens, & verbis effabilis, ordinata & definita. Fortuna vero neque ſermone recte comprehenditur, neque rationem habet inordinata omnino ac infinita: Illa prior eſt dignitate, & potentia: hæc vtroque poſterior, Solet enim illa gubernare, determinare: hæc vero regi & terminari. Iunguntur tamen aliquando, & ſimul vtraq; conueniunt, vt prudentia ſimul, & bona fortuna. Cæterum oportet ſemper naturam rationalem, & quæ ſermone definiri poteſt, habere quod terminet ac diſponat. Irrationalem autem, & verbis non effabilem, habere opus eſt alteram naturam, à qua definiatur & ordinetur. Eadem enim vbiq; eſt ratio de infinita finiente natura: ſiquidem infinita, vt materiæ & ſubſtantiæ, habentia rationem, terminari & diſponi apta ſunt ab aliis ratione & prudentia præditis, quæ cum artis efficientiſq; cauſæ locum habeant, ordinare ac definire cætera ſolent.

Prudentia eſt quæ res definit, ac infinita diſponit: ideoq; cæterarum quoq; virtutũ dux & mater eſt. Etenim virtutes omnes ad præſcriptum & rationem prudentiæ conſtituuntur. *Damippus Pythagoricus lib. de prudentia & bona fortuna.*

Vir prudens hoc maxime pacto noſcetur: Primum nactus ſit

oportet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ingenium ſolers, memor & laborioſum : deinde ſtatim à …imum exerceat, ratiocinetur, circa mathemata, exactis …ones, & rectam philoſophiam verſetur. Poſtea de diis, & … & vitiis hominum experientiam adipiſcetur. Duo enim quæ prudentiæ habitum gignunt : quorum alterum eſt, vt … diſciplinis & cognitione ſit munita : alterum ſpectacula & … multa, quæ partim ipſummet vnumquemq; ſpectaſſe o- … partim alio modo percepiſſe, Nam neque is, qui mox ab in- …is rationibus, diſciplinis, ac exquiſitis contemplationibus …m exercitauit, ad prudentiam ſat idoneus eſt : neque ille, …m dictorum quidem nihil conſecutus, ſed in multis aliis hi- … rebus experiundo verſatus eſt. Prior enim ad ſingularia …denda cæcum habet animum, alter in vniuerſalium con- …ione nihil videt. Quemadmodum enim aliquis compu- …tibus coniunctis totum ex ipſis reſultans colligere poteſt: …rous quoque ratio quidem ſpeculationem vniuerſalem de- … experientia vero ſingularia iudicat.

…dentia virtus eſt, de rationali parte manans, ad ea, quæ ad ſe- …tendant, conſtituenda idonea.

…us proprium eſt, vt omnia ratione atque conſilio agitentur, …ſulta mature tranſigantur.

… munus eius eſt in conſilio res adhibere, bona malaque …re, & omnia; quæ in humana vita deligenda fugiendaq; … præſentibus omnibus bonis honeſtis vti, bene conſueſcere, …nitates percallere, ſermone & opera ſagaciter vti, rerum … vtilium habere experientiam & memoriam. Prudentiæ … ſtultitia & dementia. *Archytas Pythagoræus in l. de viro … felice.*

…ouidendo prudentia appellata eſt. *Cic. l. 1. de leg in fin.*

…tos eos appello, quorum celeriter mens verſatur.

…dentia conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarum. *idem … de nat. deor.*

…dentes poſſumus dicere prouidentes. *idem l. 1. de diuin.*

…dentia eſt calliditas, quæ ratione quadam poteſt habere de- … bonorum & malorum. Dicitur etiam prudentia ſcientia cu- … artificii, & appellatur prudentia rerum multarum memo- …tiusquamplarimorum negotiorum.

…dentiæ partibus vtemur in dicendo, ſi commoda cum incom …conferemus, cum alterum ſequi, vitare alterum cohorte- … *idem Rhet. nouorum lib. 3.*

…quam incipias conſulto, vbi conſulueris, mature facto opus … *Salust. in Catilin.*

…e cuncta prudentes decet. *Lucius Apuleius de Natura …rum.*

…virtutis vſum abſque prudentia vtilem eſſe, nulloſq; qui- …hi fuerint ciues, procul à prudentia poſſe, neque publicis, …atis in rebus boni viri officium præſtare : amicos quoque … efficere prudentia, vt vtiliores miniſtros. *Pogius lib. 2. de … ex Xenophonte traducta.*

… ſicut videtur eſſe fortiſſimus, qui plurimos hoſtium pu- …tepent, ita cum quid eſt perſuadendum, qui plures in ſuam … ſententiam, eloquentiſſimus ac prudentiſſimus æſtimatur. … enim homines, quem in procurandis ſibi vitæ commodis …ciorem putent, huius libenter conſiliis vti, quod & aliis in … & in corpore infirmis ſatis licet perſpici, à quibus ad vn- …ſeruarentur medicorum præcepta. In mari quoque nautas … parere gubernatori; ſic & viatores itinerum peritos ſequi. … lib. 4.

…dentis proprium eſt, examinare conſilia, & non cito fallaci …litate ad falſa prolabi : de dubiis non diffinias, ſed ſuſpenſam … ſententiam, *Sen. 4. de virt.*

…m eſt in alieno malo fugienda intueri, Ruina præcedenti- …cet poſteros, & cautio eſt ſemper in reliquum lapſus anteri- … vitio enim alterius ſapiens emendat ſuum, & ignauus nimis … poſt exemplum inuenitur incautus. Indemnis autem eſt ca- …, quam perſuaſerunt extranei, iuxta illud : Felix quem faci- …ena pericula cautum. *Idem in Prouerb.*

…io eorum, quæ aguntur in bono, eſt prudentia: eorum autem …xercentur in vtilibus vitæ huius exterioris, vt Ariſtoteli pla- … ars. Ars eſt collectio generalium formularum ad vſum ali- … tendentium, quæ vero circumſtantiis ſeu negotiis …tur ( ea ſunt enim περιστάσεις, hoc eſt, locis, temporibus, per- … & eiuſmodi circumſpectionis ſunt, ſeu prudentiæ, quam mul- …icum appellant. Item, ſolis hominibus ingenium eſt, & pru- … *Viues lib. 2. de Anima.*

…titudo vero cum prudentia quidem iuuit, ſine vero hac ma- … habentes læſit. *Iſoc. ad Dem. ſerm. admonitorio.*

Qui prudens eſt, & temperans eſt : Qui temperans eſt, & conſtans … Qui conſtans eſt, & imperturbatus eſt. Qui imperturbatus eſt, … triſtitia eſt. Qui ſine triſtitia eſt, beatus eſt, ergo prudens bea- … eſt. *Senec. epiſt. 86.*

Si prudentiam amplecteris, vbique idem eris, & prout rerum … temporis varietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te in … quibus mutes, ſed potius aptes : ſicut manus, quæ eadem eſt, … in palmam extenditur, & cum in pugnum aſtringitur. *idem … de quatuor virtutibus.*

Prudens, ſi terminos ſuos excedat, callidus inueſtigator latentium, & ſcrutator qualiumcunque noxarum oſtenditur, malus, faſtu plenus, verſipellis, & ſimplicitatis inimicus, commendator eſt culparum, & poſtremo vno nomine, à cunctis malus homo vocabitur. In has ergo maculas prudentia immenſurata perducet.

Si prudens fuerit animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur; præterita cogita, præſentia ordina, futura prouide. Vnde Ariſtot. Alexandrum admonet, vt prædeceſſorum acta ad memoriam reducat. Inquit enim : Annales patrum diſcute, inde poteris bona exempla extrahere, quia acta præterita dant certum documentum in futuris. *idem lib. de benef.*

Nihil eſt hominis prudentia dulcius, aut ſagaci ac bona mente melius. *Cic. in Tuſcul.*

Non poteſt eſſe iucunda vita, à qua abſit prudentia. *5. Tuſculanarum.*

Omnibus artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes, qui cuique artificio præſunt, debent habere. *5. de Finib.*

In prudentia duo vitia vitanda ſunt, vnum, ne incognita pro cognitis habeamus, hiſque temere aſſentiamus. Quod vitium effugere qui volet ( omnes autem velle debent adhibebit ad conſiderandas res ; & tempus & diligentiam. Alterum eſt vitium, quod quidam nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras atque difficiles conferunt, caſdemque non neceſſarias. *1. officiorum.*

Vt quiſq; maxime perſpicit, quid in quaq; veriſſimum ſit : quique acutiſſime & celerrime poteſt & videre & explicare rationem, is prudentiſſimus & ſapientiſſimus rite haberi ſolet. *ibid.*

Prudentes quidem ex eo videntur eſſe, quod recte conſilium in iis capere poſſint, quæ è re ſua ſint, quæq; non aliqua ex parte, ſed omnino ad bene viuendi rationem pertinent, *Ariſtot. libro ſexto, Ethic. cap. 5.*

Ob eam cauſam Periclem, cæteroſque tales homines prudentes exiſtimamus, quod ſuæ aliorumq; vtilitati conſulere poſſunt : quo etiam ex genere eſſe rei familiaris, reique publicæ adminiſtrandæ vſu peritos, arbitramur. *ibid.*

Neceſſe eſt, prudentiam animi eſſe habitum, vera cum ratione coniunctum, qui vim habeat ad ea gerenda omnia, quæ ad vitam degendam pertinent. *ibidem & libro 1. Magn. Moral. capite 34.*

In quibuſdam belluis prudentiam ineſſe dicimus iis, quæ vi quadam præditæ ſunt ea prouidendi, quæ ad vitam degendam pertinent. *Lib. 6. Ethic. cap. 7.*

Cum animi partes ſint duæ rationis participes : in altera inſit prudentia neceſſe eſt, ea ſcilicet, in qua vis eſt opinandi. In iis enim quæ ſecus cadere poſſunt, & opinio verſatur, & prudentia. *Lib. 6. Ethic. cap. 5.*

Iis in rebus prudentia cernitur, quæ hominum ſunt vitæ neceſſariæ, iiſque omnibus, quæ in deliberationem cadunt. *Libr. 6. Ethic cap. 7.*

Prudentis dicimus eſſe maxime proprium, bene deliberare. *ibidem.*

Omnino is homo conſultus dicitur, qui ratione poteſt, quod homini ſummum bonum agendum ſit, exquirere.

Prudentis prudentiæque eſt optima exoptare : atque ſemper deligere, ac agere. *Lib. 1. Magn. Moral. c. 34.*

Non in vniuerſis modo rebus prudentia verſatur, ſed notæ etiam eſſe debent res ſingulæ, cum in agendo poſita ſit, & in rebus ſingulis omnis actio perfecta conſiſtat. *Lib. 6. Ethic. c. 7.*

Prudentia, cum per ſe ſolaque eſt, neutiquam perfecta eſt. *Lib. 1. Mag. Moral. c 2.*

Percipit prudentia, cum ei ſit propoſitum, quid agendum aut non agendum ſit, videre. *Lib. 6. c. Ethic. c. 10.*

Si non ob has cauſas prudentia requiratur, vt ſciamus, quæ recta ſint, ſed vt fiamus probi : profecto vſus illius iis quidem, qui iam boni ſunt, nullus futurus eſt. *Lib. 6. Ethic. c. 12.*

Nec ſine prudentia quiſquam veræ probitatis, nec ſine virtute, quæ more perficiatur, prudentiæ nomen obtinere poteſt. *Lib. 6. Ethic. c. 13 & lib. 2. Mag. Mor. c. 3.*

Si prudentia vna ad ſit, iam continuo vna cum ea omnes virtutes aderunt. *ibid.*

Prudentes eoſdem cautos, callidos, verſutoſque dicimus. *Lib. 6. Ethic. c. 12.*

Ex eo prudens aliquis & doctus euadit, quod in eius animo virtus, quæ more perficitur confirmatur. *Lib. 7. Ethic. c. 3.*

Prudentia eſt virtus intelligentiæ, & rationis, per quam in conſulendo delectus haberi poteſt bonorum & malorum, quæ pertinent ad felicitatem. *Lib. 1 Rhet. c. 9.*

Recte prudentia, ſcientia, & opinio vera percipit; non recte, eorum contraria. *Lib. 3. de Anim. c. 3. T. 152.*

Prudentia quidem prædita ſunt animantia ſine docilitate, ea nomina, quæ ſonum audire nequeunt : vt apes, & ſi quod tale eſt genus animantium. *Lib. 1. Maior. Metaphyſ. c. 1.*

Res tractat prudentia iuſtas illas quidem & honeſtas, quæque nominis bona ſunt : quas ſane boni viri eſt gerere. *Lib. 6. Eth. c. 12.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæ proprie appellatur virtus eſſe ſine prudentia nullo modo poteſt. Itaque omnes virtutes prudentiæ nomine appellant. *Lib.6 Ethic.c.13.*

Quod Socrates virtutes prudentias putauit eſſe, errauit: quod autem eas non ſine prudentia cenſuit, præclare dixit. *ibid.*

Prudentia vna virtutum, eius propria eſt, qui imperat, quoniam reliquæ eis, qui præſunt, communes ſunt, cum iis, qui in eorum ſunt imperio. In eo autem qui paret, non prudentia, ſed vera tantum eius opinio deſideratur. *Lib.3. de Repub.c.3.*

Non poteſt quiſquam, qui non idem bonus ſit, prudens eſſe. *Lib. 6. Ethic.c.12.*

Sunt & ciuilis ſcientia & prudentia iidem animi habitus: iiſdem autem non eſt vis eadem: neque natura. *Lib.6. Ethic.c.8.*

Non eſt credibile virum prudentem reſpuere beneuolentiam exploratam, ſed maxime obſeruare. *Herodot.l.7.*

Vir ita demum fuerit optimus, ſi in deliberando quidem, omnem rem, quamcunque pati poſſit, reputans extimeſcat, in re autem agenda ſit audax. *idem eod.lib.*

Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. *Liu. Decad.3.l.10.*

Qui de malis minimum eligit, is prudens habetur, quiq; non ita ſpe deiicitur, vt vnico decreto ſuas ſpes omnes deſerat. *Fr.Guicciardin hiſt.lib.15.*

Hominum eſt prudentia præditorum amicis inimicitias condonare: contra, ſtultorum & barbarorum eſt, amicos cum inimicis tollere. *Dionyſ Hal l.5.*

Homines, qui alios antecellunt prudentia, quam longa ætas longa adfert experientia, antequam rem aggrediantur euentum eius ſpectandum putant, non alterum tantum quem ſibi aptant, ſed eum etiam qui præter omnem expectationem accidere poteſt. *lib. 7.*

Prudentes, & Reipubl. adminiſtrandæ periti, publica commoda priuatis ſimultatibus potiora ducunt. *l.11.*

Prudentium eſt hominum, & eorum, qui religionem ac Deum rite colunt, pullulantis belli cauſas, præſertim cum amiciſſimis, protinus incidere. Contra vero imprudentium ac Deum ſibi maxime iratum querentium, tumultus occaſionem excitare. Pacem enim ſoluentibus arma ſumere nulla eſt mora, quando ſtudia perverſiſſima vel infirmo hominum generi facilia factu rerum natura vult: bellum vero ſemel ingreſſo ad pacem rurſus inclinare homini nequaquam facile exiſtimo: *Procop. de bell. Perſ.l.2.*

Solent qui difficultates & infortunia quandoque euaſerint, prudentia hos longe ſuperare qui nondum fuerunt infelices. *idem, de bell.Goth.lib.2.*

Hominum eſt vere prudentium, non modo fines ipſos, ſed etiam principia rerum expendere, temerariaque reiicere conſilia. *Fr.Guicciardin.hiſt.lib.3.*

Prudentes viros decet ex occaſionibus fructum decerpere. *Idem, lib. 4.*

Non eſt compendioſior via, quam earum rerum quarum videri vis prudens, habere prudentiam. Quod ſi de iis ſingillatim conſideres, facile cognoſcas dici abs me vera: nam ſi videri velis bonus agricola, qui non ſis bonus: aut eques, aut medicus, aut tibicen, aut aliud quippiam: cogita quot ſint machinanda tibi quo videaris talis. Quod ſi tuo perſuaſu & te multi laudent, quo authoritatem adipiſcaris, & in eorum ſingulis bona ieceris fundamenta, tum in præſentia deciperis, tum paulo poſt vbi de te factum fuerit periculum, qualis ſis arguêris, tum oſtentator præterea appareas. *Xen. de pædia Cyri.l.1.*

Videntur mihi erratis homines interdum prudentiores euadere, præſereim ſi peccatis erudiantur. *idem, de reb geſt. Græc.l 6.*

Nequaquam iniuſtum eſt, eum, qui in periculo magno verſatur, ſeſe munire, & ſuæ vtilitati conſulere. *Thucyd.l.1.*

Vt quiſque aliqua in re minime peccat, ita maxima ex ea vtilitas ſequitur. *idem, eod.l.*

Oportet quæ diuinitus, neceſſario: quæ ab hoſtibus proficiſcuntur, fortiter, ferre, *idem, l.1.*

Plerunque felix eſt prudentia. *idem, l.6.*

Nemo temere cuilibet fidem habere debet: nec propter rerum ſucceſſum inſoleſcere, ſed cuncta expectare quæ hominibus accidere poſſunt. *Polyb.hiſt.l.8.*

Nemo bonus vir imperii cupiditate tenetur, ſibiue grauium negotiorum curam exoptat: & in huiuſmodi re expedit munus impoſitum conſiderate ſubire, vt tuto idipſum liceat exequi. Multoties etenim temeritas in ſe aliquid recipienti: præpropera in rebus agendis damnum affert: contra accurata conſideratio ab initio adhibita, in actionibus perdurat, omnibuſque emolumento cedit. *Dion.lib.36.*

Non facta modo eorum qui iniuriam nobis inferre conantur, ſed conſilia quoq; nobis defendenda, & præuenienda ſunt, antequã cum noſtro damno creſcant: neque acceptum demum maleficium vlciſcendum eſt. *idem, lib.38.*

Duo hæc, cum qui ſuæ ipſius incolumitatis curam geret obſeruare conuenit: vnum, vt negotio præfectus, difficultatem eius à ſeſe remoueat: alterum, vt rei bene geſtæ nomen reſeruet. *idem libro. 49.*

Prius, quam incipias, conſulto, & vbi conſulueris, mature facto opus eſt. *Salluſt. de coniur. Catil.*

Negotiis difficillimis ſæpe diſpoſitio tempeſtiua profecit, & ſtatum mutantium rerum recto conſilio in bonam partem accepto aliquoties diuina remedia repararunt. *Amm. Marcell.lib.16.*

Præſentibus vti bonis præſtat, quam fugientia quærere. *Procop. de bell. Perſ.l.1.*

Securum antequam pericula veniant cogitare quid agendum, denique magnopere profecerit in rebus obeundis temporis vtiopportunitate, *idem, de bello Vandilic.l.1.*

Periculum ſibi aliunde præmiditatum prænouerat, quum protinus queat inſidias declinare, & præſens vtcunq; propulſare diſcrimen, vt in poſterum occurſuris conſideratius queat ſe cooptare: profecto maiori ſæuitiæ adſcribetur, ſi tum primum tormenta ingeſſerit, & non potius ſua ſit poteſtate contentus, qua contra poſſit, quum velit, malum inferre. At vbi conſilia ſunt ad rem ipſam deducta, & ad opem ferendam nihil ſit temporis reliquum, ſed e veſtigio ſint omnia peritura, & cum omnium communi ſalute demātur etiam huius ſpes omnis recuperandæ, hic nimirum ſapientibus celeritas eſt præeligenda, ac nequid indecentius patiantur, maxime procurandum. *Agath.hiſt.l.4.*

Minus proſperos rerum euentus, qui vel fortuna fiunt, vel manuum debilitate atque ignauia, tutior forte & prudens aliqua cogitatio, & quæ coaptare caſibus ſe nouerit, in ea transferre, quæ expediant, poterit: & ſi quid peccatum eſt confeſtim ſarcire. Verum vbi mens labat & facile fallitur, ne ea quæ in rem ſint internoſcat, ſi eorum quæ in conſultius fiunt aliquid acciderit, videntur tibi deſumpſeris, quod ſit ſaluti futurum, & præſens reuocare periculum queat, ſi forte præcipuum illud, quod hæc omnia parit, auertatur. *idem, lib.5.*

Eſt prudentiæ, impendentes præcauere calamitates: & ſi quid nouandum eſt ad grauiora mala auertenda, non cunctari. *Niceph. Greg.hiſt lib.5.*

Oportet eos qui citra periculum velint viuere, occurrere malis impendentibus: & ſi in præſentia creſcentis plantæ radicem facile præcidere poſſis, non eſt cunctandum, neque expectandum, vt acceptam iniuriam vlciſcaris, cum aduerſarii male cogitantis conatum opprimere liceat. *idem, eod.l.*

Irritæ ſunt vires omnes ſine prudentia. *G.Pachymer.hiſt. libro nono.*

Inſignis eſt prudentia, quod non facere non poſſis, id ſic facere, vt libenter feciſſe videaris. *idem, eod.l.*

Super arduis rebus diu, multumq; & grauiter eſt deliberandum, vt quod honeſtiſſimum eſt & æquiſſimum amplectamur. Sed imprimis interpellandus eſt Deus atq; rogandus, vt quod optimum eſt nobis ſuggerat, *Ph.Cominæus, lib.8.*

Tueri tua prius eſt atq; præſtantius, quam aliena cum periculo appetere. *P.Iouius, hiſt.lib.14.*

Alios iuſtum duco idem facere (dicebat Hermocrates) quod ego facio: videlicet vt quantum cedere æquum eſt, id ſponte potius faciant, quam deinde hoſtium armis coacti. *Thucyd.l.4.*

Si qui errores hoſtium diligenter obſeruat, & occaſione capta ſuis copiis recte hoſtem adoritur, neque vires ſuas temere obiectat, aut aperte hoſtibus opponit, ſed his pro præſentis temporis opportunitate vtitur: his plærunq; rem præclariſſime gerit, & huiuſmodi in bello doli ſummam gloriam conſequuntur, quibus & hoſtes maxime decipiuntur, & ſocii atque amici præcipue iuuantur. *idem, lib.5.*

Rumoribus ſtant hominum ſententiæ, & magis terrorem incutit, vt inuadere volenti prior occurras, quam vt te repugnaturum ſignifices, quum ſe ille pari in diſcrimine ſic fore exiſtimet. *idem, lib.6.*

In bellicis difficultatibus, quanta diligentia fieri poteſt providendum, vt potius in nocendo aliquid omittatur, quam cum aliquo detrimento militum noceatur. *Cæſ l.6. de bell Gal.*

Neque prudentes ſuſpicari oportet ſibi parum credi, neque improbos ſcire ſe timeri: quod illis licentiam timor augeat, aliis ſtudia deminuat. *idem, lib.2. de bell.ciuili.*

Loco ſapientiæ eſt alienam ſtultitiam operiri, & quiete imminentem hoſtem prudentia ruentem. *Tacit.hiſt l.2.*

Timorem diſſimulare & profiteri, ſi modo ſuo id tempore fiat, quam multo erexit, & ad meliorem traduxit fortunam. Strenue vero factorum celebritas his quidem, qui importunæ hæc geſſerint, ad ſeruitutem proculdubio eſt ignominiam conceſſura. *Procop. de bell.Goth.l 1.*

Fugere hoſtem qui damna ſit ingeſturus, nullum profecto ingens dedecus cedit: qui vero ſeſe in promptiſſimam calamitatem ingeſſerit, vel ſi incolumis fiat, dummodo res ita eueniat, temerarius eſt proculdubio & dementiæ incuſandus. Strenuus vero & generoſus habebitur, ſi cum neceſſitas cogit, virilem ſe præbeat. *idem, de bell.Goth.l.2.*

Tyrones legendi ſunt de temperatioribus plagis, quibus & copia ſanguinis ſuppetat ad vulnerum mortiſque contemptum, & non poſſit deeſſe prudentia, quæ & modeſtiam ſeruat in caſtris, & non parum prodeſt in dimicatione & in conſiliis. *Veget. libro primo, cap.2.*

Ferre

...ultorum hominum delicta, magnæ prudentiæ eſt atque ... Quod ſi quis omnibus ſceleribus iuſtas & debitas pœnas ... certè magnam partem hominum breui temporis ſpa... perdidiſſe. *Xiphilin.Cæſ. Aug.*

... partem exiguam ſemper luctificum & cruentam, vt ... ſecurus: ac prudenter reputa, medelarum quoque ar... nonnunquam & ſecare, & partes corporum amputare ... liceat vti integris, hocque beſtias factitare, quæ quum ... maximopere capiantur, illud propria ſponte amit... poſſint impauidæ. *Amm. Marcell. lib.17.*

¶ APOPHTHEGMATA.

... interrogatus, quid eſſet prudentia? Animæ (reſpondit) ... *Stob. ſerm. de prudentia.*

... Vt nauis vacua, inquit, inſtrumentis conuenientibus: ſic ... prudentiæ affectibus munienda eſt atque inſtruenda, *Stobæus* ...

... Nec equo, inquit, ſine freno, neque diuitiis ſine prudentia ... vti poterit. *Eodem ſerm.*

... Soli prudentiæ, tanquam conſultiſſimo tutori, vt vitam ... maxime iuuentutem credere conuenire, dicebat. *Exod.* ...

... ſciſcitatus, Quinam prudentes eſſent? Qui non facile de... reſpondit. *Eod. ſerm.*

... adhortabatur ſubinde ſuos diſcipulos, vt hæc tria in omni ... pararent, vt in animo ſcilicet haberent Prudentiam in lin... ... & in vultu Verecundiam. *Max. ſerm.41.*

... Conſidera, inquit & poſtea rem aggredere. Item: Aggre... ... agenda, aggreſſus age conſtans. *Laert.*

...*nder*, Ea facito, inquit, quorum non te pœniteat. *Laert.*

... dicebat, ſapientiam & prudentiam, quæ nihil ad... ..., omnium rerum eſſe digniſſimam & pretioſiſſimam. ...*rm.3.*

...*nder*, quærenti, quid in minimo maximorum eſſet, reſpon... ... cogitationes animæ in corpore humano, *Stobæus* ...

...*ibius*, prudentia, inquit, virtutum princeps eſt, reliquiſq; ... ſtatuitur, atque ipſarum ordinem, modum & occaſionem ... tanquam oculus quidam mentis vndequaque lucidiſ... ... dit. &c. Tandem addit, prudentia ſui poſſeſſores efficit ... *Stob. ſerm. de prudentia.*

... Prudens vir, inquit, ad vitam, quaſi ad viam quandam, ... viaticum, ſed quod magis neceſſarium eſt, compa... *ſerm.*

... dicebat, prudentiam tanto cæteris virtutibus antecellere, ... cæteris ſenſibus præſtaret viſus. Nam oculi prælucent toti ... nec vlla eſt virtus abſque prudentia. Nam quomodo iuſtus ... cuique ſuum, niſi prudentia commonſtret quid cui debe... *Laert. lib.4.c.7.*

...*ſthenes* dicere ſolebat, Tutiſſimum eſſe murum prudenti... ... nec collabitur nec proditur. Nulla quippe mœnia ſunt ... quin machinis aut ſuffoſſionibus aut vallorum pro... ... capiantur. Prudentis autem decreta ſunt inexpugnabilia. ... *lib.6.c.1.*

...*crates* dicebat: virum frugi & prudentem debere Præterito... ... meminiſſe, agere Præſentia, Futura cauere. *Stobæus ſermo-* ...

...*geſilaus* cum pugnaretur apud Mantineam, admonuit Lace... ..., vt cæteris omiſſis omnibus in vnum Epaminondam in... ... vim prælii, dicens, ſolos cordatos milites authores eſſe ... Quod cum feciſſent, victoriam nacti ſunt. Hac voce con... Ageſilaus incolumitati ſuorum, qui fuerant ſine dubio ma... ... perituri. Simul illud docuit, in bello plus habere mo... ... vnum vere prudentem, quam turbam imprudentum. *Plut. Lacon. apoph.*

...*rchidamus* cum bello Arcadas ſuperaſſet, ob id laudatus à quo ...: Præſtantius erat, inquit, ſi illos prudentia quam viribus ſu... ... *Plut in Lacon.*

...*pio Minor* iuuenis etiamnum, tantam habebat opinionem ... & prudentiæ, vt Cato ſenior interrogatus de his, qui ... Carthaginem militarent, in quibus erat & Scipio iunior, Ho... verſu reſponderit:

*Ille ſapit ſolus, volitant alii velut vmbræ.*

De Tireſia dictum eſt apud Homerum Odyſſ. κ. *Plutarch. in a... phthegm.*

*Euripides*: Celebratur illud Euripidis dictum, Vnicum conſili... ... rectum magnam militum manum vincere. Quo prudenter ... monuit non perinde referre quam numeroſum educas exerci... ..., ſed quam cordati ſint exercitus duces. In bello ſiquidem lon... ... plus habent momenti prudentia, ſolertiaque, quam vires conſi... ... expertes. *Eraſ. lib.8. apoph.*

*Gregorius Theologus*. Qui ſerpentis prudentia in malis colum... ... ſinceritati circa bona miſcuerit, is neque prudentiam ſinet ... malignam fieri, neque ſimplicitatem ſtolidam. *Stobæus ſerm. de prudentia.*

*Lycurgus* Lacedæmoniorum Rex, percontanti quam ob cauſam non vterentur legibus ſcriptis: Quoniam, inquit, eruditi qui ſunt beneq; educati, probant quid pro ratione temporis expediat, *Plut. in Lacon.*

¶ SIMILITVDINES.

*Philonis Iudæi.* Sicut noſtris corporibus interitum morbus, incolumitatem vero adfert ſanitas: Sic animas prudentia ſeruat, cum ipſa ſit mentis ſanitas: imprudentia vero interimit, cum ſit morbus. *Lib. de temulentia.*

*Sicut metallorum* omnium optimum atque probatiſſimum eſt aurum: Ita inter animæ virtutes prudentia habetur probatiſſima. *Lib.1. allegoriarum legis.*

*Quemadmodum* ciuitatum certiſſimum munimentum viri fortes ſunt: Ita in vniuſcuiuſque noſtrorum ciuitate, quæ conſtat ex anima & corpore, pro firmiſſimo propugnaculo ſunt cogitationes amicæ prudentiæ *Lib. de ſacrificiis Abelis & Caini.*

*Archytæ Pythagoræi.* Quemadmodum exercitum ducit Imperator, gubernator nauigia, mundum Deus, animam ipſa mens: Sic ipſam felicitatem præſentis vitæ temperat, tegitque prudentia. *Lib. de doctrina morali. Meminit Stob. in ſerm. de virtute, quæ eſt in ordine prima.*

*Auguſtini.* Prudentia te docet, vt in cunctis ſemper idem ſis, tam in proſperis, quam in aduerſis: Sicut manus quæ eadem eſt, & quum in palmam extenditur, & in pugnum reſtringitur. *Ad Eremitas in ſerm de prudentia.*

*Laurentii Iuſtiniani patriarchæ.* Sicut ex fructibus cognoſcitur arbor, ex claritate ac candore aeris ortus ſolis: Ita ex multiplicibus efferatio & qualitas non ſinat nos ſuas claues clauſtris diſparibus coaptare, *In prologo in Pſalm. lib.*

*Arnobii.* Vt non debet ſumere citharam, qui canendi ſit imperitus: Ita non debet imperium ſumere, qui non ſit prudentia præditus. *Plut.*

*Vt cicatrix* admonet cauendum eſſe vulnus: ita memoria præteritorum malorum reddit cautiores. *Plut.*

*Vt cyclops* exoculatus, manus quoquo verſum porrigat, nullo nititur certo ſcopo: Ita magnus rex, cui deſit prudentia, quiduis aggreditur ingenti rerum tumultu, ſed nullo iudicio. *Plutarchus.*

*Fibri Ponti* genitalia ſibiipſis amputant membra in venatu, quod ob hæc ſe peti intelligant: Ita prudentis eſt aliquando obiicere rem ob quam periclitatur. *Plin.*

¶ ADAGIA.

Multorum feſtorum Iouis glandes comedit. πολλῶν πανηγύρεων Διὸς βαλάνων ἔφαγεν.

*De ſene longoq; plurimarum rerum vſu docto, quaſi dicas. Multas vixit Olympiadas.* Er hat viel Oſterener geſſen.

Annoſa vulpes haud capitur laqueo. γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.

*Dicendum in eum qui longa ætate, multaq; rerum experientia callidior eſt, quam vt arte, doliſq; capi queat.*

Eum auſculta, cui quatuor ſunt aures. ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος.

*Monet prouerbium audiendos eſſe illos, qui diuturno complurium rerum vſu, præ cæteris ſapiunt, ita vt fere faciunt ſenes.*

Anus ſubſultans multum excitat pulueris.

*In eos dici ſolitum, qui ob rerum experientiam multum negotiorum aggrederentur.*

Ætate prudentiores reddimur.

*Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerunt, ſed vſu rerum auctam prudentiam, congruet illud Homeri ex Odyſſ.*

Ἐγὼ δ᾽ ἔτι νήπιος ἦα
Νῦν δ᾽ ὅτε δὴ μέγας εἰμί, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
Πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός.

*Eram adhuc puer, aſt vbi iam ſum*
*Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,*
*Ipſeque grandeſcit mihi animus.*

Sine cortice nabis *Horat.*

*Qui iam per ætatem non egent cuſtode morum.*

*In ſenem plurimarum rerum vſu peritum quiq; multa meminerit ſuperiorib. acta ſeculis, quadrabit illud Homeri ex Odyſſ.*

Παλαιά τε πολλά τε εἰδώς.
*Qui antiquaque multaque norat.*

Seneſco ſemper multa addiſcens. Γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

*Significat vſu vitæ, multaque rerum experientia parari prudentiam. Sanerius idem.*

*Diſcipulus eſt prioris, poſterior dies.*

Moderator negotii.

*In eum qui ſcientia & autoritate ſua negotium moderatur, hoc Homeri carmen Odyſſ. ε. conueniet.*

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως.
*Ille ratem clauo ſcite docteque regebat.*

Conſiliis ſimul & facto valens.

*In hominem conſilio pariter & viribus excellentem, conueniet illud Homeri Odyſſ. ζ.*

Οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν ἠδὲ μάχεσθαι.

*Is cuiuſmodi erat, ſeu pugna conſilioue.*

Imperator idem robuſtus miles.

*In eum qui norit idem & aliis imperare quid ſit agendum, & ipſa perſequi quum eſt opus, iuxta Homerum.*

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

*Et iuxta ductor bonus & certamine pollens.*

*Sunt enim, qui Imperatorem agere norunt, ac militem præſtare non norunt.*

A fronte ſimul & occipitio oculatus.

*Quum indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem, aut ſingularem prudentiam, quæ conſtat non præſentium modo ſcientia, ſed & memoria præteritorum, & futurorum perſpicientia, recte verſum Homericum vſurpabimus:*

Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

*Qui ſcit præterita ac præſentia poſtque futura.*

Virgilius vertit ad hunc modum.

*Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahatur.*

Alter Ianus. Ἰανὸς ἄλλος.

*Quadrabit vel in prouidum ac circumſpectum, vel in ancipitem & perfidum. Perſius.*

*O Iane, a tergo cui nulla ciconia pinſit.*

Sapiens diuinat.

*Donatus in Hecyram, indicat prouerbium eſſe, diuinare ſapientem, quod ex coniecturis prudenter collatis colligat verum non ſolum de præteritis, verum etiam de futuris.*

Mus non vni fidit antro.

*Locus erit adagio, ſi quem admonebimus, vt ſibi plures amicos paret, aut vna cum opibus ſtudeat philoſophiæ, vt ſi fortuna, quod ſuum eſt, eripiat, in literis ſit præſidium.* Es muß ein ſchlechte mauß ſeyn/ die nur eyn Loch weyß.

Non oportet hoſpitem ſemper hoſpitem eſſe. οὐδεῖ τὸ ξένον, ξένον ἀεὶ εἶναι.

*Hoſpites dicuntur ignari eius loci, in quo viuunt. Sed turpe eſt in eadem ciuitate viuere, & ſemper eſſe peregrinum. Sic turpe eſt in eadem diſciplina diu verſatum eſſe, & nihil ſcire.*

A fronte atque à tergo. πρόσω καὶ ὀπίσω.

*Prouerbii vice receptum eſt, pro eo, quod eſt diligenter inſpicere & præterita cum præſentibus ac futuris conferre: id quod hominis eſt prudentis ac circumſpecti.*

Sapiens non eget. χρῆ δ' ὑποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ. *Ariſt.*

*Siue quod magnæ ſint opes, habere bonam mentem, ſiue quod ſapienti facile eſt diteſcere, ſi velit.*

Tanquam de ſpecula

*Qui futura longe proſpiciunt priuſquam eueniant, tanquam de ſpecula præuidiſſe dicuntur. Cic.*

Qui bene coniiciet, vatem hunc prohibeto optimum. μάντις γ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

*Admonet adagium futurorum præſcientiam, non è ſortibus aut auguriis petendam eſſe ſed a prudentia, ſiquidem qui prudentia ſit præditus, is ex præteritorum, præſentiumque coniecturis facile proſpiciet quid ſit euenturum.*

Acetum habet in pectore.

*Plaut. Ecquid habet acetum in pectore? Pro eo, quod eſt, Num ſapit? Num quid habet aſtutiæ?*

In holmo cubabo. ἐν ὅλμῳ εὐνάσω. *Ariſtophanes.*

*Dicebatur ab iis, qui ſe quippiam diuinationis cognitum ire nitabantur.*

Perendinum ventum perdiſcere. τὸ τριταῖον ἄνεμον προγινώσκειν.

*Perendinum ventum præſcire dicuntur, qui coniecturis, quod multo poſt euenturum ſit, colligant.*

Amyris inſanit. Ἄμυρις μαίνεται. *Zenod.*

*Prouerbialis allegoria, qua recte vtemur, vbi quis inſaniæ prætextu rebus ſuis conſulit.*

Non pluit poſt noctem, qua ſus agreſtis peperit.

*Plutarchus refert hunc verſiculum prouerbio iactatum.*

Μηκέτι νυκτὸς, ὕει, ἢ κεν τέκῃ ἀγροτέρα σῦς.

*Iam non nocte pluit, qua ſus fœtum edit agreſtis.*

*Si quis ſignificare velit exacto vere, aut autumno ſerenitatē fore.*

Lesbius Prylis. ὁ Λέσβιος Πρύλις.

*Plutarchus tradit, hoc prouerbium per ſimilitudinem ſumptum: Prylin enim fuiſſe Mercurii filium, ac diuinandi peritum indicat.*

## ¶ Exempla Biblica.

Prudentiæ & diſcretionis *exempla*: Abraham, *Gen.*13.*v.*9.& 25. 5.6. Iacob, 30.32.*v* 3.7. Ioſeph, 40.14 & 41.33.38. Iethro, *Exod.*18.19 Rahab, *Ioſu.*2.4. Ioſue, 8.*v.* 15. Ioatham, *Iudic.* 9. 7. Galaaditæ, 12. 16. Vndecim Tribus, 10.32. Saul, 1.*Sam.*10.27. Dauid, 18.5.14. & 21. 13. Abigail, 25.18.36. Mulier Thecuitis, 2.*Sam.* 14. 2. Mulier Abelana, 20.16. Bethſabea, 1.*Reg.*1.15. Salomon, 3.*v.*9.25.26.27. antiqui Roboami conſiliari, 12.*v.*7. Ioiada, 1.*Reg.*11.*v.*4.2.*Paralip.*23.1. populus Ezechiæ, 2.*Reg.*18.*v.*36. Ezechias, *Eſa.*36. 21. 2. *Paralip.* 32. 3. Nehemias, *Nehem.*2.12. Eſther, *Eſth.*4.11. Mardochæus, *Verſ.*12. Tobias, 4.19. Iudith. *Iudith.*4.20 & 11.19. Chriſtus, *Matth.*22.21. *Marci.*11.*verſ.*29. *Luc.*20.3. Virgo Deipara, *Luc.*1.29. Vir[illegible]tis, 16.*verſ.*8. Chriſtus, *Luc.*2.47.& 20.24. *Ioan* 8.7. Paulus, *Act.* 26.37. Quidam Aſiæ princeps, 19.31. Paulus, 22.25.& 23.*verſ.*6.17.& 25.11. Tribunus, *verſ.*23. Prudentiæ carnalis, *Exempla*: Eſau, *Gen.* 25.*verſ.*32. Pilatus, *Luc.*23. 16. 22. *Ioan.* 19. 1. Nicodemus, *Ioan.*3.4. Phariſæi, 7. 48. Iudæi, 8. 52. Prudentiæ propriæ non innitendum, *Prouerb.*12.*v.*2.15.& 17.12. *Eſa.*5.21.& 30.1. *Abd.v.*8. Prudentia ſpiritus, *Rom* 8.6.

## ¶ Historica Exempla.

*Arthemiſia Cariæ regina*, apud Xerxem in tanta fuit auctoritate in expeditione contra Græcos, vt illius conſilio ſemper vteretur [illegible] prudentia, vt optima ſemper ſuaderet: quibus ſi Xerxes paruiſſet, cladem ad Salaminem non accepiſſet. *Herod. lib.*8.

*Cyrus minor* Perſarum Rex, Aſpaſiæ Hermodimi Phocenſis filiæ formoſiſſimæ & optime educatæ captus amore: cum eam in vxorem duxiſſet, ſæpenumero eam de rebus in conſilium adhibuit: & quotieſcunque ſententiam eius ſecutus eſt, nunquam pœnituit. *Ælian lib* 12. *de var. hiſt.*

*Iulia Mammea*, Alexandri principis mater, laudatiſſima fœmina, Syra genere: cuius auſpiciis filius puer orbem terrarum ſapientiſſime rexit. *Volat. lib.*16. *Anthrop.*

*Dominica* Valent Imp. marito à Veſtgothis cæſo, hoſtes Conſtantinopolim obſidentes prudentia ſua ſuſtinuit, ciues & precibus & auro confirmauit, *Bonfin. lib.*2. *Dec.*1.

*Cyrus puer* prudens, in Aſtyage auo luxuriam ciborum & vinolentiam reprehendit. *Xenoph. lib.*1. *Pædia.*

*Neſtor ſenex* Græcis, qui duce Agamemnone Troiam obſidebant veſcentibus & potantibus:

*Texero ſermones ante omnia cœpit:*

fuitque huic inuitationis & optimorum conſiliorum regi auctor. *Plut. lib.*7. *q. conuiual.*9.

*Vlyſſes*, quem ſapientiæ nomine celebrat Homerus, dolo & calliditate gloriatur, non malo, ſed quo iuſte contra hoſtes vti poſſumus. *Homer.*

*Teribazus* Perſarum regis Artaxerxis dux fortiſſimus in conſiliis ea vſus eſt dexteritate, vt quoties rex conſiliis illius vſus eſt, nunquam aberrarit. *Diod. lib.*1.

*Fama eſt* Philippum Macedonem magis de prudentia ſua imperatorio & ſucceſſu, quem in conciliandis hominibus habuiſſet, quam de copiarum & auxiliorum viribus gloriari ſolitum. *Diod. lib.* 16.

*C. Iulius Cæſar* in obeundis expeditionibus dubium cautior ne fuerit an audentior? *Suet.*

Agebatur Romæ occulte inter patres de Carthagine funditus delenda, exiitque ea conſultatio in longam & difficilem diſceptationem Maiore Portio Catone, cui ante Priſci nomen fuit, cenſente, Carthaginem eſſe delendam, vt Roma incolumis eſſet, & cum multi pedibus irent in eam ſententiam, tum *Scipio* identidem teſtatus dicitur, viderent illi, qui tam cupide vellent Carthaginem euerſam, ne populus Romanus æmulæ, & inimicæ vrbis metu liberatus, in domeſticam laberetur diſcordiam. Quod malum multo prius proſpexit *Naſica*, ac prædicauit, ſed fatali neceſſitati [illegible] non potuit. *Sabellicus cap.*8. *lib.*4. *Florus lib.*49. *in Lucium. Florus lib.*2. *cap.* 15. *de bello Punico tertio. Appianus in Libyca. Plutarchus in vita Catonis Cenſoris. Oroſius lib.*4. *cap.*22. *Plinius nat. hiſt. cap.* 18. *Cælius antiq. lec. lib.*27. *cap.*1.

Ædificauerat Romæ ædes ea tempeſtate magnificas, editoque in loco, *Publius ille Valerius*, cui poſtea publici ac popularis boni ſtudio inditum cognomen eſt Publicola, iis ex ædibus cum deſcendiſſet in forum atque in curiam Valerius, vt & conſulum primorum vrbis virorum mos erat, magno patrum ac populi comitatu honoris gratia ducebatur, quæ res viſentibus regiæ pompæ ſimilitudinem præ ſe ferebat: itaque cum ob hoc ipſum, quodque collegam minime ſuffeciſſet, in ſuſpicionem veniſſet affectati regni, clamque à quibuſdam etiam maledictis diſcerperetur, rei eius ab amicis admonitus, conſilium è veſtigio cepit diruendæ domus, quæ magna ex parte cauſam ſuſpicioni videbatur afferre: nocte igitur non exigua manu fabrorum operariorumque conducta, domum omnem a fundamentis dirui tanta feſtinatione iuſſit, vt illuceſcente iam die ædificium vniuerſum æquatum iam ſolo iaceret. Hac itaque demolitione non ſuſpicionem modo aboleuit omnem, verum in populo patribuſque ſummam vitæ integritatiſque ſibi admirationem peperit, maxima etiam cum gratia, ac beneuolentia, ex eoque maior indies eſt habitus. *Florus libro primo capite nono Epitomatum. Valer. lib.* 4. *cap.* 1. *de animi moderatione, Plutarch. in vita eius.*

Prudentia eſt bonorum malorumque ſcientia ad hominem pertinentium: ſed ſcire eſt ſolius hominis: Ergo hæc virtus huic vni animalium à natura eſt conceſſa. Huius non vulgare exemplum edidit vetuſtiſſimus ille Chananeæ regionis accola: Is cum Sara coniuge Ægyptum ingreſſus, gentis libidinem in alienas fœminas veritus, pro coniuge fratrem egit, haud ignarus ad conſilium & ad muliebrem pudicitiam tuendam, & ad ſuam ipſius ſalutem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…pertinere. Profuit haud dubie id hominis commentum, …pietas, cuius ille erat diligens custos, vtrumque ab in-…ſtauit. *Pontan.de Prudentia.*

¶ HIEROGLYPHICVM.

…*prudentiæ* hieroglyphicum faciebant, quia memor …comparat & recondit, & cellas promptuarias facit, …ne naſcantur morſu ſecat, abroſaque condit: ne …fruges exeant è terra, atque inutilia inde ſibi ad vſum ali-… *Pier.Val.lib.8.p.68.F.*

…etiam *prudentiæ* eſt hieroglyphicum. Nam & aſſertoris …eſt, admonentis: Nos eſſe debere prudentes, ſicut … *idem lib.16.p.248.F.*

…deſunt, qui *Gorgonis caput* pro Mineruæ pectore ſtatu-…prudentiæ ſignum eſſe contendant, quæ locum habeat in pe-…qui præditi ſunt, facile eos confundere, vel imperitiæ …, ſaxeoſque quodammodo reddere, vbi adhibuerit, … *Pier.Val.lib.16.p.154.F.*

¶ EMBLEMA.

Prudentes.

Emblema. XVIII. Andr. Alciat.

*Iane bifrons, qui iam tranſacta futuraque calles,*
*Quique retro ſannas, ſicut & ante, vides:*
*Te tot cur oculis, cur fingunt vultibus? an quod*
*Circumſpectum hominem forma fuiſſe docet?*

Emblema. XVII.

*Italicæ Samius ſectæ celeberrimus auctor*
*Ipſe ſuum clauſit carmine dogma breui:*
*Qua prætergreſſus? quid agis quid omittis agendum?*
*Hanc rationem vrgens reddere quemque ſibi?*
*Quod didiciſſe Gruum volitantum ex agmine fertur,*
*Arreptum geſtant qua pedibus lapidem.*
*Nec eſſent, neu tranſuerſas mala flumina raptent.*
*Qua ratione hominum vita regenda fuit.*

Prudens magis quam loquax.

Emblem. XIX.

*Noctua Cecropiis inſignia præſtat Athenis,*
*Inter aues ſani noctua conſilii:*
*Armifera merito obſequiis ſacrata Mineruæ,*
*Garrula quo cornix ceſſerat ante loco.*

¶ FABVLA.

Senex & Iuuenis.

…quidam iuuenem ſibi poma ſurripientem blandis orabat …ex arbore deſcenderet, nec res ſuas auferre vellet: ſed cum …verba funderet, (iuuene eius ætatem, ac verba contem-… non in verbis tantum, inquit, verum etiam in herbis audio …. Herbas igitur vellere, & in illum iacere cœpit: quod …conſpicatus, in vehementem riſum effuſus eſt, & ſenem …arbitrabatur, qui crederet eum ex arbore herbis poſſe de-… tunc ſenex omnia experiri cupiens, quando, inquit, ver-… & herbarum vires aduerſus raptorem mearum rerum nul-… lapidibus agam, in quibus dicunt quoque eſſe virtutem, …quibus gremium impleuerat, in iuuenem iaciens, illum …re & abire coegit.

…fabula indicat, omnia prius prudenti tentanda, quam ad ar-…confugiatur auxilium.

Duo bellatores.

…fide data inter ſe communia futura omnia, ad bellum pro-…. Horum vnus æger in itinere remanſit, alter vt inſti-… ad militiam exequitur, atque ibi re & gloria parta redit …, qui iam habebat meliuſcule. Is gauiſus proſperitate ſo-…lucrum partiturum ſecum eſſe ſperat, illum cum magna …complectitur: neque diu poſt, vt pecuniam allatam, ita vt …, diuideret, petit. Faciam, inquit ille, ſed alia etiam at-…quæ communia eſſe oportet, vt omnia vndique exæquentur. …, pretioſam veſtem aut ſupellectilem ſocium apportaſſe …ita enim fieri inquit, par eſt. Sed quidnam præterea attuliſti? …, inquit alter, & cicatrices, quarum ſimiles atque æquales …tibi infigi debebunt. Non, inquit ille, hæc mihi placet ſocie-… & pecunia etiam carebo potius, quam cum vulneribus & ci-…tricibus habebo.

…fabula oſtendit prudentes eſſe homines, qui pro leuibus com-… graues labores ſubire nolint. Vt Marius laudatur, qui cum …eſſet & ſolutus vnum crus ſecandum præbuiſſet, alterum …noluerit, quod diceret οὐκ ἄξιον εἶναι τὸ θεράπευμα ἀλγηδό-…, id eſt, illam curationem dolore tanto indignam eſſe. Sed alio …ſenſu indicat fabula id quod ſeruus in Comœdia ait: Aut hæc …illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.

Catus & Mures.

Domo quapiam, quod perplures forent mures catus præſenti-… accesſit, atque nunc vnum, nunc alium capiens, complu-…interimendo comedit: verum mures cum ſe in diem conſumi …perent, ad vnum coacti, inquiunt ſecum, amplius inferius non …deſcendendum, ſi nolumus perditum ire omnes, ſed hic ſupe-…manendum, quo catus aſcendere non poteſt: at catus conſilio murium percepto, ſimulans ſe mortuum eſſe, poſterioribus pedibus ſe ad palum ſuſpendit, qui firmus parieti erat, è muribus quiſpiam deorſum acute proſpiciens, vt catum eſſe cognouit, haud infacete ait: Heus amice, & ſi te follem eſſe certo ſcirem, deorſum minime deſcenderem.

Significat virum prudentem, ſi ſemel fallitur, fictis & ſimulatis hominibus non amplius fidere.

Piſcator.

Piſcator quidam demiſſis in mare retibus, extulit piſciculum puſilli corporis, qui piſcatorem obſecrabat, ne ſe tam puſillum & minutum caperet, ſed abire & creſcere permitteret, poſthac grandiuſculo potiturum, cui piſcator: ego vero amens ſim, ſi lucrum quod inter manus habeo, licet exiguum dimittam, ſpe futuri boni quantumlibet magni.

Hæc fabula innuit ſtolidum eſſe, qui propter ſpem maiorem, rem præſentem & certam licet paruam, non amplectitur.

Glires.

Glires quercum arborem glandiferam dentibus eruere deſtinauerant, quo paratiorem haberent cibum, ne victus gratia toties aſcendere & deſcendere cogerentur: ſed quidam ex iis, qui ætate & vſu rerum ac prudentia cæteros longe anteibat, eos abſterruit, dicens: ſi nutricem noſtram nunc interficiemus, quis futuris annis nobis ac poſteris noſtris alimenta præbebit?

Fabula hæc monet, virum prudentem debere, non modo præſentia intueri, verum etiam futura longe perſpicere.

Canis & Gallus gallinaceus.

Canis & Gallus ſocietate inita vna iter faciebant. Noctu in agro deprehenſi, cum tenebræ viam obſcurarent, ſic acquieſcendum ſtatuere, vt Gallus in arboris ramis inſideret, inferius autem in cauum truncum irreperet canis. Cantante autem ſuo more gallo, excitata vulpecula accurrit, atque illum hortatur, vt deſcendat: cupere enim ſeſe complecti auem tam gratam & ſuaui voce præditam. Cui reſpondit Gallus: Ianitorem, qui fores pandat, prius ſuſcitandum eſſe, quam ipſe deſcendere poſſit. Stulta Vulpecula non prouiſa fraude ad arborem accedit propius, & ianitorem quanto poteſt altiſſimo gannitu ciet, ergo canis experrectus, ſubito in vulpeculam inſilit, & correptam dilaniat.

Docet fabula, vim & iniurias inimicorum, quibus ipſi pares eſſe non valeamus, ad alios potentiores calliditate conſilii auertendas eſſe.

Leo & Vulpes.

Leo ſenio confectus, cum vires non ſupeterent ad victum parandum, callidum cepit conſilium ſuſtentandi vitam. Itaque in antro, quaſi periculoſo morbo correptus, decumbens, quod ad ipſum viſendum paſſim animantes reliquæ aduenirent, præhenſas illas deuorabat. Atque ita magna beſtiarum multitudine à Leone abſumpta, accedit tandem & vulpecula ad antrum, & ante illud ſubſiſtit, hæſitans atque circumſpectans. Tum Leo, quid ceſſet cur non adeat ad ſe, rogat. At illa, id quod Horatius verſibus retulit, reſpondiſſe fertur:

*Quia me veſtigia terrent,*
*Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.*

Fabula docet, prudentes ante pericula cauere ſibi, & ea ſigna, quibus mala portendantur, notare, & hæc effugere.

Veſpertilio & Feles.

Veſpertilio delapſa in ſolum comprehenſa fuit à fele. Quæ cum hanc dilaniatura eſſe videretur, petiit illa ſuppliciter vitam ſibi vt concederet. At enim feles hoc facere poſſe negabat, quæ eſſet capitalis hoſtis omnium auium. Tum veſpertilio ſe non auem, ſed murem eſſe dixit. Itaque dimiſſa fuit. Paulo poſt capta ab alia fele, ſimiliter petiit ſibi miſeræ vitam relinqui. Ibi felis ſibi hoc factu perdifficile eſſe ait, quæ cum omnibus muribus bellum gereret, veſpertilio vero, ſe murem nequaquam eſſe affirmare, ſed volucrem, Quare iterum periculum euaſit & nomine mutato bis ſeruata fuit.

Inſtruit homines fabula ad prudentiam, vt pro tempore & loco mutare conſilia diſcant, omnibus enim propoſita conſeruatione ſalutis cum dignitate coniunctæ, non idem ſemper dici, ſed idem ſpectari oportet. Alludunt ab fabulam hanc ea, quæ referuntur à Nonio ex Agathone Varronis: Quid multa? Factus ſum veſpertilio, neque in muribus plane, neque in volucribus ſum.

Muſtela.

Imbecillis iam & annis grauis muſtela mures aſſequi non magis poterat. Hanc igitur excogitat fraudem: in frumenti manipulos ſe implicat, eodem veniunt & mures, fruges vt erodant, hos illa ſine labore, & defatigatione capit atque deuorat.

Fabula docet, viribus deficientibus magnum in prudentia ſubſidium eſſe poſitum.

Lepus & Vulpes.

Anteponebat ſe vulpi lepus, cui pedum pertinacitate præſtaret. At vulpes dicere, ſe ingenio vincere, cuius eſſet multo & frequentior & præclarior vſus quam pedum.

Fabula incredibililem eſſe ait bonitatem prudentiæ, neque corporis maximas dotes, cum minimis animi dotibus comparari recte poſſe. Itaque & ab Apollonio introducitur præclare Am-

phion, qui ſuo cantu bis tanto maiorem lapidem alliciat, quam nitendo ſummis viribus Zethus auferre potuiſſet.

Fluctuum numerator.

Homo quiſquam in littore aſſedit numeratus fluctus, cum ventis mare agitaretur, Sed crebritate horum perturbatus animo angebatur, & affiictabatur. Ad hunc accedens vulpecula, Quid mœres: inquit. Huic ille reſpondit, fluctus ſe numerare cupientem prælatos innumeros, quos non potuiſſe comprehendi dolores. Tum vulpecula: præteritos inquis, omitte, & numerare ſi vis vel ab hoc iam nunc ordire, & qui abiere eos miſſos facito.

Docet fabula, non ad præterita, ſed ad ea quæ reſtent in vita hac, reſpiciendum eſſe.

# Pudicitia.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PVdicitia, Græce ἁγνείας, ας, & ἁγνὸς, ȣ͂, ὁ, pudicus dicitur. Eſt autem pudicitia animi virtus, qua quis verecundatur de actibus, de quibus homines magis verecundantur, vt ſunt actus venerei, *ſecund. Auguſt. lib. 14. de Ciuit. Dei*. Nec inuite auferri poteſt, *ſecund. eund. l. 1. de ciuit. Dei*.

Pudicitia dicitur à pudore, & eſt præcipue circa ſigna venereorũ vt ſunt tactus, oſcula, & huiuſmodi. Caſtitas vero circa veneream commixtionem. *ex B. Thom. ſecund. Secund. q. 143. c.*

Pudicitia Hebr. dicitur *Tahorah*, i. purificatio, mundatio, à verbo *Taher*, mundus fuit, purus fuit, expurgatus eſt à ſordibus. Cognationem habet cum *Tahar*, formoſus fuit, & cum *Hatar*, coronauit, & *Zakar* nituit. Quæ omnia cum præclara illa dote conueniunt. Hinc Græci pro aſpiratione leui craſſiorem ſubſtituentes literam & metatheſi facta dicunt καθαρέω, mundus ſum, καθαρός, mundus, & κάθαρσις, munditıes.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Omnis enim ponderatio, non eſt condigna continentis animæ. *Eccleſ. 26.*

Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ.

Gratiæ ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. *ibid.*

## ¶ PATRVM SENTENTIAE.

Pudicitia res eſt animæ, virginitas corporis, denique illa integra in anima permanente, poteſt illa corpore violenter auferri: cum iſta integra manet corpori, poteſt illa in animo laſciui voluntate corrumpi. *Auguſt. contra Iulian. l. 4.*

Pudicitia eſt ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vtililium, ſolamen mœrentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium dici amica. *Cypr. d. 12. abuſionibus.*

## ¶ POETARVM DICTA.

Propert. 2. 6.

*Felix Admeti coniux, & lectus Vlyſsis,*
*Et quæcunque viri femina limen amat.*

Tibul. 1. 9.

*Admonui quoties auro ne pollue formam,*
*Sæpe ſolent auro multa ſubeſſe mala.*

Ouid. epiſt. 1.

*Me pater Icarim viduo diſcedere lecto*
*Cogit, & immenſas increpat vſque moras.*
*Increpet vſque licet, tua ſim, tua dicar oportet:*
*Penelope coniux ſemper Vlyſsis ero.*

Idem 3. Amor. 4.

*Penelope manſit, quamuis cuſtode careret,*
*Inter tam multos intemerata procos.*

Propter. 2. 9.

*Penelope poterat bis denos ſalua per annos*
*Viuere, tam multis femina digna procis.*
*Coniugium falſa poterat differre Minerua,*
*Nocturno ſoluens texta diurna dolo.*
*Viſura & quamuis nunquam ſperaret Vlyſſem.*
*Illum expectando facta remanſit anus.*

Ouid. 2. Faſt.

*Supplicis alme tuæ genitrix fœcunda Deorum*
*Accipe ſub certa conditione preces:*
*Caſta negor ſi tu damnas, meruiſſe fatebor:*
*Morte luam pœnas iudice victa Dea.*
*Sed ſi crimen abeſt, tu noſtræ pignora vitæ*
*Te dabis, & caſtas caſta ſequere manus.*
*Dixit, & exiguo funem conamine traxit*
*Mira, ſed è ſcena teſtificata loquar.*
*Mota Dea eſt, ſequiturq́ ducem, laudatq́ ſequendo*
*Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus:*
*Claudia procedit læto celeberrima vultu,*
*Credita vix tandem teſte pudica Dea.*

Silius. 17.

*Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen*
*Claudia, non æqua populi male credita fama*
*In puppim verſis palmisq́ oculisq́ profatur.*
*Cælicolum genitrix numen, quo numina nobis*
*Cuncta creas, cuius proles terramque fretumque,*
*Sideraque & Manes regnorum ſorte gubernat,*
*Si noſtrum nullo violatum eſt crimine corpus,*
*Feſtis Diua veni, & facili me abſolue carina.*
*Tum ſecura capit funem, fremituſque leonum*
*Audiri viſus ſubito, & grauiora per auras*
*Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana Diuæ.*
*Fertur prona ratis ventos impellere credas,*
*Contraque aduerſas ducentem prauenit vndas.*

Ouid. Epiſt. 16.

*At peccant aliæ, matronaque rara pudica eſt,*
*Quis prohibet raris nomen ineſſe meum?*

Iuuen. 16.

*Tarpeium limen adora*
*Pronus, & auratam Iunoni cade iuuencam,*
*Si tibi contigerit capitis matrona pudici:*
*Pauca adeo Cereris vittas contingere digna.*

Plaut. Amph.

*Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur:*
*Sed pudicitiam, & pudorem, & ſedatum cupidinem.*

Plaut. in Epidico.

*Non nimis poteſt*
*Pudicitiam quiſque ſua ſeruare filiæ.*

Iuuen. Satyr. 30.

*Rara eſt adeo concordia formæ*
*Atque pudicitiæ.*

Ouid. Epiſt. Paridis ad Helenam.

*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.*

Ouid. Epiſt. 5.

*Nulla reparabilis arte*
*Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.*
*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.*

Mich. Verinus.

*Ægre formoſam poteris ſeruare puellam:*
*Nunc prece, nunc auro forma petita ruit.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICÆ.

Quid enim poſſumus eos, qui à ſtupro arcentur, infamiæ metu pudicos dicere? Cum ipſa infamia propter rei turpitudinem conſequatur. Nam quid laudari rite, aut vituperari poteſt, ſi ab eo receſſerit, quod aut laudandum, aut vituperandum putes? *Cic. lib. de legibus.*

Pudicæ mulieris non concubitus modo, verum ne oratio publica eſſe debet, nec minus ſermo, quam nudatio corporis eſt formidanda, & ab externis cauere debet, propterea quod affectus & mores ac diſpoſitio animi in ſermone plane conſpiciantur. *idem.*

Pythagoras conſecutus erat diſputationum aſſiduitate, vt matronæ auratas veſtes, cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta, velut inſtrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Iunonis ædem ipſi deæ conſecrarent, præ ſe ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe. *Iuſtin. hiſt. l. 20.*

Nil ſalui eſt mulieri, amiſſa pudicitia. *Liu. Decad. 1. l. 1.*

Pudicæ eſt, non modo, vt ne quid peccet, ſed ne ſuſpicionem quidem vllam turpem de ſe præbeat. *Dion. l. 37.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Quidam Lacænam* miſſo nuntio ſollicitauit, num aſſentiretur, vt ipſi ſui faceret copiam? Cui illa reſpondit: Quum eſſem puella, parenti obedire didici, idque feci: mulier autem facta, viro. Itaque ſi me inuitat ad honeſta, viro meo primum rem aperiam. *Plut. in Lacænar. apoph.*

*Alia* Lacæna rogata, num ad virum acceſſiſſet? Non, inquit, ſed ille ad me. Significans, ſeſe non libidinis cauſa commercium habere cum viro, ſed parentibus ac legibus obtemperare. Turpiſſimum enim eſſe fœminæ, ſi virum ad coitum ſolicitet. *Plut. in Lacan. apoph.*

*Hieroni* quidam exprobrabat oris graueolentiam. At ille cum vxore expoſtulauit, quod id ſibi nunquam indicaſſet. Tum illa: Putabam, inquit, viros omnes ad eundem olere modum. Eximium pudicitiæ argumentum, quæ nulli viro tam vicina fuerit, vt oris halitum ſentire poſſet, præterquam vni marito. *Plut. in apoph.*

*Euboidas* audiens à quibuſdam prædicari vxores alienas, non approbauit id factum, dicens: De moribus ingenioque vxorum apud exteros nullam omnino faciendam eſſe mentionem. Qui non ſinit laudari coniuges aliorum, quid faceret vituperantibus? Prima laus pudicitiæ matronalis eſt, nulli notam eſſe præterquam ſuo viro. *Eraſm. in apoph.*

*Argæus*, quibuſdam non ſuas, ſed aliorum quorundam vxores prædicantibus: Per Deos! inquit de bonis & honeſtis mulieribus nihil temere loquendum eſt, ſed in totum quales ſint oportet ignorari, præterquam ſolis maritis, quibuſcum viuunt. Tam inſignis erat apud priſcos virginum & vxorum pudicitia, vt eas ab aliis quam à parentibus aut ſuis maritis conſpici, gradus aliquis ad impu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…citiam haberetur: tantaq; cautione conſulebatur illarum …ſparum pudica videretur, de qua rumor quamuis vanus … ſed ea demum ſumma matronalis pudicitiæ laus ha…, mulier adeo domi concluſa viueret, vt nullus eſſet qui … vel male loqui poſſet: propterea quod hoc ipſum, … verſari in fabulis, trahique per ora hominum, præſtitu… putaretur. Etenim qui laudat alienam vxorem vide… cognitam cuius laudes prædicat, quod ipſum aliquid de… pudori fœmineo. Quid igitur vir ille præclarus ſentiret de …, quæ ſine maritis intereſſe gaudent iuuenum conuiuiis, … ad alienarum ciuitatum dies feſtos & tempora, quæ … theatras ex viris ac fœminis alterne mixtas, quæ in balneis … oſtendunt quorumlibet virorum oculis? *Eraſ. Rote… apoph.*

… Sinorito Galatæ nupſerat, eam Synorix iuuenis præpo… & clam interfecto Sinortio, de nuptiis Cannam ſo…. Illa, quo coniugis mortem vlciſceretur, diſſimulauit … & coniugii ſpem præbuit. Tandem Synorigem ad ſe ve… in templum Dianæ, cui erat dicata, quaſi vellet hanc eſſe … teſtem, & aſtans altari, ceu deæ libatura, è poculo bibit to… que tradidit, Synorigi, qui ſimulatque reliquum ebibiſ… Deam: Te, inquit, Dearum præſtantiſſima teſtor, me hu… dei gratia hactenus Sinorito fuiſſe ſuperſtitem, *Eraſ. … ex Plut. lib. de mulierum illuſt. reb. geſt.*

…, cum miſſo pretio à ſuis reduceretur, ac tribunus il… gratia ad flumen proſequeretur, clam mandauit vni ſer… vt Romanum illum ſe proſequentem occideret. Is vbi ca… Chiomatæ dediſſet: illa ſub veſte tectum ad maritum … ad illius pedes abiecit, marito admirante, dicenteq;, num … duceret, ſeruare fidem? Præclarum, inquit: ſed hoc præ… duntaxat qui mecum concubuerit viuere. Fœmina a… prudentior Lucretia, quæ non ſua, ſed ſtupratoris nece, te… pudicitiam. *Plut. cap. 21. de Claris mulierib. Liuius li. … ca. 5. 5. de Viris illuſtrib.*

… Cum Collatinus cum paucis familiaribus ad Lucre… à Sexto Tarquinio vi ſtupratam, quærenti viro ex mo…? Minime, inquit Lucretia, quid enim ſalui mulieri a… pudicitia? Veſtigia alieni viri Collatine in lecto ſunt tuo. Sed … violatum eſt, animus inſons eſt, mors teſtis erit. His … quem abditum habebat, in corpore infixit, & colla… moribunda. *Eraſ. 6. apoph. ex Liuio.*

… Duellius, qui primus Romæ è nauali pugna triumphum … iam ſenex, tremuloque corpore in iurgio quodam audi… ſibi graueolentiam oris, rediit domum triſtis, & ex… cum Bilia vxore, quam virginem duxerat: cur huius vi… admonuiſſet, quo licuiſſet mederi? Admonuiſſem, in… putaſſem omnibus viris ad eundem modum olere ani… Bilia vere ſenſit, quod dixit, argumentum eſt inſignis pu… finxit, magna item tolerantia, quæ tamdiu pertulit … commodum abſq; faſtidio. *Eraſ. lib. 8. apophth. Simile eſt et … ſupra de Hierone retulimus ex Plut.*

… In Ionia, parentibus honeſtis orta, ingenueque educa… Cyri regis cœnam cum aliis mulieribus admiſſa, cæteris re… ac luſus hilariter excipientibus, nec refugientibus ab illo … tacite ingreſſa ad lectum conſtitit, nec vocanti Cyro pa… Cubicularis autem tentantibus illam adducere: Flebit, in… quis horum mihi manus admouerit. Ob hæc, quum à … agreſtis & incomis haberetur: Cyrus gaudens, & cum riſu … illum qui mulieres adduxerat. Non intelligis, inquit, te … ingenuam & incorruptam adduxiſſe? Poſtea ad hanc … adiecit animum, vniceque adamauit, ſapientem …. Apud barbaros, mulieres attigiſſe, conſtupraſſe erat. … *apoph.*

## ❡ Similitvdo.

*D. Hieronimy*, Tenera res in fœminis fama pudicitiæ eſt, & quaſi … pulcherrimus cito ad leuem marceſcit auram leuique flatu … rumpitur, maxime vbi & ætas conſentit ad vitium, & maritalis … authoritas, cuius vmbra tutamen vxoris eſt. *Ad Saluian.*

## ❡ Adagia.

Hippolytum imitabor. Ἱππόλυτον μιμήσομαι.

*Diogenianus in prouerbiorum collectaneis ait dictitatum de iis, … ſtaruiſſent pure caſteque viuere.*

Melanione caſtior Μελανίωνος σωφρονέστερος. *Ariſtoph.*

*Dicebatur qui magnopere à mulierum congreſſibus abhorre….*

Pudor in oculis, Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς.

*Horum nos pudet, quæ in propatulo ſunt.*

Pudebat recuſare, & non audebant ſuſcipere;

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ᾽ ὑποδέχθαι.

*Detrectare pudor, formido ſubire vetabat.*

*Qua vti licebit, quoties incidit eiuſmodi negotium, vt aliud ſua-deat honeſtas, aliud vtilitas: & dedecoroſum ſit ſuſcipere prouinciam, rurſum periculoſum ſuſcipere.*

Pudor metus.

*Quum abſtinetur à re quapiam, quod ea tum inhoneſta factu videtur, tum vero minime tuta, locum habebit illud Homeri ex Iliad o.*

Ἴσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος.

*Nam pudor atq; metus vetuit.*

Verecundia inutilis viro egenti.

Αἰδὼς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

*Verum homini pudor haudquaquam conducit egeno.*

*Admonet autem abiiciendum pudorem, quoties vrget neceſſitas.* Du muſt das Schamhütlein abziehen / wiltu etwas erwerben.

Apud menſam verecundari neminem decet.

*Prouerbium ex hac tanta antiquitate per manus traditum eſt, hodieq; verſatur in ore omnium.* Zu Tiſch vnd Beth ſoll ſich nieman ſchemen.

Tinctura Sardonica. Βάμμα Σαρδωνικόν.

*De colore præcellenti dicebatur præcipue purpuræ. Per iocum autem transfertur ad eum, qui pudeſit, aut qui ob plagas ſanguine tingitur.*

Tinctura Cyzicena. Βάμμα Κυζικηνόν.

*Dicebatur in eos, qui metu quippiam indecore facerent. Ariſtophan.*

Vbi timor, ibi pudor. ἵνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.

*Cui ſimilis illa Terentiana: Omnes deteriores ſumus licentia. Plato.* Wo Forcht iſt/ da iſt auch Ehr. Wo Forcht iſt/ da iſt auch Scham. Wo Scham iſt/ da iſt Ehr.

Aduerſus ſolem ne meſto.

*Opinatur Eraſmus commendare verecundiam.*

Ne pudeat artem.

*Ne pudeat artem proloqui, quam factites. Multos tam non pudet turpi quæſtu viuere, quam pudeat nomen eius quæſtus profiteri.*

## ❡ Profana Exempla.

*Muſæ* grauiter ferentes, quod Venus amoris ſtimulos ſibi intentaſſet, pudicitiæ amiſſæ dolore, Adonidem interfecerunt, Veneris amaſium. *Natalis comes Mythol. li. 7. c. 15.*

*Themiſto Critonis Oeanthi filia*, pudicitiæ conſeruandæ cauſa Philonem, Phricodemi tyranni filium, in lecto ſecum cubantem enſe abſcondito interimit: vt ne vxor quidem occiſi auderetur. Inde ad mare progreſſa, ſoluens nauigauit, in Græciam. *Polyænus li. 8.*

*Chiorum fœminæ* tantæ caſtitatis, vt neq; adulterium, neque illegitimum concubitum ibi accidiſſe vnquam proditum memoriæ ſit, *Cælius lib, 23. c, 7. A. L.*

*Paulina* Saturnini vxor, amiſſæ per dolum Decii Mundi nobilis adoleſcentis pudicitiæ, (qui eam ſub perſona Oſiridis in eius templo compreſſerat) dolore mirifice excruciata fuit. *Ioſeph. antiq. lib. 18. c. 4.*

*In Germanorum olim feminis*, mira fuit pudicitia, nulla ſpectandi illecebra, nulla conuiuiorum ratio: rara in tam numeroſa gente adulteria: cuius conuictam mulierem, reſectis capillis, nudatam coram propinquis maritus, domo exactam toto vico verberibus agebat. Profligatæ pudicitiæ nulla venia, non ætas, non forma, non ſpes, connubium corruptis conciliare poterat. *Sabel. lib. 2. En. 6.*

Cum Thomæ II. Eboracenſi Epiſcopo ægrotanti medici conſulerent, vt fœminæ pro remedio miſceretur: & amici idem vehementer vrgerent, ipſeq; aſſentiri videretur: adducta poſt decentis formæ fœmina noluit eam attingere, ab amicis reprehenſus, reſpondit: propter ſalutem carnis tandem morituræ, immortale decus pudicitiæ non amittam. *Polyd. li. 1. c. 3.*

## ❡ Hieroglyphica.

Præcipuum *prætextatæ* ſignificatum fuit, vt *pudorem* indicaret, quem ſcilicet ætas ea, quæ *prætextata* dicebatur, ſibi proponere deberet: eiuſque rei indicium eſſe *purpureum colorem*, vnde admonerentur *verecundiam* in dictis factiſq; omnibus amandam, *Pier. Val. li. 40. p, 392. D.*

Fabius Pictor dicit, *Ianum ad pudorem, & ſanctimoniam*, domorum primum valuas, ſeras & claues excogitaſſe, ab eoque ianuas appellatas: vnde claues in ſimulachris, in beneficiis huius memoriã geſtet. *Pier. Val. li. 48. p. 477. A.*

## ❡ Emblema.

Pudicitia.

Andr. Alciati. Emblema. XLVII.

*Porphyrio, domini ſi inceſtet in ædibus vxor,*
*Deſpondetque animum, præque dolore perit:*

*Abdita in arcanis naturæ eſt cauſa: ſit index*
*Sinceræ hac volucri certa pudicitiæ.*

*Vide tit. De Pudore, Virginitate.*

# Pudor.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PVdor ab Ariſtot. ſic diffinitur, αἰσχύνη ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου: hoc eſt, pudor eſt timor iuſtæ vituperationis, qui affectus eſt honeſtiſſimus. Pudor, vt Stoici definiunt, eſt metus infamiæ, qui animum reprimit, ne procaciter, aut inordinate, vel turpiter, quid agat. Differt autem pudor à verecundia ſic, vt aliquibus placet, quod pudor eſt rei turpiter actæ, verecundia vero etiam recti facti ac honeſti. Hinc pudibundus, qui pudore ducitur, & pudenda virilia, quæ & verenda dicuntur, & depudico verbum, quo veteres vtebantur, Eſtque depudicare, violare, ſtuprare & quaſi pudicitiam auferre.

## ❡ Biblici Loci.

Pudor interdum vtilis eſt, 1. *Cor.* 15. v. 34. *Eph.* 5. 12. 2. *Theſſ.* 3. 14. Pudor ex peccato. *Gen.* 37.

## ❡ Poeticæ Sententiæ.

Plaut. pœn.

*Meretricem pudorem gerere magis decet, quam purpuram.*
*Magis quidem meretricem pudorem, quam aurum gerere condecet.*

Virg. 8. Aen.

*Tum pudor incendit vires, & conſcia virtus.*

Silius 1.

*Tum pudor accendit mentem, nec conſcia fallit*
*Virtus preſſa loco?*

Val. Flac. 1.

*Rebus ſuper pudor abſit in arctis.*

Sen: Hip. act. 1.

*Obſtare primum eſt velle, nec labi via:*
*Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.*

Proper. 6. 2.

*Nam nihil inuitæ triſtis cuſtodia prodeſt:*
*Quam peccare pudet. Cynthia, tuta ſat eſt.*

Ouid. 1. Faſt.

*Proq; metu populum ſine vi pudor ipſe regebat;*
*Nullus erat iuſtis reddere iura labor.*

Sen. Agam.

*Periere mores, ius, decus, pietas, fides*
*Et qui redire neſcit, cum perit, pudor.*

Val. Flac. 7.

*Et non reuocabilis vnquam*
*Ceſſit ab ore pudor: propior impleuit Erynnys.*

Plaut. Bacch.

*Nam ego illum periſſe duco, cui quidem periit pudor.*

## ❡ Philosophicæ Sententiæ.

Metus, & pudor, ſunt cuſtodes ſufficientes.

Magis placent iuuenes erubeſcentes, quam palleſcentes.

Rubor virtutis color eſt. *Demoſt. de Repub.*

Plures pudore peccandi, quam bona voluntate prohibitis abſtinent. *Sen. epiſt.* 84.

Formam pudor honeſtat.

Illum ego periſſe dico, cui quidem perit pudor. *Curt. l.* 6.

Pudore, modeſtia ac iuſtitia omnis ciuilis ſocietas conſeruatur. *Dionyſ. Halicarnaſſ. l.* 6.

Næ ſimul pudere quod non oportet cœperit, quod oportet non pudebit. *Liu. Decad.* 4. *l.* 4.

Euulgatus pudor non ſatietatem libidinis, ſed incitamentum adfert. *Tacitus, Annal. l. decimo quarto.*

Quamuis rerum omnium proſpero ſucceſſu, pudore amiſſo tamen fortunatus quis eſſe poteſt? cum, eodem retento, cetera tolerabilia ſint. *Aurel. Vict. l. de Cæſarib.*

Pudor ſæpe adumbratam bonorum opinione cogitationem in contrariam ſententiam deducit. *Proco. de bell. Perſ. l.* 2.

Pudor ante omnia ob oculos militum in acie ſtantium verſari debet: hæc vna res enim omnium fortiſſimos reddit. *Idem, de bel. Vandalic. l.* 2.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Laudaſſe arguor indignum. R. Malum quidem quod ex bona ſæpe oritur radice. Boni enim & innocui, quales ipſi ſunt tales opinantur. Hinc ad laudandum, æquo etiam promtiores ... quamuis indignum laudare malum fatear, vituperare tamen ... merito multo eſt peius. D. Laudaui indignum. R. Si id ſciens repre-henſibilis, ac ignorans excuſabilis. Minus eſt malum falli quam fallere. Falli enim alienum. Fallere autem proprium fallentis cri-men. D. Aliena laus in mea vergit infamiam. R. Immo quidem ... vel culpa vel ignorantia. Ex alieno enim vt laus, ſic infamia ... eſt. D. Laudaſſe indignum valde doleo. R. Vide ergo ne ſæpius ... pe doleas. Caue ne temere ad laudandum vituperandumque pro-... lias. Eſt enim vtriuſq; rei libido. & (vt dicam proprie) morbus, pruritus quidam linguæ mobilis, & quietis inſciæ, cuius fræna ac cuſtodia inter opera perfectionis eximiæ numerantur, ... ſcriptura. Si quis in verbo non offendit, hic eſt perfectus vir. ... re nimis ſæpe fallimini. Et heu: nimis illud eiuſdem Apoſtoli ... rum ſit, quod linguam nullus hominum domare poteſt, inquietum malum ad mentiendum ergo quotidie vos illa præcipitat, ... hinc ſuus vrget impetus, inde falſa rerum ſpecies trahit. Sunt enim qui aſpectu vel eloquio vitia morum tegunt, Quod de Alcibiade accipimus, de multis vidimus. Sunt qui virtutes velo occultant contrario, ſeu id natura vultus ſcilicet aut ſermonis auſteritate ... ſita, ſeu etiam arte quadam ſtudioq; aduerſus id quod vulgo con-cupiſcitur adhibito. Nam vt multi qui ſe bonos, ſic aliqui qui ſe ma-los fingerent ſunt reperti, quod vel humani fauoris peſtilentem au-ram, vel inuiſam bonorum temporalium ſarcinam declinarent. Quod de Ambroſio lectum eſt, Accedit amor atque odium. Acce-dit ira & inuidia, Spes & metus, affectuſque animi varii, & occul-hiſque ipſis interdum quorum ſunt incogniti, ſemper autem iudi-cii veri hoſtes. Accedit quod viuentis laus diuino eloquio propter vitæ mortalis inconſtantiam prohibetur, quanto igitur magis vitu-peratio? Deinceps itaq; ad laudandum tardus, ad vituperandum tar-dior veni, cum vterque enim (vt dixi) malus error ſit, peior eſt ... mus. D. Laudando immeritum erraui. R. Errando diſcitur: & ſæpe error vnus multis obſtat erroribus, dumque erraſſe ſemel pudet, ne ſimilis iterum error obrepat occurritur. Laudaſti incaute, linguam fræna, hoc boni ſaltem illi inſit malo. D. Indignum laudaſſe pudet ac pœnitet. R. Pudor & præſentia, & dolor ſcalæ ſunt, & gradus quidā ad reſipiſcentiam & ſalutem. Pauci ſunt, qui ad rectum ... niſi per deuia multa ceſpitando perueniant, multoſque ... volu-ptatis ſeruos in Iuuentute vidimus, qui virtutis, amici in ſenecta ... ſerunt.

## ❡ APOPHTHEGMATA.

*Lycurgus & Gorgo.* Quum eſſent qui vitio darent Lycurgo quod virgines in pompis ac ludis ſolennibus nudas exhiberet oculis om-nium, cauſamq; cur id inſtituiſſet, requirerent: Vt iiſdem inquit ... maſculis rationib. inſtitutæ nihilo ſint illis inferiores, vel robore, vel ſalubritate corporum, vel animorum virtute ac generoſitate ſtudio-que veræ laudis, vulgarem autem gloriam contemnant. Video ... quiddam fertur de Gorgone Leonide vxore. Cum quædam extera mulier illi dixiſſet, Solæ Lacænæ viris imperatis: reſpondit, Nam ... rum ſolæ viros parimus. Hoc exemplum nec in maſculis nec in pu-ellis imitandum cenſuerim: hactenus tamen conducit vt ſtupidum pudorem, qui frequenter obſtat honeſtis actionib. ab ætate tenera excutiamus: ſtatimque diſcant, nihil eſſe vere pudendum, præter turpitudinem: Innumeras vero reperias, quæ nudatæ vehementer erubeſcant: ſi quid præter honeſtum dixerint, fecerintue, non mu-tent colorem. Sunt item innumeræ: quibus amictus vilior, cultuſq; ſimplicior, genas rubore tingat, contra glorioſum eſſe ducant, ſi ſplendido veſtitu prodeant in publicum, negligentes earum rerum quæ verum probrum veramq; laudem adferant. *Eraſm. ex Plut. Lac.*

*Diogenes* Adoleſcenti cuidam erubeſcenti, atq; ob id perturbato: Bono animo es, inquit, fili, iſtiuſmodi eſt virtutis tinctura. *Laert. in eius vita.*

*Democritus.* Eius præclara ſententia hæc eſt: Malum, etiam ſi ſolus fueris, neq; dixeris, neq; feceris: Diſce autem teipſum multo magis quam alios reuereri. *Stob. ſer.* 29.

*Solon* dixit, Hoſpitalem Deum, inter homines, qui iuſti pudoris participes ſunt verſari, *Bruſ. l.* 5. *c.* 21.

*Demetrius Phal.* admonebat adoleſcentes, vt domi parentes, in via obuios, in ſolitudine reuererentur ſeipſos. Pudor teneram ætatem optime deterret à peccando: qui nuſquam non adeſt, ſi quis reuereatur ſeipſum. *Laert. l.* 5. *c.* 5.

*Diogenes.* Cuidam ambienti à Diogene in Philoſophiæ diſciplinam recipi, admiſſo explorandi gratia pernam in via ferendam dedit, ſeq; iuſſit ſequi ille præ pudore abiecto quod geſtabat, furtim ſe ſubduxit. Aliquanto poſt forte fortuna illi factus obuius, ridens: Tuam (inquit) ac meam amicitiam perna diremit, Indicans, illum non eſſe idoneum philoſophiæ diſcipulum: qui ſtupidum pudorem non poſſet contemnere. Neq; enim turpe eſt geſtare pernam, ſed ab honeſto recedere turpe. *ita Laert. l.* 6.

Diodes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ipſum paulo ſecus narrat. Quum quidam ambiens eſſe …diſcipulus dixiſſet illi, Impera mihi Diogenes: admiſſo …um, caſei fruſtum portandum dedit. Id quum ille ob pu…eſſet: Noſtram, inquit Diogenes, amicitiam paululum …ent. Bruſ. li. 5. c. 27.

…Cuidam exciderat panis, eumque reliquit, quod puderet …Hunc caſtigare volens Diogenes, iniecto fune collo, traxit …per Ceramicum: hoc faciens in poculo, quod ille in pane …beſcebat. Laer. l. 6.

…cum apud Spartanos Palladi rem diuinam faceret, ac …eum momordiſſet, rex non auerſus, arreptum coram o…ccidere non erubuit, ſed inſidiatorem etiam in ipſa ara …ndum eſſe duxit. Plut in Lac.

…aiebat, pudorem in muliere pulchritudinis arcem eſſe.

…aiebat, ſibi magis placere iuuenes qui rubeſcerent, …palleſcerent: quod rubor arguat probam indolem, pal…rem. Plut. in apoph.

…dicebat, ſibi videri eum ætatis florem male collocaſſe qui …eret. Inutilis eſt verecundia, quæ obſtat quo minus nege…quum, ad inhoneſta vocanti, *Plut. in Eruto.*

¶ Emblemata.

In Pudoris ſtatuam.

Emblema cxcvi. And. Alciat.

*Penelope deſponſa ſequi cupiebat Vlyſſem,*
*Ni ſecus Icarius mallet habere pater.*
*Hic Ithacam, hic offert Spartam. manet anxia virgo.*
*Hinc pater, inde viri mutuus vrget amor.*
*Ergo ſedens velat vultus, obnubit ocellos:*
*Iſta verecundi ſigna pudoris erant.*
*Quem ſibi prælatum Icarius cognouit Vlyſſem,*
*Hocq; pudori aram ſchemate conſtituit.*

# Pueritia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

…itia, Græce παιδία, ας, ἡ, & παιδικός οῦ, ὁ, puerilis dicitur. …Hebr. *jaledhth*, à verbo *Iadledh*, peperit, genuit. Pue…eſt veluti infantia recens in lucem producta. Pueritia autē …tatem puerilem ſignificat, modo pro puritate accipitur, …*erat matronæ ſimplicitas & pueritia, & honeſtas.* Puerili…non ipſam ætatem, ſed actum aliquem puerilem ſignifi…*Qui pueritiam eius ſeu potius puerilitatem ludibrio ha*…puerasco autem, id eſt puer fio, & repueraſco, quaſi in pueri…tem reuertor, quæ omnia à puer deducuntur Heb. Puer *Ba*… *Baccour*, molliore pronuntiatione dicitur, nempe iuuenis …electæ *Bar*, purus, clarus.

¶ Loci Biblici.

…lla youens, quatenus voto teneatur. *Num*, 30. *v* 4. 5. …tres de fornace ardenti illæſi exeunt. *Dan.* 3. 9. Pueri Eliſæo …tes, ab vrſis lacerantur, 2. *Regum* 2. 24. puer efficiatur, qui …ingredi regnum Dei, *Matth.* 18. 3. puerum amplectitur Chri…*Mar.* 9. 36 & 10. 16. Pueri adducuntur ad Chriſtum, *Matt.* 19. 13. …ſcandalizandi. 18. 6. Precantur Chriſto ſalutem, 21, 15, Puerorum …regnum cœlorum, 19. 15. Pueris Angeli cuſtodes adhibiti, 18. 10. …eritia amanda, *Matth*, 18. *v.* 3. 4. 5. *Cor.* 14. 20. Pueritiæ quæ fu…da. *Ibid.* Pueritia virgis coercenda. *Prou.* 13. 24 & 22. 15 & 23. 13. …7.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Hor. Art. 3.

*Aetatis cuiuſq; notandi ſunt tibi mores,*
*Mobilibuſque decor naturis dandus, & annis.*
*Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo*
*Signat humum: geſtit paribus colludere, & iram*
*Colligit & ponit temere, & mutatur in horas.*

Corn. Gallus.

*Diuerſos diuerſa iuuant: non omnibus annis*
*Omnia conueniunt: res prius apta, nocet.*
*Exſultat leuitate puer, grauitate ſenectus:*
*Inter vtrumque manens ſtat iuuenile decus.*
*Hunc tacitum triſtemque decet: fit clarior ille*
*Lætitia, & lingua garrulitate ſua.*

Ter. Hec. 3. 1.

*Pueri inter ſeſe quam pro leuibus noxis iras gerunt?*
*Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.*
*Itidem mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia:*
*Fortaſſe vnum aliquod verbum hanc inter eas iram conciuerit.*

Sen. Thyeſt.

*Tacita tam rudibus fides*
*Non eſt in annis: detegent forſan dolos.*

Iuuen. 4.

*Nil dictu fœdum, viſuque hac limina tangat,*
*Intraque puer eſt procul hinc procul inde puellæ*
*Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.*
*Maxima debetur puero reuerentia ſi quid*
*Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos.*

APOPHTHEGMATA.

*Cato Vticenſis* cum puer adhuc à Druſo auunculo educaretur, Latiniq; Romam ad Druſum tribunum plebis eo tempore veniſſent, de Ciuitate impetranda acturi. Q. Pompeius Latinorum princeps Catonem orauit, vt pro ſociis apud auunculum intercederet, vtjid quod peterent, facilius impetrarent. Verum Cato puer ſe facturum hoc negauit, cumq; ſemel iterumq; interpellatus eadem de re, omne denegaſſet officium, demum Pompeius in excelſam domus partem eleuatum ſe præcipitaturum minatus eſt, niſi precibus & toties efflagitatis obtemperaret. Verum cum ciues intelligerent, nec ſic puerum moueri potuiſſe, egregiam eius indolem laudantes altiſſima voce clamarunt, Gratulemur Latini nobis hunc eſſe tam paruum, quo ſenatore, ne ſperare quidem ciuitatem licuiſſet. *Hiſtoriam recitat Plut. in Catone, vbi Pompeium Sylonem vocat quem alii Popedium.*

¶ Similitudines.

*Plutarchi.* Vt qui è vinculis emittuntur, licentius vagantur, quā ii qui nunquam fuerunt in vinculis: Sic pueritia cum à præceptoris gubernatione ſoluitur. *in Mor.*

*Thriueri.* Vt ad literas ita ad virtutem pueritia promptiſſima eſt & raro in ea promouet adoleſcentia, niſi fundamentum iecerit pueritia. *in apoph.* 7.

*Quemadmodum* fere plantæ, multa æſtate contabeſcunt: Ita & pueri amorem, quem erga parentes & familiares habent, fere ſpacio temporis cum adoleſcunt, mutant. *in apoph.*

¶ PROPHANA EXEMPLA.

*Semiramis* fœmina illuſtris, infans pene prius periclitata eſt, quā in lucem edita: iacuit infans circa Syriæ ſtagnum, alimoniæ defectu mox interitura, niſi aues alimenta miniſtraſſent: Hinc ſublata inter regios paſtores alitur: adulta regia fit coniux, demum non modo regnum tenuit, ſed inſigniter auxit.

*Vide, Aetas.*

# Pulchritudo.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PVlchritudo, Græce καλλονή, ῆς, ἡ vel κάλλος, εος, τὸ, & καλὸς ῦ, ὁ, pulcher dicitur, Heb. *Iophi*, pulchritudo. *Prou.* 31. *v. antepenult.* & *Pſ.* 45. 12. à verbo *Iaphaph*, pulcher fuit, venuſtus, formoſus, ſpecioſus, elegans fuit. Cognationem habet cum *Iaphahh*, fulſit, effulſit. Eſt autem pulchritudo corporis quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuauitate. *ſecund. Cicer. lib.* 4. *Tuſcul. q.*

¶ Loci Biblici.

Pulchritudo omnium pulchertima, Chriſti Sponſi cæleſtis, *Pſal.* 45. 4. *Cant.* 1. 16. pulchritudo Sponſæ Chriſti, *Pſalm.* 45. 12. *Cantic.* 1. 8. 10. 15 & 41 7. 10 & 5. 9. 17 & 6. 3. 9 & 7. 6. Pulchritudo periculoſa, *Prou.* 6. 25. Pulchra tabernacula Eccleſiæ, *Num.* 24. 5. Via ſapientiæ pulchra, *Prou.* 3. 17. Mulier pulchra, & fatua, *Prou.* 11. 22. Pulchri pedes Euangelizantium, *Eſai.* 52 7. Pulchritudo tabernaculi, *Exod.* 26. 31.

¶ Patrum Sententiae.

Pulchritudo corporis bonum Dei donum eſt, ſed propterea id etiam largitur malis, ne malum, bonum videatur bonis. *Auguſt. de Ciuit. Dei li.* 15.

Iuuenem veteres fabulæ ferunt, cum propter admirabilem oris pulchritudinem, in amorem incenderet fœminas, ſtigmatibus exaraſſe vultum ſuum, ne qua eum amare poſſet. *Ambr. lib. 3. de Virg.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Hor. lib. Epod.

*Fugit iuuentus & verecundus color.*
*Reliquit oſſa pellem amicta lurida.*
*Tuis capillus albus eſt odoribus,*

Virg. in Bucolic.

*O formoſe puer, nimium ne crede colori:*
*Alba liguſtra cadunt, vaccina nigra leguntur,*

Ouid. Metam. li. 13. fabula 28.
Verba Polyphemi ad Galatheam.

*Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis.*
*Corpora, turpe puta, turpis ſine frondibus arbor,*
*Turpis equus, niſi colla iubæ flauentia velint,*
*Pluma tegit volucres, ouibus ſua lana decori eſt.*
*Barba viros, hirtæq; decent in corpore ſetæ.*

Idem lib. 15. fab. 3.

*Labitur occidua per iter decliue ſenectæ.*
*Subruit hæc æui, demoliturq; prioris*
*Robora fletq; Milon ſenior cum ſpectat inanes*
*Illos, qui fuerant ſolidarum more ferarum*
*Herculeis ſimiles fluidos pendere lacertos.*
*Flet quoq; vt in ſpeculo rugas conſpexit aniles*
*Tyndaris, & ſecum cur ſit bis rapta, requirit.*
*Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas,*
*Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus æui,*
*Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

Idem epiſt. Phædræ ad Hippolytum.

*Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti,*
*Fine coli modico forma virilis amat.*

Ouid de Arte lib. 1.

*Forma viros neglecta decet: Minoida Theſeus*
*Abſtulit à nulla tempora comptus acu.*
*Hippolytum Phædra, nec erat bene comptus, amauit,*
*Cura deæ ſyluis aptus Adonis erat.*
*Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo,*
*Sit bene conueniens, & ſine labe toga.*
*Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes,*
*Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.*
*Nec male deformet rigidos tonſura capillos,*
*Sit coma, ſit docta barba reſecta manu,*
*Et nihil emineant & ſint ſine ſordibus vngues,*
*Inque caua nullus ſtet tibi nare pilus.*
*Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris,*
*Nec lædat nares virque paterque gregis,*
*Cætera laſciuæ faciant concede puellæ,*
*Et ſi quis male vir quærat habere virum.*

Idem lib. 2.

*Forma bonum fragile eſt, quantũcunque accedit ad annos,*
*Fit minor, & ſpacio carpitur illa ſuo.*
*Nec ſemper violæ, nec ſemper lilia florent,*
*Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.*
*Et tibi iſtam venient cani formoſe capilli,*
*Idem venient rugæ quæ tibi corpus arent.*
*Iam molire animum, qui duret. & aſtrue formam:*
*Solus ad extremos permanet ille rogos.*

Idem Triſt. l. 3. Eleg. 7.

*Iſta, decens facies longis vitiabitur annis,*
*Rugaque in antiqua fronte ſenilis erit.*
*Inijciet que manus formæ damnoſa ſenectus.*
*Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.*
*Cumque aliquis dicet, fuit hæc formoſa, dolebis,*
*Et ſpeculum mendax eſſe querere tuum.*

Iuuenalis Satyra. 10.
*Filius autem.*

*Corporis egregii miſeros, trepidoſque parentes*
*Semper habet, rara eſt adeo concordia formæ*
*Atque pudicitiæ, ſanctos licet horrida mores*
*Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinos*
*Præterea caſtum ingenium, multumque modeſtum*
*Sanguine feruentem tribuat natura benigna*
*Larga manu quid enim puero conferre poteſt plus*
*Cuſtode, & cura natura potentior omni?*
*Non licet eſſe viros: nam prodiga corruptoris*
*Improbitas ipſa audet tentare parentes.*
*Tanta in muneribus fiducia, nullus ephebum*
*Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus:*
*Nec prætextatum rapuit Nero loripedem,*
*Strumoſum atque vtero pariter gibboque tumentem.*
*Nunc ergo iuuenis ſpecie lætare tui, quem*
*Maiora exſpectant diſcrimina fiet adulter*
*Publicus & pœnas metuet quaſcunque mariti*
*Exigere irati, nec erit felicior aſtro*
*Martis, vt in laqueos nunquam incidat? exigit autem*
*Interdum ille dolor plus quam lex vlla dolori*
*Conceſſit, necat hoc ferro, ſecat ille cruentis*
*Verberibus quoſdam mœchos & mugilis intrat.*
*Sed tuus Endymione dilectæ fiet adulter*
*Matronæ mox cum dederit Seruilia nummos,*
*Fiet illius quem norat eruet omnem*
*Corporis ornatum: quid enim vlla negauerit vdis*
*Inguinibus, ſiue eſt hæc Hippia ſiue Catulla.*
*Deterior totos habet illic fœmina mores.*
*Sed caſto quid forma nocet? quid profuit olim*
*Hippolyto graue propoſitum? quid Bellerophonti?*
*Erubuit nempe hæc ceu faſtidita repulſa.*
*Nec Sthenobœa minus, quam Creuſſa excanduit, & ſe*
*Concuſſere ambæ: mulier ſæuiſſima tunc eſt.*
*Cum ſtimulos odio pudor admouet.*

Publius,

*Formoſa facies muta commendatio eſt.*

Euripides.

Καλὸν δ᾽ὁ δυςυχὲς
*Pulchritudo, res infelix.*

Propertius.

*Nec forma æternum, nec cuiquam eſt fortuna perennis,*

Tibullus.

*Crudeles diui: ſerpens nouus exuit annos:*
*Forma non vllam fata dedere moram,*

Olymp. Nemeſianus.

*Donum forma breue eſt, nec ſe tibi commodat annis.*

Seneca in Herc. Oeto.

*Noſtra longum forma percurrens iter,*
*Deperdit aliquid ſemper, & fulget minus.*

Idem in Hippolyto.

*Raro forma viris, ſecula proſpice,*
*Impunita fuit,*

Idem ibidem.

*Anceps forma bonum mortalibus,*
*Exigui donum breue temporis,*
*Vt velox celeri pede laberis:*
*Non ſic prata vere nouo decentia*
*Æſtatis calidæ diſpoliat vapor,*
*Sæuit ſolſtitio cum medius dies,*
*Et noctem breuibus præcipitat rotis:*
*Langueſcunt folio lilia pallido,*
*Et grata capiti deficiunt roſæ:*
*Vt fulgor teneris qui radiat genis.*
*Momento rapitur, nullaque non dies*
*Formoſum corporis ſpolium abſtulit.*
*Res eſt forma fugax.*

Ibidem.

*Res eſt forma fugax, quis ſapiens bono*
*Confidat fragili? dum licet, vtere:*
*Tempus ſic tacitum ſubruet, horaq;.*

Menander.

Μὴ κρῖν᾽, ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.
*Noli iudicare videns pulchritudinem, ſed mores.*
Ὡς ἡδὺ κάλλος, ὅταν ἔχει νοῦν σώφρονα!
*Quam ſuauis res pulchritudo, quando habet mentem ſapientem:*

## ¶ Sententiæ Philoſoph. et Hiſt.

Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε.

Pulchritudinem quidem vel tempus conſumpſit vel morbus languefacit. *Iſocrates ad Demonicum ſermon. admonitorio.*

Quod ſi, vt ait Ariſtotel. lynceis oculis homines vterentur, vt eorum viſus quæque obſtantia penetraret, nonne introſpectis viſceribus illud Alcibiadis pulcherrimum corpus turpiſſimum videtur? igitur te pulchrum videri, non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas *Boet. libro tertio proſ. 8. de Conſolat.*

Nobilitatis & pulchritudinis ſpecies atq; conſideratio ea vi pollet, vt prædonum ipſorum corda emolliat, moreſque efferos ducat in obſequium. *Heliod. l. 1.*

Formæ præſtantia & excellentia multum addit ad proceritatis ſpeciem: *idem l. 2.*

Pulchritudo nec ſub terram occultato latuerit, ſed etiam illinc in lucem prodiret, *Eod. l.*

Forma corporis, oris dignitas, frontis grauitas, vultus maieſtas, fulgor, vigor, ac lumen oculorum, ſpectantes mouet tenetque, ac admonet quænam ſpecies primi à ſummo artifice initio rerum creati

…fuerit, qualeſq; quicunq; iuſti fuerint, futuri ſint in …mortalitate. Quod ſi corporis pulchritudo tanti eſt, vt …miraculo reliquos afficiat: quid ſentiendum eſt de illa …, nempe de iuſtitia, quæ regem ſuperis facit ſimilli… *…mil.18.*

…num habet adconciliandam aſpicientium beneuolen… …venuſtas *P. Iouius hiſt. lib.4.*

…etiam barbaricæ manus verentur: & ad amabilem a… …manis oculis manſueſcit. *Idem, lib.5.*

…olis formam? cum omnia feceris, à multis animalibus …eris. *Sen. in epiſt.125.*

…moſa pictura eſt, cuius nulla pars errat: ſic & formoſus …nulla peccati macula eſt. *Idem in Prou.*

…dignitas aut morbo deſloreſcit, aut vetuſtate extingui… *…Boet. nouorum.*

…philoſophus vltro etiam ſuaſiſſe fertur diſcipulis ſuis, …met in ſpeculo contemplarentur, vt qui eorum foret …ſibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatē …lis moribus dedecoraret: qui vero minus commenda… …ma putaret, vt virtutis laude turpitudinem tegeret. *Lu… de Magia lib.1.*

…cum vidiſſet quendam decorum facie & moribus in… …, ait: O quam bona domus, & malus hoſpes! *Laert. Diog. … Morib. Philoſ.*

… *Lauda pulchra. Periander.*

## ¶ Apophthegmata.

…ſciſcitatus, cur Spartani comam alerent? Quoniam in… …menta, dixit, minimo conſtat. *Stob. ſerm. 63. de Pulchritu…*

…dicebat pulchritudine homines quauis epiſtola ma… …endari. *Stob. eod. ſerm.*

…interroganti cur quæ pulchra ſunt, amarentur? Cœci, di… …interrogatio eſt. *ibid.*

…, ignis, inquit, tangentes ſolum vrit, pulchri vero etiam …ſtantes inflammant. Viſus enim veluti anſa eſt capiendi a… *…lib. de amore. apud Stob.*

…, Nonne, inquit, hominum natura ex corpore & ani… …poſita eſt? An vero alterutrum nobis ſufficit? Sed quomodo …? Corpus enim niſi anima vteretur, non viueret: neque …ſiſteret, niſi haberet cui inniteretur. Cum igitur vtraq; co… …virtutibus ornentur, anima quidem, iuſtitia, temperan… …tia: corpus autem viribus, forma, ſanitate: an non admi… …dignum fuerit, corporeis neglectis, ſolius animæ bona re… *…ſerm.63.*

…in ſpeculo, inquit, te contemplare: & ſi pulcher appareas, …quæ decent pulchrum: ſin deformis, id quod faciei deeſt, ho… …morum ſupple. *Ant. & Max ſerm. de pulchritudine.*

…, Pulchritudo, inquit, acutius telo vulnerat, & per oculos …animam defluit. *Eod. ſerm.*

…, Pulchros & eoſdem imperitos alabaſtris acetum con… …ſimiles eſſe dicebat. *ibid.*

…, cuidam ob pulchritudinem glorianti, dixit, Non pudet …ob ſpeciem pulchram, tibi ad exiguum tempus com… *…ibid.*

…, Si pulchrum tibi corpus eſt, inquit, & anima mala, nam …habes & malum gubernatorem. *Eod. ſerm.*

## ¶ Exempla Biblica.

…ritudinis *exempla*: Sarai, *Gen.*12.*v.*11.17. Filiæ hominum, 6. …Rebecca, 24.*v.*16. & 26.7. Rachel, 29.17. Ioſeph, 39.*v.*6. & 49.*v.* …*Exod.*2.*v.*2. Noemi, hoc eſt pulchra, *Ruth.* 1, 20. Saul. 1. …& 10.24. Dauid, 16, 12.18. & 17.42. Abigail. 25.3. Saul. & Io… *…Sam.*1.*v.*23. Ionathas, *v.*26. Betſabee, 11.*v.*2. Thamar Abſa… …ſoror, 13.1. Thamar Abſalonis filia, 14.25. Abſalon, *v.*25.26. Abi… …4. Adonias, *v.*6. Vaſthi. *Eſth.*1.*v.*1. Eſther, *Eſth.*2.7. Iudith, *Iu…* …Filiæ Iob, *Iob.*42, 15. Daniel & ſocii eius, *Dan.*1.*v.*4.

*Vide, Forma.*

---

# Punitio.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Punitio actus puniendi, Græc. *κόλασις, ιος, ἡ*, & *κολάζω*, punio dici…tur. Punitio in quantum pertinet ad iuſtitiam publicam, … actus iuſtitiæ commutatiuæ, vindicatiuæ vero in quantum per… …ad immunitatem perſonæ ſingularis, *Ex B. Thom. Secunda Se…cunda, q.8. art.1.* Pro punio pœnio, quaſi pœna afficio, dicebant veteres. Hinc impune quod eſt ſine pœna, & impunitas. Seneca. *Quippe delictorum impunitas homines audaciores reddit ad malum.* Hinc pœna & pœnitentia, *de quibus ſupra.*

## ¶ Sententiæ Biblicæ.

*Punitio Diuina fit quandoq; per angelos.*

Factum eſt igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. 4. *Regum 9.*

Confeſtim percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus, expirauit. *Act.*12.

*Per homines.*

Væ Aſſur! virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. In manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei, mandabo illi vt auferat ſpolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quaſi lutum platearum. Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ita æſtimabit: ſed ad conterendum erit cor eius. *Eſa.*10.

Fili hominis. Nabuchodonoſor Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum: & merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius de Tyro, pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eam. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce: ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra AEgypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & erit merces exercitui illius, & diripiet ſpolia eius. *Ezechiel.*29.

*Punitio malorum neceſſaria.*

Maleficos non patieris viuere. *Exod.*22.

Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Iſrael. *Num.*25.

Impiis & peccatoribus reddet vindictam. *Eccl.*12.

Noui opera tua & fidem, & charitatem tuam, & miniſterium, & patientiam, & opera tua nouiſſima plura prioribus. Sed habeo aduerſus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit prophetam, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. *Apoc.*2.

*Ordinata.*

Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. *Deut.*24.

Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſanguinis innocentis. 27.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. *Sap.*11.

Verum ſine iudicio nihil facias graue. *Eccl.*33.

Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. *Ioan.*8.

Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper, ait Dominus Pilato. 19.

*Fructifera.*

Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit: ſi autem corripueris ſapientem, intelliget ſapientiam. *Prou.*19.

Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris. *Prou.* 20.

Mulctato peſtilente ſapientior erit paruulus. 21.

Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. 1. *Tim.*5.

## ¶ Patrum Sententiæ.

Pœna epiſcopalis iudicii in Eccleſia nulla maior eſt. *Aug & hab. 24. q.3. can. Corripiantur.*

Quid ergo ait, contra Dominum cogitatis? ipſe eſt qui creauit mundum, & conſummationem eis faciet? Quod ſi vobis videtur crudelis & rigidus & cruentus, quod in diluuio genus deleuit humanum, ſuper Sodomam & Gomorrham ignem & ſulphur pluit: AEgyptio ſubmerſit in fluctibus, Iſraelitarum cadauera proſtrauit in eremo: ſcitote eum ideo ad præſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternum puniret. *Hieron. in Nahum proph. & hab.32 q.4. can. Quid ergo.*

Achab Rex impiiſſimus vineam Nabothæ cruore poſſedit: & cũ Iezabel non tam coniugio ſibi, quam crudelitate coniuncta Heliæ increpatione corripitur. Ad eundem hæc dicit Dominus, Occidiſti, & poſſediſti. Et iterum: in loco quo linxerunt canes ſanguinem Nabothæ, ibi lingent ſanguinem tuum, & Iezabel carnes comedent, ante muros Iſrael. Quod autem cum audiſſet Achab, ſcidit veſtimenta ſua & poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam, & ieiunauit, & dormit in cilicio. Factus eſt ſermo Domini ad Heliam dicens, Quia reueritus eſt Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. Vnũ ſcelus & Achab & Iezabel commiſerunt: ſed tamen conuerſus Achab ad pœnitentiam, pœna differtur in poſteros, & Iezabel in ſcelere perſeuerans, præſenti condemnatur iudicio. *Hier. ad Ruſticum, & hab de pœn. diſt.3. c. Achab.*

Dominus priora delicta recentibus pœnarum exemplis cauenda monſtrauit. *Hier. & hab.24. q.1. c. Non afferamus.*

Iniuſtę

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iniuſtus quiſque eo atrocius in tormentis obruitur, quo altius peccatis eleuatur, tranſit quod extollitur, permanet quod punitur. Qui honoratur in via, in peruentione damnabitur. & quaſi per amœna prata ad carcerem peruenit, qui per præſentis vitæ proſpera ad interitum tendit. *Greg. li. 6. moral.*

Iuſtum eſt, vt quos culpa ſimul inquinat, per etiam pœna aſtringat, & qui nequaquam diſpari ſunt inquitate polluti, nequaquam tormento crucientur diſpari, quatenus ſimul damnatio conterat, quos ſimilis elatio ſubleuabat,

Horrendo modo fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors ſemper viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit. Mors perimit & non extinguit: dolor cruciat, ſed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit, ſed nequaquam tenebras excutit. *Greg. li. 9. Moral.*

Pœna præſens, quæ iniuſti animum à prauis deſideriis mutat, ab æternis ſuppliciis non liberat quos mutat: nam quem præſentia mala non corrigunt, ad ſequentia perducunt, *Greg. lib. 15. Moralium.*

Contra Dominus ad Moyſen, Ego ſum Deus zelotes, qui viſito peccata patrum in filios, vſque in tertiam & quartam generationem, licet non in æquilitate iudicii, ſed magnitudine clementiæ. *Greg. lib. 20. Mor. & hab. 3. q. 4. can. homini.*

Ad diſtricti iudicii iuſtitiam pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere pecato, & nullus detur iniquo terminus vltionis, quia quamdiu valuit, habere noluit terminum criminis. *Idem libro trigeſimo Moralium.*

Quia ſunt culpæ in quibus culpa eſt relaxare vindictam: quærenda ſemper eſt veritas, vt inquiri debeat vtrum accuſatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta ſubducat. *Greg. & hab. diſt 28. can. Quia.*

Iuſtius eſt enim iniuſtum iuſte euadere, quam iuſtum iniuſte puniri: quia reus etſi ſemel euaſerit, ſi ſemel perierit, iam non poteſt reuocari. *Ioan. Chryſ ſuper Matth. c. 1.*

Noui & plurimi ſolam pertimeſcunt gehennam: ego autem illius gloriæ amiſſionem, multo amarius, quam ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium horribile. Mille quis ponat gehennas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore expelli & eſſe exoſum Chriſto. *Idem ſuper illud Matth. 6. Excidetur & in ignem mit.*

Ob hec inflexibilis & obſtinatæ mentis malum punitur æternaliter, licet temporaliter perpetratum: quia quod breue fuit tempore vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate: ita vt ſi nunquam moueretur, nunquam peccare deſineret: imo ſemper viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet. *Bernardus Epiſtol. 253.*

Iuſte puniuntur, qui licitis abutuntur, iuſtius vero puniuntur, qui aliena rapere conantur: ſic ſatanas cælum, ſic protoplaſtus perdidit paradiſum. *Hugo lib. 2. de Anima.*

Occultam culpam ſequitur aperta percuſſio, vt malis exterioribus interna puniantur, & cor publice corruat, quod latenter peccabat. *Caſſiod. ſuper Pſal. Dixit inſipiens.*

Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ac ſupplicia, nec gaudeant, quia plures inueniant ſibi ſimiles: Nam propterea nō minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. *Auguſt. de pœn. & hab. 2. q. 1. can. Multi corriguntur. §. Non ergo.*

### ¶ Poetarvm Dicta.

Lucanus lib. 3. Pharſaliæ.

*Quicquid multis peccatur inultum eſt.*

Horat. ſerm. lib. 1. Satyra 3.

*Adſit*
*Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,*
*Nec ſcutica dignum horribili inſectere flagello.*

Horat. Epiſt. lib. 1. Epiſt. 17.

*Oderunt peccare boni virtutis amore:*
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Iuuenalis Satyra 2.

*Sed illos*
*Defendit numerus iunctæq; vmbone phalanges.*

### ¶ Philosophicæ Sententiæ.

Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatemq; ſupplicii grauitate compenſat. *Val. Max. lib. 1.*

Et pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccauerunt. *Cic, pro Milone.*

At vero ſcelerum in homines atque impietatum nulla expectatio eſt, itaque pœnas luunt non tam iudiciis quæ quondam nuſquam erant, hodie multifariam nulla ſunt, vbi ſunt ficta, tamen perſæpe falſa ſunt, vt eos agitent, inſectenturque furiæ non ardentibus tædis, vt in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudiſq; cruciatu. *Cic. lib. 1. de Leg.*

Sceleris etiam pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequuntur, per ſe ipſa maxima eſt. *idem lib. 2. de Legib.*

Noxiæ par pœna eſto, vt in ſuo vitio quiſq; plectatur. *idem lib. 3. de Legib. in fine.*

Etenim nec domus nec reſpublica, ratione quadam & diſciplina deſignata videatur: ſi in ea nec recte factis præmia extent vlla, ... ſupplicia peccatis. *Idem l. 3. de natura deorum.*

Conſpiratorum ac ſceleratorum, etſi paucitas contemni poſſit, tamen pertinacia magna pœna afficienda eſt, ne malo exemplo ceteri moueantur. *Paulus Oroſius li. 8.*

Boni paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere. *Suetonius in Tiberio.*

Satis pœnarum eſt potuiſſe puniri, grauis tamen pœna eſt, quem facti pœnitet. *Seneca in Prouerbiis.*

Oportet bonos prouocare ad virtutes per præmia, malos autem per pœnam, inſanabiles totaliter exterminare. *Ariſtot. l. 10. Ethicorum.*

Communis omnium lex affirmat, iuſte puniri hoſtem, qui ... or inuaſit. *Thucyd. l. 3.*

Multum ad coercendam audaciam valet propoſitum puniti ... exemplum, cum ipſa miſeri præſens forma viuentis, & ad recorda-tionem admonere conſcios, & ad ſciſcitationem cogit ignaros. ... *ro. hiſt. l. 6. c. 11.*

### ¶ Adagia.

Tibicen vapulat, ὅτι ἀτύχῃ μάγειρος ἀδικήσας, τὸν αὐλητὴν ... πληγάς.

*Id eſt: quicquid coquus peccauerit, tibicen accipere ſolet plagas. Nullus homo læſo indemnis euaſit coquo. Athenæus.*

Canis vindictam.

*Subaudiendum paſſus eſt. Macedonicum adagium in eos, qui præter expectationem pœnas dant iis, quos aliquando læſerunt.*

### ¶ Exempla Biblica.

Punitionis homicidarum *exempla*: Cain. *Geneſ. 4. 11. &c.* Simeon & Leui, 49. 5. Zebah & Salmuna, *Iudic.* 8. 19. Amalechita Saulis interfector, 2. *Sam.* 1. 15. 16. Baana & Rechob, 4. 10. 11. Fames propter Saulis homicidium, 21. 1. Ioab, 1. *Reg.* 2. 31. Achab, 20. 18. 19. ... *Reg.* 9. & 24. 25. 26. Achab & Iezabel, 9. 7. 10. 33. filii Achabi homicidæ, 10. & 7. Athalia, 11. 16. 16. 20. ſerui Amaſiæ, 14. 6. Phacee, 15. ... chim, 24. 24. 2. 3. 4. Sennacherib. 2. *Paral.* 32. 21. Andronicus, 2. Mach. 4. 34. 37. Antiochus, 9. 28. Nicanor, 15. 30. Herodes Agrippa, *Act.* ... Homicidii lex, *Exod.* 21. 12. *Num.* 35. 16. Homicidii vltor Deus, *Gen.* 9. & 6.

*Vide, Pœna, Vltio.*

# Puſillanimitas.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

PVſillanimitas, Græce ἀνανδρία, μικροψυχία, ... ὁ, ἄνανδρος, puſillanimis dicitur. Eſt autem puſillanimitas, ... oppoſita magnanimitati per defectum, quia deficit puſillanimis à proportione ſuæ potentiæ, dum recuſat in illud tendere, quod eſt commenſuratum ſuæ potentiæ.

Puſillanimitas eſt contraria magnanimitati ſecundum defectum, præſumptio autem ſecundum exceſſum, ideo vtraq; eſt peccatum. *ex B. Thom. ſecund. Secundæ. q. 130.*

Puſillanimitas, *ſecundum Ariſt.* eſt vitium quo impotentes videntur animi, ad felicitatem infelicitatemq;, honorem & dedecus ſuſtinendum.

### ¶ Sententiae Biblicae.

*Puſillanimitas vituperabilis.*

Noli eſſe puſillanimis in animo tuo *Eccl 7.*

Dicite puſillanimis, confortamini, & nolite timere. *Eſa. 35.*

Conſolamini puſillanimes. 1. *Theſſ. 5.*

Puſillanimorum exempla. Loth *Gen.* 19, 19. Iſraelitæ, *Exod.* 14. ... & 20. 19. Exploratores, *Num.* 13. 29. Saul & populus, 1. *Sam.* 17. 11. & 28. 5. Roboam, 2. *Chron.* 13. 7. Ephraimite, *Eſai.* 7. 2. Apoſtoli, *Matth.* 8. 26. Petrus, *Matth.* 14. 30. & 26. 58. Diſcipuli, *Matth.* 26. 56. ... *Marc.* 14. 52. Nicodemus, *Ioan.* 3. 2. Cæci nati parentes, *Ioan.* 9. 22. Principes Iud. *Ioan.* 12. 42.

### ¶ Sententiæ Patrvm.

Segniſſimi eſt torpere, cum ſe ad profectum cognoſcat inuitari eſſe. *Caſſ. l. 1. Epiſt. 1.*

Deiectę mentis eſt, qui familiaris rei meminit, quum vocatur ad regnum animus plumbeum numulum theſauris regalibus anteponit, pauper ſenſus, qui paruis incumbens perdit magna, & inhians temporalibus perdit ſempiterna. *Petr. Chryſol.*

Remiſſio quæ os prælati obſtruit, quæ mentem eius deiicit, quæ adulatorem & venditorem olei facit, dum ſibi quietem & honorificentiam venatur in fauorem principum, hæc miſeros præcipitat in foueam ſcandalorum: hæc eſt remiſſio, per quam vnus ædificat parietem, & alius linit: per quam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur, imo per hanc canes muti non valentes latrare per conſenſus vniformitatem, faciem & ſimilitudinem peccatorum aſſumunt, ſicut ſcriptum eſt, Vſquequo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…o iudicaris iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis. *Pet. … quadam epiſt.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

…bellum inferunt iis quibus præeſſe ſe dignos putant, ſi ſpe …ſua quam præſumpſerant opinione infirmiores ſuccum-…um mox animus, ſicut antea ſupra vires: ita poſt modum …eſt. *Tucyd. lib. 7.*

…bus acceptis reſponſis, Romani non abiecerunt animos, id …let iis accidere qui magnum aliquod bellum ſuſcipiunt, & …am auxiliorum ſpem habent. *Dionyſ. Halic. lib. 5.*

…nimia dominandi libidine, plura quam retinere poſſit am-…, minime laudandus eſt: verum haud minus vituperan-…, qui nimia ſuſpicione & formidine ſeipſum magnis occa-…, multis periculis ac magno labore partis diſpoliat. Imo, … vterque error ſit grauiſſimus, magis vituperandum in … principe eſt illud conſilium, quod ex timore, & animi infir-… quam quod ex generoſitate magnitudineque animi profi-… & laudabilius eſt cum periculo, immodica parare conari, … periculi fuga rariſſimas occaſiones corrumpere. *Fr. Guicci-… lib. 16.*

…tus eſto negotiis, quæ deſcendiſti, nec luctare cum offi-… ſemel cœpiſti. Turpe oneri cedere. *Senec.*

…animitatis eſt non honorem, nec ignominiam, nec felici-… nec infortunia poſſe ferre, ſed honoratum intumeſcere & …ſu proſpero auctum efferri, ignominiam autem ne mi-… ferre poſſe, aberratio vero eſt infortunium non diiudicare …, conqueri de omnibus, & ægro animo ferre: præterea … omnes neglectus contumeliam, & ignominiam vocet et-… imprudentiam, & obliuionem admiſſos, quam conco-… ſordes, querimonia, diffidentia, humilitas. *Ariſt. …*

…imus eſt paruorum membrorum, paruorum articulorum, macer, paruorum oculorum, & paruæ faciei, qualis fuit Leucadius Corinthius. *Ariſt. phyſiogn. c. 6.*

Puſillanimus eſt, qui minoribus ſe dignum, quam ſit, eſſe arbitratur. 4. *Ethic. c. 3.*

Puſillanimus eſt intelligens, & talis opinio peiorem ipſum reddit, ab honeſtis enim actionibus, & ſtudiis vt indignus, & ab externis bonis abſtinet. *idem ibid. c. 3.*

Puſillanimi ſunt, qui ſe ſubmittunt, & magis, quam par eſt, abiiciunt. *mag. mor.* 1 *c. 23.*

Puſillanimitas eſt vitium animæ, per quod neutram poſſunt formam ferre, nec honorem, nec ignominiam. *Idem de virtus.*

¶ Profana Exempla.

*Domitianus Cæſar* oblatum à ſenatu nouum & inexcogitatum honorem, quanquam omnium talium appetentiſſimus; metu inſidiarum recuſauit, quo decretum erat, vt quoties gereret conſulatum equites Rom. quibus ſors obtigiſſet, trabeati, & cum haſtis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoreſque. *Suet.*

*Ludouicus XI.* Gallorum Rex Cotterii medici obiurgationes, quas vix mediaſtinus ab impotente domino ferret, tam ſtupida tulit patientia: vt qui erga omnes tyrannum ſe gerebat, medici mancipium eſſet: cuius arte ſe immortalem fore, ſtultiſſimus homo ſperabat. *Phil. Cominæus.*

*Perſeus Macedoniæ Rex* à L. Paulo Æmilio captus, tam humilem ſe geſſit, & contemptum, vt inſtar ſerui ad pedes victoris ſeſe abiecerit, hocq; ipſo Æmilii victoriam per ſe ſplendidam, ignauiæ ſuæ oſtentatione offuſcarit. *Plut. in Æmil.*

*Cn. Compeius* clade Pharſalica accepta, magnum ſe non eſſe amplius recordans, attonito ſimilis, à caſtris abſque comitatu ſe lento gradu ad mare contulit, priſtini decoris & magnanimitatis penitus oblitus. *Plut.*

*Vide, Magnanimitas.*

*FINIS LIBRI DECIMIQVARTI.*